



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

EPISTOLÆ OBSCURORUM VIRORUM AD DN. M. ORTUINUM GRATIUM.

144 G 5

NIET PLAKKEN

Nova & accurata Editio.

Cui quæ acceſſere, ſequens Contentorum indicat tabella.

FRANCOFURTI AD MÆNUM.

ANNO M DC XLIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

In hac

EDITIONE CONTINENTUR.

EPiſtolarum obſcurorum virorum ad Dn. M. Ortuinum Gratium Volumina duo. Ex tam multis libris conglutinata, quod unus pinguis cocus decem annos, oves, boves, ſues, grues, paſſeres, anſeres, &c. coquere, vel aliquis fumoſus calefactor centum magna hypocauſta per viginti annos ab eis calefacere poſſet. Acceſſerunt hac Editione multa magiſtralia interlocutoria; quæ valde delectabiliter prodeunt.

I. *Epiſtolarum Volumen I.* *Pag.* 1.

II. *Cui attextus Dialogus mire feſtivus, ex M. Ortuini, M. Lupoldi, M. Gingolphi, Eraſmi, Reuchlini, Fabri Stapulenſis, ſalibus cribratus.* *Pag.* 146.

III. *Attextum item Commentum ſeu Lectura brevis quidem, ſed multum valde ſubtilis, ſuper ſex vocabulis iſtis:* Illuſtres, Alumnus, Erfurdia, Baſilea, Ars, Zeloſus. *Pag.* 162.

IV. *Epiſtolarum Volumen II.* *Pag.* 165.

V. *Conciliabulum Theologiſtarum, adverſus Germaniæ & bonarum literarum ſtudioſos Coloniæ celebratum xvj. Kal. Maii, poſtquam Iac. Hochſtratus deie-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ctus ab officio prioratus & iniquiſitoris. Pag. 372.

VI. Huttenus Captivus. Pag. 393.

VII. Huttenus Illuſtris. Pag. 397.

VIII. De generibus ebrioſorum, & ebrietate vitanda. Pag. 405.

IX. De fide meretricum. Pag. 476.

X. De fide concubinarum. Pag. 513.

XI. Prognoſtica, ſive practica perpetua. Pag. 553.

XII. Regulæ Collegii ſecurorum & bonorum ſociorum; ſeu, Monopolium Philoſophorum: vulgo, die Schelmen-zunft. Pag. 564.

XIII. Diſputationes inter Marcolphum & Salomonem regem. Pag. 573.

XIV. Aliquot ſupervacaneæ pagellæ Diſputatione de Cornelio & eiuſdem naturæ & proprietate, ſunt expletæ. Pag. 605.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

THOMAS LANG-SCHNEIDERIUS,

Baccularius Theologiæ formatus, quamvis indignus, S. D.

Superexcellenti, nec non Scientificentiſſimo viro

D. ORTUINO GRATIO DAVENTRIENSI,

Poetæ, Oratori, & Philoſophó, nec non Theologo, & plus ſi vellet.

QUoniam (ut dicit Ariſtoteles) dubitare in ſingulis non eſt inutile, & quia legitur in Eccleſiaſte, Propoſui in animo meo, quęrere & inveſtigare de omnibus quę ſunt ſub ſole. Igitur ego propoſui mihi movere unã quæſtionem, in qua dubium habeo ad dominationem veſtram. Sed prius proteſtor per Deos ſanctos, quod non volo tentare dominationem ſeu venerabilitatem veſtram; ſed ego cupio cordialiter & affectuoſe, quod inſtruatis me ſuper dubium illud. Quia ſcriptum eſt in Euangelio: Noli tentare Dominum Deum tuum, Quia, ut dicit Salomon: A Deo eſt omnis ſapientia. Sed vos dediſtis mihi omnem ſcientiam, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ego habeo, & omnis ſcientia bona eſt origo ſapientiæ: ergo vos eſtis mihi quodammodo Deus, quia dediſtis mihi initium ſapientiæ, loquendo Poetice. Eſt autem illa quæſtio ſic introducta: Dudum fuit hic prandium Ariſtotelis; & Doctores, Licentiati, nec non Magiſtri fuerunt in magna lætitia, & ego fui etiam ibi, & bibimus pro primo ferculo tres hauſtus de malvatico, & pro prima vice impoſuimus ſemellas recentes, & fecimus offam, & deinde habuimus ſex fercula de carnibus & gallinis & caponibus, & unum de piſcibus: & procedendo de uno ferculo in aliud ſemper bibimus vinum Kotzborgenſe, Rhenenſe, & cereviſiam Embeccenſem, nec non Thurgenſem, & Neuburgenſem. Et Magiſtri fuerunt bene contenti, & dixerunt, quod D. Magiſtri novelli bene expedierunt ſe, & cum magno honore. Tunc Magiſtri hilarificati inceperunt loqui artificialiter de magnis quæſtionibus: Et unus quæſivit, utrum dicendum Magiſter noſtrandus, vel noſter Magiſtrandus, pro perſona apta nata ad fiendum Doctor in Theologia, ſicut pro nunc eſt in Colonia mellifluus pater, frater Theodoricus de Ganda, ordinis Carmelitarum, venerandiſſimus Legatus almæ univerſitatis Colonienſis, providentiſſimus artiſta, Philoſophus, argumentator, & Theologus ſupereminens. Et ſtatim reſpondit Magiſter Warmſemmel, Lanſimannus meus, qui
eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

eſt Scotiſta ſubtiliſſimus, & Magiſter 18. annorum, & fuit tempore ſuo pro gradu Magiſterii bis reiicitus, & ter impeditus, & tamen ſtetit ulterius quoad fuit promotus pro honore Univerſitatis, & intelligit bene facta ſua, & habet multos diſcipulos parvos & magnos, ſenes cum iunioribus: & cum magna maturitate dixit, & tenuit, quod dicendum eſt, noſt. Magiſtrandus, quod ſit una dictio: quia Magiſtrare ſignificat Magiſtrum facere, & baccalauriare baccalaurium facere, & Doctorare Doctorem facere: & hinc veniunt iſti termini Magiſtrandus, Baccalauriandus, & Doctrinandus. Sed quod Doctores in ſacra Theolog. non dicuntur Doctores, ſed propter humilitatem & etiam ſanctitatem, & propter differentiam, nominantur ſeu appellantur Magiſtri noſtri, quia ſtant in fide catholica in loco Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt fons vitæ, ſed Chriſtus fuit noſtrorum omnium Magiſter. Ergo ipſi appellantur Magiſtri noſtri, quod habent nos inſtruere in via veritatis, & Deus eſt veritas, quapropter merito vocantur Magiſtri noſtri, quia omnes nos ſcilicet Chriſtiani, debemus & tenemur audire prædicationem eorum, & nullus debet dicere contra eos, ex quo ſunt omnium noſtrorum Magiſtri. Sed noſtro, tras, trare, non eſt in uſu, & neque legitur in vocabulario. Ex quo, neq; in Catholicon, neque in Breviloquio, neque in Gemma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

gemmarum, qui tamen habet multos termi-
nos. Ergo debemus dicere, noſter magiſtran-
dus, & non Magiſter noſtrandus. Tunc Ma-
giſter Andreas Delitſch, qui eſt multum ſub-
tilis, & pro parte eſt Poëta & pro parte eſt Ar-
tiſta, Medicus & Iuriſta: & iam legit ordinarie
Ovidiũ in Metamorphoſiis, & exponit omnes
fabulas allegorice & literaliter, & ego fui au-
ditor eius, quia exponit multum fundamen-
taliter, & etiam legit in domo ſua Quintilia-
num & Iuvencum, & ipſe tenuit oppoſitum
Magiſtro Warmſemmel, & dixit, quod de-
bemus dicere Magiſter noſtrandus. Quia ſic-
ut eſt differentia inter Magiſter noſter, &
noſter Magiſter, ita etiam eſt differentia in-
ter Magiſter noſtrandus, & noſter Magiſtran-
dus. Quia Magiſter noſter dicitur Doctor
in Theologia, & eſt una dictio, ſed noſter
Magiſter ſunt duæ dictiones, & ſumitur pro
unoquoque Magiſtro in quacunque ſcientia
liberali, ſeu mechanica manuali, ſeu capita-
li. Et non obſtat quod noſtro, tras, trare, non
eſt in uſu, quia poſſumus fingere nova voca-
bula, & ipſe allegavit ſuper hoc Horatium.
Tunc Magiſtri multum admiraverunt ſubti-
litatem: & unus portavit ei unum cantharum
cereviſiæ Neuburgenſis. Et ipſe dixit, ego
volo expectare, ſed parcatis mihi. & tetigit
birretum, & riſit hilariter, & potavit Magiſt.
VVarmſemmel, & dixit: Ecce Domine Ma-
giſter, ne putetis quod ſum inimicus veſter. &
bibit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

bibit in uno anhelitu. & Magiſter VVarmſemmel reſpondit ei fortiter pro honore Sleſitarum. Et Magiſtri omnes fuerunt læti: & poſtea fuit pulſatum ad veſperas. Quapropter rogo excellentiam veſtram, quod velitis mihi exponere mentem veſtram, quia vos eſtis multultum profundus. & ego dixi pro tunc, Magiſter Ortuinus debet mihi bene ſcribere veritatem, quia fuit Præceptor meus in Daventria, quando fui tertiarius. Etiam debetis me certificare, quomodo ſtat in guerra inter vos & Doctorem Ioannem Reuchlin, quia intellexi, quod iſte Ribaldus (quamvis ſit Doctor & Iuriſta) nondum vult revocare verba ſua. Et mittatis etiam adhuc ſemel mihi librum Magiſtri noſtri Arnoldi de Tungaris, quem articulatim compoſuit, quia eſt multum ſubtilis, & tractat de multis profunditatibus in Theologia. Valete, & non habeatis pro malo, quod ſcribo vobis ita ſocialiter, quia vos dixiſtis mihi olim quod amatis me ſicut frater, & vultis me promovere in omnibus, etiamſi debeatis mihi concedere magnam pecuniam. Datum in Lyptzick.

Magiſter Ioannes Pellifex, S. D. Magiſtro Ortuino Gratio.

SAlutem amicabilem & ſervitutem incredibilem, Venerabile Domine Magiſter. Quia, ut dicit Ariſtoteles in prędicamentis, de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſingulis dubitare non eſt inutile. Quapropter eſt una res quæ facit mihi magnam conſcientiam. Nuper fui in miſſa Francofordienſi, tunc ivi cum uno Bacculaurio per plateam, ad forum, & obviaverunt nobis duo viri, qui apparuerunt ſatis honeſti, quantum ad aſpectum, & habuerunt nigras tunicas, & magna caputia cum liripipiis ſuis. Et Dii ſunt teſtes mei, quod putavi quod ſint duo Magiſtri noſtri, & feci ipſis reverentiam deponendo birretum. Tunc ille bacculaurius ſtimulavit me, & dixit, amore Dei quid facitis? Iſti ſunt Iudæi, & vos deponitis birretum veſtrum ante eos. Tunc ego ita fui perterritus, ut ſi vidiſſem unum diabolum. Et dixi, Domine Baccalaurie, parcat mihi Dominus Deus, quia feci ignoranter. Sed quid putatis, utrum ſit magnum peccatum? Et primo dixit, quod videtur ſibi quod eſt peccatum mortale, quia comprehenditur ſub idololatria, & eſt contra primum præceptum ex decem præceptis, quod eſt: Unum crede Deum. Quia quando aliquis facit honorem Iudæo, vel pagano, quaſi eſſet Chriſtianus, tunc facit contra Chriſtianitatem, & apparet eſſe met Iudæus, vel paganus. & tunc Iudæi & pagani dicunt: Ecce nos ſumus de via meliori, quia Chriſtiani faciunt nobis reverentiam, & niſi eſſemus de via meliori, non facerent nobis reverentiam. Et ſic fortificantur in ſua fide, & deſpiciunt fidem Chriſtianam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

nam, & non permittunt ſe baptizare. Tunc ego reſpondi: Eſt bene verum, quando aliquis facit ſcienter, ſed ego feci cum ignorantia, & ignorantia excuſat peccatum, quia ſi ſciviſſem, quod fuiſſent Iudæi, & feciſſem eis honorem, tunc fuiſſem dignus ad comburendum, quia eſſet hæreſis. Sed neque verbo, neque opere, ſicut ſcit Deus, aliquid novi, quia putavi quod eſſent Magiſtri noſtri. Tunc ipſe dixit: quod tamen eſt adhuc peccatum: Ego etiam ſemel ivi per Eccleſiam ubi ſtat unus Iudæus ligneus ante Salvatorem, & habet malleum in manu, & ego putavi quod eſt ſanctus Petrus, & haberet clavem in manu, & flexi genua, & depoſui birretum: tunc vidi quod eſt Iudæus, & etiam pœnituit me. Tamen in confeſſione, cum confitebar in monaſterio Prædicatorum, dixit mihi confeſſor meus, quod eſt peccarum mortale, quia debemus reſpicere, & dixit, quod non poſſit me abſolvere, niſi haberet poteſtatem Epiſcopalem, quia eſſet caſus Epiſcopalis. Et dixit, quod ſi libenter feciſſem, & non ignoranter, tunc fuiſſet Papalis: & ſic fui abſolutus, quia habuit poteſtatem Epiſcopalem. Et per Deos ego credo, quod ſi vultis ſalvare conſcientiam veſtram, oportet facere confeſſionem Officiali Conſiſtorii. Et ignorantia non poteſt excuſare illud peccatum, quia deberetis reſpicere: & Iudæi habent unum gilvum circulum ante in pallio, quem deberetis

vidiſſe, ſicut & ego vidi. Ergo eſt ignorantia craſſa, & non valet ad abſolutionem peccati. Sic pro tunc dixit mihi ille Bacculaurius. Sed quia vos eſtis profundus Theologus, rogo vos devote nec non humiliter, quatenus dignemini mihi ſolvere prædictam quæſtioné, & ſcribere an eſt peccatum mortale an veniale, ſimplex caſus an Epiſcopalis, an Papalis. Et etiã ſcribatis mihi an videtur vobis, quod cives in Francofordia recte faciunt, quod habent illam conſuetudinem: quod permittunt Iudæos incedere in habitu Magiſtrorum noſtrorum. Mihi videtur quod non eſt rectum, & eſt magnum ſcandalum quod non eſt differentia inter Iudæos & Magiſtros noſtros, etiam eſt una deriſio ſacroſanctæ Theologię. Et ſereniſſimus Dominus Imperator nullo modo deberet pati, quod unus Iudæus, qui eſt ſicut canis, & eſt inimicus Chriſti, debet incedere ſicut Doctor ſacræ Theologiæ. Etiam mitto vobis unum dictamen Magiſtri Bernhardini Plumilegi, vulgariter Federleſer, quod miſit mihi ex VVittenburck. Vos enim noviſtis eum, quia fuit olim veſter conſtans in Daventria, & dixit mihi quod feciſtis ei bonam ſocietatem, & ipſe adhuc eſt bonus ſocius, & commendat vos laudabiliter. Et ſic valete in nomine Domini. Datum Lyptzick.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

M. Bernhardus Plumilegus, M. Ortuino Gratio, S. D. P.

MUs miſer eſt antro qui ſolum clauditur uno. Sic etiam poſſim dicere de me, cum ſupportatione, venerabilis vir, quia eſſem pauper, ſi haberem tantum unum amicum, & quando ille unus ſuperdaret me, tunc non haberem alium, qui me tractaret amabiliter. Sicut nunc quidam Poëta hic, qui vocatur Georgius Sibutus, & eſt unus ex Poëtis ſecularibus, & legit publice in Poetria, & eſt alias bonus ſocius. Sed ſicut vos ſcitis, iſti Poetæ quando non ſunt etiam Theologi ſicut vos, ſemper volunt reprehendere alios, & parvipendunt Theologos. Et ſemel in una zecha in domo ſua, quando bibimus cereviſiam Turgenſem, & ſedimus uſque ad tertiam horam, & ego fui modicum ebrius, quia illa cereviſia aſcendit mihi in caput, tunc fuit ibi unus qui alias non ſtetit bene mecum, & ego apportavi ei unum medium cantharum, & ipſe accepit. Sed poſtea non voluit mihi ſimile facere. Et ter aviſavi eum, & non voluit mihi reſpondere, & ſedit cum ſilentio, & nihil dixit. Tunc ego cogitavi: Ecce iſte alias ſpernit te, & eſt ſuperbus, & ſemper vult te confundere. Et fui commotus in ira mea, & accepi cantharum, & percuſſi ei ad caput. Tunc ille Poeta fuit iratus ſuper me, & dixit quod feciſſem rumorem in domo ſua. & dixit

xit, deberem exire de domo ſua in nomine diaboli. Tunc ego reſpondi: Quid tunc eſt, ſi eſtis inimicus meus? ego bene habui ita malos inimicos, ſicut vos eſtis, & tamen manſi præ eis. Quid tunc eſt, etiamſi eſtis Poeta, ego habeo etiam Poetas qui ſunt amici mei, & ſunt bene ita boni ſicut vos, ego bene merdarem in veſtram Poetriam. Quid creditis? putatis quod ego ſum ſtultus, vel quod ſum natus ſuper arborem ſicut poma? Tunc vocavit me aſinum, & dixit quod ego nunquam vidi unum Poetam. Et ego dixi, tumet es. aſinus in cute tua, ego vidi bene plures Poetas quam tu: & dixi te vobis & de Magiſtro noſtro Sotphi in burſa Kneck, qui compoſuit gloſſam notabilem, & de Domino Rutgero Licentiato Theologiæ in burſa Mõtis, & ſic exivi domum ſuam, & adhuc ſumus inimici. Quapropter rogo vos valde cordialiter, quatenus velletis mihi ſemel ſcribere unum dictamen, tunc ego volo huic Poetæ & aliis oſtendere, & volo gloriari, quod eſtis amicus meus, & eſtis bene melior Poeta quam ille. Et præcipue ſcribite mihi quid faciat D. Ioan. Pfefferkorn, an adhuc habeat inimicitiam cum Doctore Reuchlin, & an vos adhuc defenditis eum, ſicut feciſtis, & mittite mihi unam novitatem. Valete in Chriſto.

M. Ioan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

M. Ioannes Cantrifuſoris M. Ortuino Gratio.

SAlutem cordialem. Venerabilis Domine Magiſter, quoniam quidem ſępe tractavimus tales levitates ad invicem. Et quia non eſt cura vobis, ſi aliquis dixerit vobis unam fantaſiam, ſicut ego nunc intendo, propterea non timui, quod tollatis in malam partem, quod ſcribam vobis nunc unam cavillationem. Quia vos etiam facitis taliter. Et vos ridebitis, ego ſcio, quia eſt mirabile factum. Fuit hic nuper quidam de ordine Prędicatorum, & fuit ſatis profundus in Theologia, & fuit ſpeculativus, & habuit etiam multos fautores, ipſe vocatur D. Georgius, & primum fuit Hallis, deinde venit huc, & prædicavit bene per dimidium annum, in ſermone ſuo reprehendens omnes homines, etiam principem & ſuos vaſallos. Sed in collatione fuit ſocialis & lætæ mentis, & bibit cum ſociis ad dimidios & ad totos. Sed ſemper quando de ſero bibit nobiſcum, tunc de mane prædicavit de nobis, dicens: Ita ſedent Magiſtri in hac Univerſitate cum ſuis ſociis, per totam noctem bibentes, ludentes, & tractantes levitatem. Et ipſi deberent eos de talibus emendare, tunc ipſi incipiunt. Sæpe fecit mihi verecundiam. Et fui iratus ſuper eum, & cogitavi quomodo poſſem me vindicare, & non potui imaginare, quomodo fa-

cerem. Et ſemel dixit mihi unus, quomodo de nocte iret ille Prædicator ad unam mulierem, ſupponeret eam, & dormiret cum ea. Et ego audiens talia, ſemel accepi aliquos ſocios qui ſtant in Collegio, & circa horã decimam ivimus ad illam domum, & per vim intravimus. Tunc ille monachus volens fugere, non habuit tempus ut tolleret veſtimenta ſua, & ſaltavit nudus ex feneſtra, & ego riſi, ita quod ſtatim perminxiſſem me, & clamavi: Domine prædicator, tollatis pontificalia veſtra: & ſocii exterius proiecerunt eum in merdam & aquam. Sed ego compeſcui eos, & dixi quod haberent diſcretionem, veruntamen audivi eos, quod omnes ſuperpoſuimus illam mulierem. Et ita vindicavi me de illo monacho, & poſtea id non amplius prædicavit de me. Sed non debetis aliis dicere, propterea quod fratres prædicatores nunc ſunt pro vobis contra Doctorẽ Reuchlin, & defendunt Eccleſiam & fidem Catholicam, contra illos Poetas ſeculares: ego vellem quod iſte monachus fuiſſet de alio ordine, quia ille ordo eſt valde mirificus inter omnes. Vos etiam debetis mihi aliquid riſibile ſignificare, & non iraſcimini mihi. Valete. Ex VVittenberg.

Ioannes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Ioannes Strausfederius Ortuino Gratio.

SAlutem maximam & multas bonas noctes, ſicut ſunt ſtellæ in cælo & piſces in mari, & debetis ſcire quod ego ſum ſanus, & etiam mater mea, & vellem libenter etiam taliter audire de vobis, quia ego cogito quotidie ad minus ſemel de veſtra dominatione. Sed cum licentia, audite unum magnum miraculum, quod fecit hic unus nobiliſta. diabolus confundat eum in æternum, quia ſcandalizavit Dominum Magiſtrum noſtrum Petrum Meyer in menſa, ubi fuerunt multi Domini & nobiliſtæ, & non habuit unam guttam verecundiæ, ſed fuit ita prætenſus quod ego miror. Ipſe dixit: Ecce Ioannes Reuchlin eſt doctior quam vos, & dedit ei unum knip. Tunc Magiſter noſter Petrus dixit: Ego mitterem ſolvere collum meum, an hoc eſt verum. Sancta Maria, Doctor Reuchlin eſt in Theologia ſicut unus puer, & unus puer plus ſcit in Theologia quam Doctor Reuchlin. Sancta Maria, credatis mihi, quod ego habeo experientiam. Tamen ipſe nihil ſcit in libris ſententiarum. Sancta Maria, iſta materia eſt ſubtilis, & homines non poſſunt ita capere, ſicut Grammaticam & Poeticam. Ego vellem etiam bene Poeta eſſe, & ſcirem etiam componere metra, quia audivi in Lyptzick Sulpitium, de quantitatibus ſyllabarũ. Sed quid eſt? Ipſe deberet mihi proponere unam

nam

nam quæſtionẽ in Theologia, & deberet arguere pro & contra. Et ipſe probavit per multas rationes, quod nemo ſcit perfecte theologiam, niſi per Spiritum ſanctũ; & Spiritus S. infundit illam artem. Et Poetria eſt cibus diaboli, ſicut dicit Hieronymus in ſuo Epiſtolari. Tunc ille buſo dixit, quod non eſt verũ, & quod Doctor Reuchlin etiam habet Spiritum ſanctum, & quod eſt ſufficiens in Theologia, quia compoſuit unum librum ſatis Theologicalem, & neſcio quomodo vocatur, & nominavit Magiſtrum noſtrum Petrum unam beſtiam. Et dixit quod Magiſter noſter Hochſtrat eſt frater caſearius, & commenſales riſerunt, ſed ego dixi, quod eſt ſcandalum, quod unus ſimplex ſocius debet eſſe ita irreverentialis coram uno Magiſtro noſtro. Et Doctor Petrus fuit ita iratus, quod ſurrexit de menſa, & allegavit Euangelium, dicens: Samaritanus es, & diabolum habes. Et ego dixi: Capias tibi hoc: & fui valde gaviſus, quod realiter expedivit illum truſatorem. Vos debetis procedere in factis veſtris, & debetis defendere Theologiam, ſicut feciſtis antea, & non debetis aliquem reſpicere, ſive ſit nobilis, ſive ruſticus, quia vos eſtis ſufficiens. Si ſcirem ita facere carmina, ſicut vos, ego non curarem unum Principem, etiam ſi vellet me interficere. Sed alias ſum inimicus Iuriſtarum, quia vadunt in rubeis caligis, & in mardatis ſcubis, & non faciunt debitam

reve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

reverentiam Magiſtris, & Magiſtris noſtris. Ego etiam peto vos humiliter, nec non affectualiter, quatenus ſignificaveritis mihi, quomodo ſtat in Parriſia cum ſpeculo oculari. Deus tribuat quod alma mater univerſitas Parrhiſia velit tenere nobiſcum, & comburere illum hæreticum librum, quia habet multa ſcandala, ſicut ſcripſit Magiſter noſter Tungarus. Ego audivi quod Magiſter noſter Sotphi, in burſa Kneck, qui compoſuit gloſſam notabilem ſuper quatuor partes Alexandri, eſt mortuus: ſed ſpero quod non eſt verum, quia fuit excellens vir, & fuit profundus Grammaticus, & fuit bene melior quam iſti novi Grammatici Poetales. Salutare etiam dignemini mihi Magiſtrum Remigium, qui olim fuit Præceptor meus ſingulariſſimus, & ſæpe dedit mihi bonas vexas, quando dixit mihi: Tu es ſicut auca, & non vis ſtudere, quod fias magnus argumentator. Et ego dixi: Eximie Domine Magiſter noſter, ego volo me emendare in poſterum. Tunc aliquando dimiſit me, aliquando dedit mihi bonam diſciplinam, & pro tunc ego fui ita diſcretus, quod libenter accepi correctionem pro negligentiis meis. Sed nihil amplius habeo vobis ſcribere, præter quod velitis vivere centum annos, & valete in requie. Datum Moguntiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Nicolaus Caprimulgius Bacculaurius, M.Ortuino Gratio.

SAlutem plurimam cum magna reverentia erga veſtram dignitatem, ſicut debeo ſcribens ad veſtram magiſtralitatem. Venerabilis Domine Magiſter, ſciatis quod eſt una notabilis quæſtio quam peto ſeu rogo determinari à veſtra magiſtralitate. Eſt hic unus Græcus, qui reſumit Grammaticam Urbani, & quando ſcribit Græcum, tunc ſemper ponit titellos ſuperius. Quapropter ego dixi nuper, tamen Magiſter Ortuinus Daventrię etiam practicavit Grammaticam Græcam, & etiam eſt ſufficiens ita bene ſicut ille, & nunquam ſcripſit ita titellos, & ego credo, quod ita bene intelligit facta ſua, ſicut ille, & adhuc poſſet corrigere iſtum Græcum. ſed alii non voluerunt credere, & ſocii mei ac conſtantes petiverunt, quod vellem ſcribere ad dominationem veſtram, quod notificaretis mihi, quomodo eſt, an debemus ponere titellos, an non. Si non debemus ponere: tunc, per Deos, realiter volumus vexare illũ Græcum, & volumus facere, quod debet paucos auditores habere. Ego bene vidi de vobis Coloniæ, in domo Henrici Quentel, quando fuiſtis Corrector, & debuiſtis corrigere Græcum, tunc abſcidiſtis omnes titellos, qui fuerunt ſupra literis, & dixiſtis: Quid debent illæ ſtultitiæ? Et ita iam conſideravi, quod

quod vobis habetis aliquam rationem, alias non feciſſetis. Vos eſtis mirabilis homo, & Deus dedit vobis magnam gratiam, quod ſcitis aliquid in omni ſcibili. Quapropter debetis etiam laudare Dominum Deum in veſtris metris, & beatam Virginem, & omnes ſanctos Dei. Sed non habueritis mihi pro moleſtia, quod impedio veſtram dominationem cum iſtis quæſtionibus, quia facio talia cauſa informationis. Valete. Ex Lyptzick.

M. Petrus Haſenmuſius M. Ortuino Gratio.

SAlutem innumerabilem. Venerabilis Domine Magiſter, ſi haberem pecunias & ſubſtantiam magnam, tunc vellem dare vobis unam notabilem propinam, credatis mihi firmiter: quod ſolvatis mihi iſtam quæſtionem, quam propono. Sed quia pro nunc non habeo boves & oves, univerſa inſuper & pecora campi, ſed ſum pauper, propterea non poſſum vobis appreciare pro veſtra doctrina, ſed promitto vobis, quod poſt quam ſum beneficatus, ſicut iam inſteti pro una Vicaria, tunc volo ſemel unum honorem ſpecialem facere vobis. Et ſcribatis mihi, an eſt neceſſarium ad æternam ſalutem, quod ſcholares diſcunt Grammaticam ex Poetis ſecularibus, ſicut eſt Virgilius, Tullius, Plinius, & alii. Videtur mihi, quod non eſt bonus modus ſtudendi. Quia, ut ſcribit Ariſtoteles primo Metaphy-

Metaphyſicæ: Multa mentiuntur Poetæ. Sed qui mentiuntur, peccant, & qui fundant ſtudium ſuum ſuper mendaciis, fundant illud ſuper peccatis. Et quicquid fundatum eſt ſuper peccatis, non eſt bonum, ſed eſt contra Deum: quia Deus eſt inimicus peccatis. Sed in Poetria ſunt mendacia: & ergo qui incipiunt ſuam doctrinam in Poetria, non poſſunt proficere in bonitate: quia mala radix habet ſuper ſe malam herbam, & mala arbor profert malum fructum, ſecundum Euangelium, ubi dicit Salvator: Non eſt arbor bona, quæ facit fructum malum. Etiam bene adhuc memoro illam doctrinam, quam dedit mihi ſemel Magiſter noſter de Gelterſheym in burſa montis, quando fui ſuus diſcipulus, & volui audire Saluſtium. & dixit: Quare vis audire Saluſtium tu diſchole? Tunc ego reſpondi, quod Magiſter Ioannes de Uratiſlavia dixit, quod diſcimus bona dictamina facere ex talibus Poetis. Tunc ipſe dixit, eſt fantaſia: ſed tu debes bene advertere in partibus Alexandri, & Epiſtolis Caroli, quæ practicantur in aula Grammaticorum. ego nunquam audivi Saluſtium, & tamen ſcio dictamina facere metrice & proſaice. Et ſic Magiſter noſter Valentinus fecit, quod ego nunquam ſtudui in Poetria. Et iſti humaniſtæ nunc vexant me cum ſuo novo Latino & annihilant illos veteres libros, Alexandrum Remigium, Ioannem de Gatlandria, Cornutum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tum, Compoſita verborum, Epiſtolare Magiſtri Pauli Niavis: & dicunt ita magna mendacia, quod ego facio crucem pro me quando audio: ſicut nuper unus dixit, quod eſt in quadam provincia una aqua, quæ habet arenam auream, & vocatur Tagus, & ego ſiſtulavi occulte, quia non eſt poſſibile. Ego ſcio bene quod etiam eſtis Poeta, ſed non ſcio unde habetis illam artem. Ipſi dicunt, quod quando vultis, tunc facitis plura metra in una hora: ſed credo, quod intellectus veſter eſt ita illuminatus, per gratiam Spiritus ſancti deſuper, quod ſcitis illa & alia, quia ſemper fuiſtis bonus Theologus, & reprehendistis illos gentiles. Libenter vellem vobis ſcribere unam novitatem, ſi ſcirem: ſed non audivi aliquid, quam quod fratres ac Domini de ordine Prædicatorum habent hic magnas indulgentias, & abſolvunt à pœna & culpa, quando aliquis eſt confeſſus & contritus, & habent ſuper hoc literas Papales. Etiam ſcribite mihi aliquid, quia ego ſum veſter tanquam famulus. Valete: Ex Nuremberga.

Franciſcus Genſelinus M. Ortuino Gratio.

SAlutem, quam mille talenta non poſſunt æqui valere in ſua gravitate. Venerabilis Domine Magiſter, ſcitote, quod hic eſt magnus ſermo de vobis, & Theologi valde laudant vos, quod non reſpexiſtis aliquē, & ſcripſiſtis pro defenſione fidei contra Do-

ctorem

ctorem Reuchlin. Sed aliqui ſocii, qui non habent intelligentiam, & etiam Iuriſtæ, qui non ſunt illuminati in fide Chriſtiana, ſpernunt vos, & loquuntur multa contra vos, ſed non poſſunt prævalere, quia facultas Theolog. tenet vobiſcum. Et nuper quando venerunt huc iſti libri, qui vocantur Acta Parrhiſienſium, tunc fere omnes Magiſtri emerunt, & gaviſi ſunt maxime: ego pro tunc etiam emi, & miſi ad Heydelbergam, ut ibi viderent. Et credo, quod ubi viderunt, tunc pœnituit Heydelbergenſes, quod non etiam concluſerunt cum alma Univerſitate Colonienſi contra Doctorem Reuchlin: & propterea audio, quod univerſitas Colonienſis facit unum ſtatutum, quod nunquam in æternum volunt promovere unum qui complevit pro gradu Baccalaureatus vel Magiſterii in Heydelberga: & eſt bene factum, quia ſic debent diſcere quid eſt Univerſitas Colonienſis, & alia vice debent tenere cum ea: ego vellem quod ſic facerent aliis: ſed credo quod aliæ Univerſitates non ſciverunt, & igitur parcite eis propter ignorantiam. Etiam quidam ſocius dedit mihi pulchra carmina, quæ debetis intimaſſe in Univerſitate Colonienſi, quæ oſtendi Magiſtris & Magiſtris noſtris, & fuerunt multum cōmendata: & miſi illa ad multas civitates pro veſtra gloria, quia faveo vobis, & ſunt iſta, ut ſciatis quid puto:

Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Qui vult legere hæreticas pravitates,
Et cum hoc diſcere bonas latinitates,
Ille debet emere Parrhiſienſium acta
Et ſcripta de Parrhiſia nuper facta,
Quomodo Reuchlin in fide erravit,
Sicut Magiſter noſter Tungarus doctrinaliter probavit.
Illa vult Magiſter Ortuinus legere
Gratis, in hac alma Univerſitate,
Et cum hoc textum ubique gloſare,
Nec non quædã notabilia in margine notare,
Et vult arguere pro & contra,
Sicut fecerunt Theologi in Parrhiſia,
Qando ſpeculum oculare examinaverunt,
Et Reuchlin magiſtraliter damnaverunt,
Ut ſciunt fratres Carmelitæ,
Et alii qui vocantur Iacobitæ.

Ego miror, quomodo poteſtis ſpeculari talia: vos eſtis valde artificialis in compoſitionibus veſtris, & habetis magnam dulcedinem, ita quod ſemper rideo præ lætitia, quando lego aliquid quod vos compoſuiſtis, & opto ſemper quod velitis diu vivere, quod laus veſtra creſcat, ſicut facit uſque huc, quia veſtra ſcripta ſunt valde utilia. Deus vos conſervet & vivificet vos, & non tradat vos in manus inimicorum veſtrorum: & ſicut dicit Pſalmiſta, tribuat vobis Dominus ſecundum cor veſtrum, & omne conſilium veſtrum confirmet. Et vos etiam ſcribatis mihi de factis veſtris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

veſtris, quia libenter audio & video quid facitis ſeu agitis, & ſic valete. Ex Friburga.

Magiſter Conradus de Zuiccavia S. D. Magiſtro Ortuino Gratio.

QUia legitur Eccleſiaſt. undecimo: Lætare iuvenis in adoleſcentia tua. Quapropter ego nunc ſum lætæ mentis, & debetis ſcire, quod bene ſuccedit mihi in amore, & habeo multum ſupponere. Quia dicit Ezechiel: Nunc fornicabitur in fornicatione ſua. Et quare non deberem aliquando purgare renes? tamen non ſum Angelus ſed homo, & omnis homo errat. Vos etiam aliquando ſupponitis, quamvis eſtis Theologus: quia non poteſtis ſemper ſolus dormire, ſecundum illud Eccleſiaſt. quarto: Si dormierint duo ſimul, fovebuntur mutuo: unus autem quomodo calefiet? Quando ſcribitis mihi quid facit veſtra amaſia? Nuper dixit mihi unus, quod quando ipſe fuit Colonię, tunc fuiſtis in rixa cum ipſa, & percuſſiſtis eam, quia fortaſſis non fecit ſecundum opinionem veſtram: & ego miror, quare poteſtis ita pulchram mulierem percutere: ego flerem ſi viderem: potius debetis dicere, quod non faciat amplius, tunc ipſa emendaret ſe, & de nocte eſſet vobis amicabilior. Tamen quando legiſtis nobis Ovidium, dixiſtis nobis, quod nullo modo debemus percutere mulieres, & allegaſtis ad

hoc

hoc ſacram ſcripturam: Ego ſum contentus, quod amica mea eſt hilaris, & non iraſcitur mecum, quando venio ad eam: tunc etiam facio talia, & ſumus in læticia, & bibimus cerevisiam & vinum: quia vinum lætificat cor hominis: ſed triſtitia exiccat oſſa. Aliquando ſum iratus ſuper eam, tunc dat mihi oſculum, & fit pax: & poſtea dicit, Domine Magiſter eſtote lætæ mentis. Nuper volui ire ad eam, tunc vidi exire quendam iuvenem mercatorem, qui habuit apertas caligas, & ſudavit in fronte, & credidiſſem quod ſuppoſuiſſet eam: & fui quodam modo iratus: ſed ipſa iuravit, quod non tetigiſſet eam ille mercator, ſed voluiſſet ei vendere linteum ad faciendas camiſias. Tunc ego dixi, eſt bonum. ſed quando etiam datis mihi unã camiſiam? Tunc rogavit me, quod deberem ei concedere duos florenos, quod poſſet ſolvere illum linum, tunc etiam vellet mihi dare unam camiſiam: & pro tunc non habui pecuniam, ſed petii unum ſocium, qui conceſſit mihi, & dedi ei. Ego laudo, quod aliquis ſemper eſt lætus, & medici dicunt etiam, quod ſanum eſt, quando aliquis eſt lætus. Quidam Magiſter noſter hic ſemper iraſcitur, & nunquam eſt lætus, & propterea ſemper eſt infirmus: ipſe ſemper reprehendit me, & dicit, quod non debeo amare mulieres, quia ſunt diaboli, & perdificant homines, & ſunt immundæ, & nulla mulier eſt pura: & quando aliquis eſt

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

cum muliere, tunc eſt ſicut cum diabolo, quia permittunt nulli requiem. Tunc ego dixi, parcatis mihi Domine Magiſter noſter, veſtra mater etiam fuit mulier. & abivi. Ipſe etiam nuper prædicavit, quod ſacerdotes nullo modo deberent habere concubinas ſecum, & dixit, quod Epiſcopi peccant mortaliter, quando accipiunt decimam lactis, & permittunt ancillas eſſe cũ preſbyteris, quia deberent eas totaliter expellere. Sed ſit a, vel b, nos debemus eſſe aliquando læti, & etiam poſſumus dormire cum mulieribus, quando nemo videt: poſtea tamen facimus confeſſionem, & Deus eſt miſericors, & debemus ſperare veniam. Ego mitto vobis hic quædam ſcripta pro defenſione Alexandri Galli, Grammatici antiqui & ſufficientis: quamvis Poetæ Moderni volunt eum reprehendere, ſed non ſciunt quid loquuntur, quia Alexander eſt optimus, ut olim dixiſtis mihi quando ſtetimus Daventriæ. Quidam Magiſter hic dedit mihi: ſed neſcio ubi accepit. Ego vellem quod faceretis imprimere: tunc maxime faceretis iratos illos Poetas. Quia ille auctor realiter vexat eos. Sed eſt ita Poetaliter compoſitum, quod ille, qui compoſuit, eſt etiam bonus Poeta: ſed cum hoc eſt Theologus, & non tenet cum ſecularibus Poetis, ſicut eſt Doctor Reuchlin, Buſchius & alii. Statim quando fuit mihi data illa materia, tunc dixi, quod vellem vobis mittere,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quod legeretis. Si habetis aliquid novum, tunc etiam mittatis mihi. Valete in charitate non ficta. Ex Lyptzick.

Ioannes Arnoldi S. D. P. M. Ortuino Gratio.

QUoniam quidem igitur vos concupiſcitis ſemper habere unam novitatem, ſecundum quod dicit Ariſtoteles: Omnes homines natura ſcire deſiderant. Quare igitur ego Ioannes Arnoldi veſter diſcipulus & humilis ſubditus, mitto dominationi ſeu honorabilitati veſtræ hic unum libellum, quem compoſuit quidam Ribaldus, & ſcandalizavit Dominum Ioannem Pfefferkorn in Colonia, virum proculdubio integerrimum. Et ego fui valde iratus, ſed non potui prohibere, quod non imprimeret, quia iſte ſocius habet hic multos fautores, etiam nobiles, & vadunt armati ſicut buſones, cum longis gladiis in plateis. Sed tamen ego dixi, quod non eſt rectum: quia debetis notare, quod iſti Poetæ ſeculares adhuc facient multas guerras cum ſuis metris: ſi Magiſtri noſtri non habebunt advertentiam, & non citabunt eos per Magiſtrum Iacobum Hochſtraten ad curiam Romanam. Et ego timeo quod erit unum magnum diſturbium in fide Catholica. Rogo igitur vos, quod velitis componere unum librum contra iſtum ſcandalizatorem, & realiter vexare eum, tunc poſtea non erit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ita audax, quod velit ſtimulare Magiſtros noſtros; quia ipſe eſt ſimplex ſocius; & neque eſt promotus, neque qualificatus in iure, vel artibus, quamvis ſtetit in Bononia, ubi etiam ſunt multi Poetæ ſæculares, non zeloſi & in fide illuminati. Ipſe nuper ſedit in menſa, & dixit quod Magiſtri noſtri in Colonia & Parrhiſia faciunt iniuriam Doctori Reuchlin: & ego tenui ei oppoſitum. Tum vexavit me multis verbis & ſcandaloſis, quod fui ita iratus, quod ſurrexi de menſa, & proteſtavi coram omnes de iniuriis, & non potui comedere unam buccellam. Vos debetis mihi dare conſilium in ſupradicta cauſa, quia etiam pro parte eſtis Iuriſta. Ego compilavi aliqua metra, quæ mitto vobis hic.

Choriambicum, Hexametrum, Sapphicum, Iambicum, Alclepiadicum, Hendecaſyllabum, Elegiacum, Dicolon, Diſtrophum.

Qui eſt bonus Catholicus, debet ſentire cum Parrhiſienſibus:
Quia illud gymnaſium, eſt mater omnium Univerſitatum.
Deinde Colonia ſancta, quæ eſt in fide Chriſtiana tanta,
Quod nullus debet contra dicere, vel merito pœnam luere.
Sicut Reuchlin Doctor, qui eſt ſpeculi ocularis auctor,
Quem Magiſter noſter Tungarus probavit quod eſt hæreticus,

Nec

Nec non Magiſter de alta platea, qui fecit comburere eius dictamina.

Si haberem unum argumentum, ego vellem componere unum librum contra iſtum trufatorem, & probare quod de facto eſt excommunicatus. Non habeo plus tempus ad ſcribendum, quia oportet me ire ad lectionem, quia unus Magiſter legit replicationes ſuper veterem artem, valde ſubtiliter compoſitas, & ego audio eas pro completione. Valete ſupra omnes ſocios & amicos, qui ſunt hic & ubique, & in omnibus locis honeſtis.

Cornelius Feneſtrificus S. P. D. M. Ortuino Gratio.

SAlutes tot, quot habet cœlum ſtellas, & mare arenas, venerande Domine Magiſter. Ego habeo hic multas rixas & guerras à malis viris, qui præſumunt eſſe docti, & tamen non didicerunt logicam, quæ eſt ſcientia ſcientiarum. Ego legi nuper unam Miſſam ad prædicatores, de Spiritu ſancto, quod Deus velit mihi dare ſuam gratiam, & bonam memoriam in ſyllogiſmis, ad diſputandum cum illis, qui ſciunt tantum latiniſare, & dictamina componere. Etiam impoſui unam collectam in illa Miſſa, pro Magiſtro Iacobo de Hochſtrat, & Magiſtro noſtro Arnoldo de Tungaris, ſummo regente in burſa Laurentii, quod poſſunt in diſputatione Theologica ad metam redargutionis ducere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quendam Doctorem in Iure, qui vocatur Ioannes Reuchlin, etiam eſt Poeta ſecularis, & præſumptuoſus, & tenet opoſitum contra univerſitates, pro Iudæis. Et facit propoſitiones ſcandaloſas & offenſivas piarum aurium, ut probavit Ioan. Pfefferkorn, & Magiſter noſter Tungarus, ſed non eſt fundatus in Theologia ſpeculativa, nec qualificatus in Ariſtotele, aut Petro Hiſpano. Ideo Magiſtri noſtri in Parrhiſia damnaverunt ad ignem vel reclamationem. Ego vidi litteram & ſigillum Domini Decani ſacroſanctæ facultatis Theologicæ Parrhiſienſ. Unus Magiſtrorum noſtrorum valde profundus in ſacra Theologia, & illuminatus in fide, qui eſt membrum quatuor Univerſitatum, & qui habet plus quam centum ſcribentes ſuper libros ſententiarum, in quibus ſe fundat: dixit manifeſte, quod prædictus Doctor Ioannes Reuchlin non poteſt evadere, & quod etiam Papa non audet dare ſententiam contra talem ſolenniſſimam Univerſitatem, quia ipſe non eſt Theologus, & beatum Thomam contra gentiles non intelligit, quamvis dicunt, quod eſt doctus, videlicet in Poeſi. Oſtendit mihi Magiſter noſter, qui eſt Plebanus ad ſanctum Martinum, Epiſtolam, in qua illa Univerſitas ſorori ſuæ Univerſitati Colonienſi, valde amicabiliter promittit auxilium ſuum realiter cum effectu, & tamen iſti latiniſatores præſumunt tenere oppoſitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tum. Ego ſedi nuper Moguntiæ in coronæ hoſpitio, ubi tribulaverunt me valde indiſcrete duo trufatores, & vocaverunt Magiſtros noſtros, in Parrhiſia & Colonia, fantaſticos, & ſtultos, & dixerunt quod ipſorum libri ſuper ſententias eſſent fantaſiæ: ſimiliter proceſſus. Copulata, reparationes omnium burſarum, dixerunt, quod eſſent vanitates. Tunc fui ita iratus, quod non ſcivi reſpondere. Cum hoc etiam vexaverunt me, quod feci paſſagium ad Treverim, ad videndum Tunicam Domini, quia dixerunt, quod fortaſſis non eſſet tunica Domini, & probaverunt ſic per Cornutum ſyllogiſmum: Quicquid eſt laceratum, non debet oſtendi pro tunica Domini: ſed illa eſt talis, ergo &c. Tunc ego conceſſi maiorem, ſed negavi minorem. Tunc probaverunt ſic. B. Hieron. dicit: Vetuſto Oriens colliſus errore tunicam Domini inconſutilem deſuper contextam totam minutatim diſcerpſit per fruſta. Et ego reſpondi, quod S. Hieronymus non eſt de ſtylo Euangelii, nec immo dicit ex Apoſtolis: & ſic ſurrexi de menſa, & reliqui illos trufatores. Vos debetis ſcire, quod tam irreverẽtialiter loquuntur de Magiſtris noſtris & Doctoribus illuminatis in fide, quod certe de facto poſſunt eſſe excommunicati à Papa. Si ſcirent Curtiſani, ipſi citarent eos ad Curiam Romanam, & impetrarent eorum beneficia, vel ſaltem tribularent eos

cum expenſis. Quis unquam audivit, quod ſimplices ſocii in nulla facultate promoti vel qualifici, deberent vexare tam eximios viros, in omni profecto ſcibili profundiſſimos, ut ſunt Magiſtri noſtri, ſed ipſi ſuperbiunt propter ſua metra. Ego etiam ſcio facere metra & dictamina, quia legi etiam novum Latinum idioma M. Laurentii Corvini, & Grammatici Braſſicani, & Valerium Maximum, & alios Poetas. Et compilavi nuper in via eundo unum dictamen metricum contra iſtos, hoc modo.

Sunt Moguntiæ in publica Corona,
In qua nuper dormivi in propria perſona,
Duo indiſcreti bufones,
In Magiſtros noſtros irreverentiales nebulolones,
Qui audent reprehendere magiſtros in Theologia:
Quamvis ipſi nō ſunt promoti in Philoſophia,
Nec ſciunt in ſcholis formaliter diſputare.
Et ex una concluſione multa corrolaria formare.
Vt docet fundamentaliter Doctor ſubtilis.
Qui contemnit eum, eſt multum vilis.
Vt concludunt Quodlibeta Doctoris irrefragabilis,
Qui eſt in ſcientiis non expugnabilis.
Et non ſciunt quid eſt Doctor Seraphicus,
Sine quo nullus fit bonus Phyſicus:
Et quid veraciter ſcribit Doctor ſanctus,

In Ariſtotele & Porphyrio tantus:
Quia ſolus exponit quinque univeralia,
Quæ dicuntur etiam quinque prædicabilia.
O quam breve continuat libros prædicamentales:
Et ſumit Ariſtotelis ſententias morales.
Quæ omnia non intelligunt Poetæ:
Ideo loquuntur ita indiſcrete.
Vt iſti duo præſumptuoſi trufatores,
Qui vocant Magiſtros noſtros oſores.
Sed Magiſter noſter de Hochſtrat debet eos citare,
Tunc non amplius audebunt illuminatos vexare.

Valete, & ſalutate mihi cum magna reverentia Dominos meos M. noſtrum Arnoldum de Tungaris & M. noſtrum Remigium, & M. noſtrũ Valentinum de Geltersheym, & Dominum Iacobum de Ganda, ordinis Prædicatorum Poetam ſubtiliſſimum, & alios.

M. Hiltebrandus Mammaceus S. D. M. Ortuino.

AMiciſſime Domine Ortuine: non poſſum iam ſeribere eleganter Epiſtolam ſecundum præcepta, quæ ſcribuntur in modo Epiſtolandi: quia hoc tempus non permittit: ſed oportet breviter & ſtatim manifeſtare paucis verbis quid eſt, quod habeo expedire caſum unum vobiſcum, qui eſt mirabilis, & eſt talis res. Vos debetis intelligere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quod hic eſt terribilis fama, & omnes dicunt quod in Curia Romana cauſa Magiſtrorum noſtrorum male ſtat, quia dicunt quod Papa vult autentizare ſententiam, quæ ante annum lata eſt in Spira, pro Doctore Reuchlin. Quādo audivi, tunc ita timui: quod non potui aliquod verbum dicere, & fui ſicut mutus, & per duas noctes non dormivi: Quia amici Reuchlin gaudent, & vadunt ubique ſeminantes iſtam famam, & ego non crederē, niſi vidiſſem unam literam unius Magiſtri noſtri de ordine Prædicatorum, in qua ſcripſit cum magna triſtitia illam novitatem. Et cum hoc ſcripſit, quod Papa permiſit, quod Speculum oculare debet in Curia Romana imprimi, & mercatores debent vendere, & omnis homo debet legere. Et Magiſter noſter Hochſtratus voluit exire CuriamRomanam, & voluit iurare paupertatem: tunc iudices non voluerunt eum dimittere: ſed dixerunt, quod debet expectare finem, & quod non poteſt iurare paupertatem, quia intravit urbem Romanam cum tribus equis, & in Curia Romana habuit commenſales, & expoſuit magnas pecunias, & propinavit Cardinalibus, & Epiſcopis, & auditoribus Conſiſtorii multa munera, & propterea non debet iurare paupertatem. O ſancta Maria, quid volumus nunc facere? ſi Theologia ita ſpernitur, quod unus Iuriſta debet prævalere omnes Theologos? Ego credo quod Papa non

non eſt bonus Chriſtianus, qui ſi eſſet bonus Chriſtianus, tunc eſſet impoſſibile, quod non teneret cum Theologis. Sed etiamſi Papa dat ſententiam contra Theologos, tunc videtur, quod debet fieri appellatio ad concilium: quia concilium eſt ſupra Papam, & in concilio Theologi habent prævalentiam ſuper alias facultates: tunc ſpero, quod Dominus dabit benignitatem, & reſpiciet famulos ſuos Theologos, & non permitteret, quod inimicus noſter ſupergaudeat nos, & dabit nobis gratiam Spiritus ſancti, quod non poſſumus ſperare fallimoniam iſtorum hæreticorum. Quidam Iuriſta nuper dixit hic, quod eſt fatatum, quod ordo prædicatorum debet perire, & quod ex illo ordine debent venire maxima ſcandala in fidem Chriſti, ſicut non audita ſunt prius: & dixit ubi legit illam prophetiam. Sed abſit quod hoc ſit verum: quia ille ordo eſt utilis, & ſi ille ordo non eſſet, tunc neſcio quomodo ſtaret Theologia, quia ſemper prædicatores ſunt profundiores in Theologia, quam minores vel Auguſtinenſes, & tenent viam doctoris ſancti, qui tamen nunquam erravit. Et ipſi etiam habuerunt multos ſanctos in ſuo ordine, & ſunt audaces in diſputatione contra hæreticos. Ego miror, quare Magiſter noſter Iacobus & Hochſtraten non poteſt iurare paupertatem, tamen eſt in ordine mēdicantium, qui manifeſte ſunt pauperes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Si non timerem excommunicationem, ego vellem dicere quod Papa erraret ibi: & non credo, quod hoc eſt verum, quod ipſe expoſuit ſic pecunias, & dedit propinas, quia eſt vir valde zeloſus: & credo quod iſti Iuriſtæ & alii fingunt talia: & Doctor Reuchlin ſcit ipſis ita blandire, quia etiam audivi quod multæ civitates, & multi Principes, ac Domini ſcripſerunt pro eo. Et eſt ratio, quia non ſunt in Theologia inſtructi, & non intelligunt factum, alias permittterent iſtum hæreticum habere diabolum, quia eſt contra fidem, etiamſi totus mundus diceret contrarium. Vos debetis iſta ſtatim manifeſtare Magiſtris noſtris in Colonia, quod ſciunt capere conſilium. Et valete in Chriſto. Datum in Tubinga.

M. Conradus de Zuiccavia, S. D. M. Ortuino.

SIcut ſcripſiſtis mihi, quod non amplius curatis illas levitates, & non amplius vultis amare mulieres, vel ſupponere, niſi in menſe ſemel aut bis: ego miror quod talia ſcribitis, tamen ego ſcio contrarium. Eſt hic unus ſocius, qui nuper venit ex Colonia, & bene eſt vobis notus, & fuit etiam ſemper ibi vobiſcum. Ipſe dicit, quod ſupponitis uxorem Ioan. Pfefferkorn, & dixit mihi veraciter, & iuravit, & ego credo etiam: quia vos eſtis valde amicabilis, & etiam ſcitis dare bona

na verba. Et cum hoc ſcitis perfecte artem amandi ex Ovidio. Etiam dixit mihi quidam mercator, quod dicunt Coloniæ, quod Magiſter noſter Arnoldus de Tungaris etiam ſupponit eam: ſed hoc non eſt verum, quia ego ſcio veraciter, quod ipſe adhuc eſt virgo, & quod nunquam tetigit unam mulierem: ſed etiam ſi feciſſet, vel faceret, ſicut non credo, tamen non eſſet propterea ita malus, quia humanum eſt errare. Vos multum ſcribitis mihi de iſto peccato, quod non eſt maius peccatum in mundo, & allegatis multas ſcripturas. Ego ſcio bene, quod non eſt bonum, ſed tamen etiam in ſacra ſcriptura reperitur, quod aliqui ſic peccaverunt, & tamen fuerunt ſalvati. Sic Samſon, qui dormivit cum una meretrice, & tamen poſtea Spiritus Domini irruit eum. Et poſſum contra vos arguere ſic: Quiſquis non eſt malevolus, recipit Spiritum ſanctum: ſed Samſon non eſt malevolus: ergo recipit Spiritum ſanctum. Maiorem probo, quia ſcriptum eſt: In malevolam animam non introibit Spiritus ſapientiæ: ſed Spiritus ſanctus eſt Spiritus ſapientiæ: ergo. Minor patet, quia ſi illud peccatum fornicationis eſſet ita malum, tunc Spiritus Domini non irruiſſet in Samſon, ſicut patet in libro Iudicum. Etiam legitur de Salomone, quod habuit trecentas Reginas, & concubinarum non fuit numerus: & ipſe fuit maximus fornicator uſque ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

mortem ſuam, & tamen Doctores communiter concludunt, quod eſt ſalvatus. Quid nunc videtur vobis? Ego non ſum fortior quam Samſon, & non ſum ſapientior Salomone, & ergo oportet aliquando habere unam lætitiam. Quia, ut dicunt Medici, hoc valet cõtra melancholiam. Ah quid dicitis de iſtis ſerioſis patribus? Tamen dicit Eccleſiaſtes: Et deprehendi nihil eſſe melius, quam lætari hominem in opere ſuo. Quapropter ego dico cum Salomone ad amicam meam: Vulneraſti cor meum ſoror mea, ſponſa mea, vulneraſti cor meum in uno crine culli tui: Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea, ſponſa mea: Pulchriora ſunt ubera tua vino, &c. Per Deos, valde iucundum eſt amare mulieres, ſecundum illud carmen Samuelis Poetæ: Diſce, bone clerice, virgines amare, quia ſciunt dulcia oſcula præſtare, iuventutem floridam tuam conſervare. Quia amor eſt charitas, & Deus eſt charitas: ergo amor non mala res. Solvatis mihi illud argumentum. Etiam dicit Salomon: Si dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuę pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Sed permittamus iſta, & veniamus ad alia. Rogaſtis me, quod deberem vobis nova ſignificare: ergo ſciatis, quod iam in carniſprivio fuit hic magna lætitia. Et fuit haſtiludium, & Princepſmet equitavit in foro, & habuit pulchrum andallum deſuper, & in quo fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

picta una mulier cum magno ornatu, & iuxta ipſam ſedit quidam iuvenis in criſpis crinibus, qui organizavit ei, ſecundum Pſalmiſtam: Iuvenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini. Et quando Princeps venit in civitatem, tunc Univerſitas intronisavit eum cum magna proceſſione, & cives braxaverunt multam cereviſiam, & propinaverunt dulcia cibaria, & bene dapiverunt Principem & omnes Curiales, & poſtea choriaverunt, & ego ſteti in uno conſpicello, quod potui videre. Non ſcio plura, quam quod opto vobis omnia bona: & valere in nomine Domini. Ex Lyptzick.

M. Ioannes Krabacius, S. D. M. Ortuino Gratio.

EXcellens vir: ſecundum quod fui ante duos annos vobiſcum in Colonia, & vos dixiſtis mihi, quod ſemper deberem vobis ſcribere ubicunque eſſem, ſic iam notifico vobis, quod audivi de morte unius excellentiſſimi Theologi, qui vocatur Magiſter noſter Heckman deFranconia, qui fuit unus principalis vir, & tempore meo fuit ibi Rector, & fuit inimicus omnium Poetarum ſecularium, & fuit vir zeloſus, & libenter celebravit Miſſas: & quando tenuit Rectoratum Viennæ, tunc ſervavit ſuppoſita in magno rigore: & fuit laudabilis. Semel venit unus ſocius ex Moravia, quando ego fui Viennæ, qui debet eſſe

eſſe Poeta, & ſcripſit etiam metra, & voluit
legere artem metrificandi, & non fuit inti-
tulatus. Tunc ipſe Magiſter noſter Heckman
prohibuit ei, & ipſe fuit ita prætenſus, quod
non voluit curare mandatum eius. Tunc Re-
ctor prohibuit ſuppoſitis, quod non debe-
rent viſitare eius lectionem. Tunc ille Ribal-
dus acceſſit Rectorem, & dixit ei multa ſu-
perba dicta, & tibiſavit eum. Tunc ipſe mi-
ſit pro famulis civitatis, & voluit eum incar-
cerare, quia fuit magnum ſcandalum, quod
ſimplex ſocius deberet tibiſare unum Recto-
rem Univerſitatis, qui eſt magiſter noſter.
Et cum hoc ego audio, quod ille ſocius ne-
que Baccalaurius, neque magiſter, nec eſt a-
liquo modo qualificatus ſeu graduatus, &
inceſſit ſicut bellator, vel qui vult ambulare
ad bellum, & habuit pileum, & longum cul-
trum in latere. Sed per Deos ipſe fuiſſet in-
carceratus, ſi non habuiſſet notos in civitate.
Ego doleo maxime ſi eſt verum, quod ille
vir eſt defunctus, quia fecit mihi multa bo-
na, quando fui Viennæ: & propterea feci
ei Epitaphium tale.

Qui iacet in tumulis, fuit inimicus Poetis,
Et voluit eos expellere, quando voluerunt
hic practicare:
Sicut nuper unus ſocius, qui non fuit intitu-
latus,
Veniens ex Moravia, & docens facere metra:
Quem voluit incarcerare, propter ſuum ti-
biſare:

Sed

Sed quia nunc eſt mortuus, in Vienna ſepultus :
Dicatis bis vel ter pro eo, Pater noſter.

Fuit hic nuncius, qui portavit nova, quæ ſunt mala, ſi ſunt vera, quod cauſa veſtra non bene ſtat in Curia Romana. ſed ego non credo : quia iſti nuncii dicunt etiam multa mendacia. Poetæ bene murmurant hic contra vos, & dicunt, quod volunt defendere Doctorem Reuchlin cum ſuis carminibus, ſed quia vos etiam eſtis Poeta, quando vultis, credo quod bene manebitis præ ipſis. Tamen debetis mihi ſcribere quomodo ſtat negocium. ſi tunc poſſum adiuvare vos, tunc habebitis me fidelem ſocium & adiutorem. Valete. Ex Nurenberga.

Guilhelmus Scherſchleiferius, S. D. M. Ortuino Gratio.

VAlde miror, venerabilis vir, quare mihi non ſcribitis, & tamen ſcribitis aliis, qui non ſcribunt vobis ita ſæpe, ſicut ego ſcribo vobis. Si eſtis inimicus meus, quod non vultis mihi amplius ſcribere, tunc ſcribatis mihi tamen, quare non vultis amplius ſcribere, ut ſciam quare non ſcribitis, cum ego ſemper ſcribo vobis, ſicut etiam nunc ſcribo vobis, quamvis ſcio quod non eritis mihi reſcribere. Verum tamen oro vos præcordialiter, quod velitis mihi tamen ſcribere, & quando ſemel ſcripſiſtis mihi, tunc ego volo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

vobis decies ſcribere, quia libenter ſcribo amicis meis, & volo me exercitare in ſcribendo, ita ut poſſum eleganter dictamina & epiſtolas ſcribere: ego non poſſum cogitare quid eſt in cauſa, qood non ſcribitis mihi. Et conqueſtus ſum nuper, quando hic fuerunt aliqui Colonienſes, & interrogavi: Quid facit tamen Magiſter Ortuinus, quod non ſcribit mihi? Ipſe non ſcripſit mihi in duobus annis: dicatis tamen ei, quod ſcribat mihi, quia libentius vellem ſuas literas legere, quam mel comedere, & ipſe fuit olim amicus principalis. Et interrogavi etiam, quomodo tranſit vobis in illa lite cum Doctore Reuchlin. Tunc dixerunt, quod ille Iuriſta ſcit vos circumdare cum ſua arte. Tunc optavi quod Dominus Deus velit dare vobis ſuam gratiam, quod eritis victor. Si vultis mihi ſcribere: tunc etiam debetis mihi de illo ſcribere, quia vellem libenter ſcire. Iſti Iuriſtæ vadunt hic, & dicunt: Doctor Reuchlin habet bonum negocium, & Theologi in Colonia fecerunt ei iniuriam. Et per Deos, ego timeo, quod Eccleſia poteſt in ſcandalum venire, ſi ille liber, Speculum oculare, non cõburitur, quia habet multas propoſitiones irreverentiales, & contra fidem Catholicam. Et ſi non cogitur ille Iuriſta ad revocationẽ, tunc alii etiã tentabunt ſic ſcribere in Theologia, quamvis non ſciunt, & neque ſtuderunt in via Thomæ, neque in via Alberti, ne-
que

que Scoti: & etiam non ſunt illuminati in fide per gratiam Spiritus ſancti. Quia unuſquiſque debet manere in facultate ſua, & non debet mittere falcem in meſſem alterius: quia ſutor eſt ſutor, & ſartor eſt ſartor, & faber eſt faber. Et non ſtaret bene, ſi unus ſartor vellet facere calceos vel ſtamulta. Vos debetis audacter defendere vos, & ſacram Theologiam, & ego orabo Deum pro vobis quod velit vobis tribuere gratiã ſuam, & illuminare veſtrum intellectum, ſicut fecit antiquis patribus, ne diabolus prævaleat cum ſuis ſervitoribus contra iuſtitiam. Sed ſcribite mihi tamen propter Deum, quomodo ſtatis vos, facitis mihi magnã anguſtiam, & non indigetis. Sed pro nunc commendo vos Domino Deo. Valete in Chriſto. Datum Francofordiæ.

Matthæus Mellilambius, S. D. M. Ortuino Gratio.

QUoniam quidem ſemper fui amicus veſtræ dominationis, & procuravi veſtrum bonum: ergo nunc volo vos in veſtris adverſitatibus gaviſare, & volo in veſtra fortuna eſſe lętus, & in infortunio triſtis: quia vos eſtis amicus meus, & cum amicis debemus eſſe læti, quando lætantur, & contriſtari, quando triſtantur, ut ſcribit Tullius, quãvis eſt gentilis & Poeta. Igitur manifeſto vobis, quod hic habetis unum inimicum valde malitio-

litioſum, qui dicit multa vituperia contra dominationem veſtram: & præſupponit multa, extollens ſe in ſuperbia ſua, & dicit coram omnibus quod eſtis ſpurius, & mater veſtra eſt meretrix, & pater veſter Preſbyter. tunc ego ſteti pro vobis, & dixi: D. Bacculaurie, vel qualiter eſtis qualificatus, vos eſtis adhuc iuvenis, & non deberetis vituperare Magiſtros. Quia, ut ſcriptum habetur in Euangelio: Non eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum. Sed vos eſtis adhuc diſcipulus, & Dominus Ortuinus eſt Magiſter octo vel decem annorum, & ergo non eſtis ſufficiens ad vituperandum unum Magiſtrum, vel virum in tali dignitate conſtitutum, alias etiam invenietis aliquem, qui vituperabit vos, etiamſi eſſetis adhuc ita ſuperbus: vos debetis habere verecundiam, & non facere alia. Tunc ipſe dixit: ego loquor veritatem, & ſcio probare dicta mea, & non volo vos reſpicere, quia Ortuinus eſt ſpurius: & quidam Lanſmannus ſuus dixit mihi pro vero, quod novit eius parentes: & etiam ego volo ſcribere hoc Doctori Reuchlin, quia adhuc non ſcit. Sed quare velletis me vituperare? vos nihil ſcitis de me. Tunc ego dixi: Ecce Domini ſocii, iſte prętendit ſe eſſe ſanctum, quia dicit quod non poteſt vituperari, & quod nihil mali fecit, ſicut ille Phariſæus, qui dixit quod ieiunaret bis in Sabbato. Tunc ipſe fuit iratus, & dixit: Ego non dico quod non peccavi,

quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quia hoc eſſet contra Pſalmiſtam, quid dicit: Omnis homo mendax: & exponit gloſſa, id eſt, peccator. Sed dixi, quod non debetis ſeu poteſtis me vituperare, quantum ad generationem de patre & matre. Sed Ortuinus eſt ſpurius, & non eſt legitimus: ergo eſt vituperabilis, & ego volo eum vituperare in æternum. Tunc ego dixi, non faciatis: quia Dominus Ortuinus eſt excellens vir, & poteſt ſe defendere. Ipſe vero dixit adhuc plura ſcandala de matre veſtra, quod Sacerdotes & Monachi, & equeſtres, & ruſtici, in campo, & in ſtabulo, & alibi ſuppoſuerunt eam. Et ego habui ita magnam verecundiam, quod non creditis: ſed non poſſum vos defendere, quia non vidi patrem veſtrum & matrem: quamvis credo firmiter, quod ſunt honeſti, & probi. Sed ſcribatis mihi quomodo eſt, tunc ego volo ſeminare veſtram laudem hic. Etiam dixi ſibi: vos non debetis talia dicere, quia ponamus caſum, quod Magiſter Ortuinus ſit ſpurius, tamen fortaſſis eſt legitimatus, tunc non eſt amplius ſpurius: quia ſummus Pontifex habet poteſtatem ligandi, & poteſt unum ſpurium facere legitimum, & econtra. Sed ego volo probare ex Euangelio, quod eſtis dignus vituperare. Quia ſcriptum eſt, qua menſura menſuraveritis, eadem menſurabitur & vobis: ſed vos menſuratis menſura vituperationis, ergo etiam ſic debet mẽſurari vobis. Etiam probo per aliud:

quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quia dicitur à Domino noſtro Ieſu Chriſto: Nolite iudicare, ne iudicemini: ſed vos iudicatis alios, & vituperatis eos: ergo etiam debetis iudicari & vituperari. Tunc ipſe dixit, quod mea argumenta ſunt fraſcaria, & non habent effectum: & fuit ita contumax, quod dixit: Etiamſi Papa feciſſet unum filium extra matrimonium & poſtea legitimaret eum, quod tamen coram Deo non eſſet legitimus, ſed ipſe vellet eum tenere pro ſpurio. Ego credo quod diabolus eſt in iſtis Ribaldis, quod ita vituperant vos. Quapropter ſcribatis mihi quod poſſum veſtrum honorem defendere; quia eſſet ſcandalum, quod Doctor Reuchlin ſciret de nobis, quod eſſetis ſpurius. ſed dato quod ſitis: tamen ille non poteſt ſufficienter probare. & ſi videtur vobis bonum, volumus eum citare ad Curiam Romanam, & cogere quod debet facere revocationem: ſicut ſciunt Iuriſtæ concludere: & poſſumus eum facere irregularem: & per Procuratorem poſſumus tribulare eum, & accipere eius beneficia, ſi incurrerit irregularitatem, quia habet unum Canonicatum hic Moguntiæ, & unam parrochiam alibi. Et non habeatis mihi pro malo, quod ſcribam vobis quid audivi, quia puto optime. Et valete in Domino Deo, qui cuſtodiat omnes vias veſtras. Datum Moguntiæ.

M. Ioan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

M. Ioannes Hipp. S. D. M. Ortuino Gratio.

LÆtamini in Domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. Pſalm. 31. Sed ne habeatis moleſtiam, dicentes: quid putat iſte cum ſua allegatione? Debetis legere unam novitatem cum lætitia, quia hilarabit veſtram dominationem mirabiliter, & volo ſcribere cum brevibus verbis. Fuit unus Poeta, qui vocatur Ioannes Eſticampianus, & ipſe fuit ſatis prætenſus, & parvipendit ſæpe Magiſtros artium, & annihilavit eos in ſua lectione: & dixit quod non ſunt ſufficientes, & quod unus Poeta valet decem Magiſtros: & quod Poetæ in proceſſione deberent præcedere Magiſtros & Licentiatos. ipſe legit Plinium, & alios Poetas, & dixit, quod Magiſtri artium non ſunt Magiſtri in ſeptem artibus liberalibus, ſed potius in ſeptem peccatis mortalibus, & non habent bonum fundamentum, quia non didicerunt Poetriam, ſed tantum ſciunt Petrum Hiſpanum, & parva logicalia. & habuit multos auditores & domicellos, & dixit, quod nihil eſt cum Scotiſtis & Thomiſtis, & emiſit blaſphemias contra Doctorem ſanctum. Tunc Magiſtri expectaverunt ſuum tempus, ut vindicarent ſe cum adiutorio Dei. & Deus voluit, quod ipſe ſemel fecit unam orationem, & ſcandalizavit Magiſtros, Doctores, & Li-

centiatos, & Baccalaurios: & laudavit ſuam facultatem, & vituperavit ſacram Theologiam. Et fuit magna verecundia inter Dominos de facultate. Et collegerunt Magiſtri & Doctores concilium, & dixerunt: ? Quid facimus? quia hic homo multa mira facit: ſi dimittimus eum ſic, omnes credent quod eſt doctior nobis, ne forte veniant Moderni, & dicant quod ſunt de meliori via quam antiqui, & vilificabitur noſtra Univerſitas, & fiet ſcandalum. Et dixit Magiſter Andreas Delitſch, qui eſt etiam alias bonus Poeta, quod videtur ſibi, quod Eſticampianus eſt in Univerſitate tanquam quinta rota in curru, quia impedit alias facultates, quod ſuppoſiti non poſſunt bene in eis qualificari. Et alii Magiſtri iuraverunt, quod ita: & ſumma ſummarum, ipſi concluſerunt, quod vellent relegare vel excludere iſtum Poetam, etiamſi deberent in perpetuum habere inimicitiam. Et citaverunt eum ad Rectorem, & monuerunt eum in valvis Eccleſiæ, & ipſe comparavit, & habuit unum Iuriſtam ſecum, & prætendit ſe defendere, & habuit etiam alios ſocios qui ſteterunt cum eo. Et Magiſtri dixerunt, quod deberent abire, quia alias eſſent periuri, quia ſtarent contra Univerſitatem. Et Magiſtri fuerunt fortes in bello, & permanſerunt conſtantes, & iuraverunt quod vellent nemini parcere, propter iuſtitiam. Et aliqui Iuriſtæ & Curiales rogaverunt pro eo:

Et Do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Et Domini Magiſtri dixerunt, quod non eſt poſſibile, quia habent ſtatuta, & ſecundum ſtatuta debet relegari. Et quod eſt mirabile, etiam princeps petivit pro eo, & nihil iuvit: quia dixerunt ad Ducem, quod oportet ſervare ſtatuta Univerſitatis, quia ſtatuta in Univerſitate, ſunt ſicut ligatura in libro: quia ſi ligatura non eſſet, tunc folia caderent hinc inde: & ſi ſtatuta non eſſet, tunc non eſſet ordo in Univerſitate, & ſuppoſita ſtarent in diſcordia, & fieret confuſum chaos: ergo deberet procurare bonum Univerſitatis ſicut feciſſet pater ſuus. Tunc Princeps permiſit ſibi perſuadere, & dixit, quod non poteſt facere contra Univerſitatem, & quod expedit plus quod unus relegatur, quam quod tota Univerſitas patitur ſcandalum: & Domini Magiſtri fuerunt optime contēti, & dixerunt: Domine Princeps, Deo gratias de bona iuſtitia. Et Rector affixit unum mandatum in valvis Eccleſiæ, quod Eſticampianus eſt relegatus ad decem annos: & auditores ſui fecerunt multa verba, & dixerunt quod Domini de concilio fecerunt iniuriam Eſtiacāpiano: ſed ipſi Domini dixerunt quod non vellent dare unum obulum pro eo: & aliqui domicelli dixerunt, quod Eſticampianus velit iſtam iniuriam vindicare, & vellet citare Univerſitatem ad Curiam Romanam. Tunc Magiſtri riſerunt, & dixerunt: Ha quid vellet facere iſte Ribaldus? Et debetis ſcire, quod

nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

nunc eſt magna concordia in Univerſitate. Et magiſter Delitſch legit in arte humanitatis. Et ſimiliter magiſter Rotburgenſis, qui compoſuit unum librum bene in triplo ita magnum, ſicut eſt Virgilius in omnibus ſuis operibus. Et poſuit multa bona in libro, etiam pro defenſione S. matris Eccleſiæ, & de laudibus ſanctorum. Et commendavit noſtram Univerſitatem principaliter, & ſacram Theologiam, & facultatem artiſtarum, & reprehendit illos Poetas ſeculares, & gentiles. Et Domini magiſtri dicunt, quod ſua metra ſunt ita bona ſicut metra Virgilii, & non habent aliqua vitia, quia ipſe perfecte ſcit artem metrificandi, & ante 20. annos fuit bonus metriſta. Quapropter Domini de concilio permiſerunt, quod ipſe debet iſtum librum publice legere pro Terentio, quia eſt magis neceſſarius quam Terentius, & habet bonam Chriſtianitatem in ſe, & non tractat de meretricibus & bufonibus, ſicut Terentius. Vos debetis hæc nova manifeſtare in veſtra Univerſitate, tunc fortaſſis etiam fiet ſic Buſchio, ſicut factum eſt Eſticampiano. Quando mittitis mihi veſtrũ librum contra Reuchlin? Vos dicitis multa. & nihil eſt. Et ſcribitis mihi, quod vultis mihi veraciter mittere, & non facitis. Deus parcat vobis quod non diligitis me, ſicut & ego diligo vos, quia eſtis mihi, ſicut cor meum. Sed adhuc mittatis mihi, quia deſiderio deſideravi hoc Paſcha mandu-

care

care vobiſcum, id eſt, iſtum librum legere. Et ſcribite mihi novitates, & ſemel componite unum dictamen vel aliqua metra de me, ſi ſum dignus. Et valete in Chriſto Domino Deo noſtro, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

M. Petrus Negelinus. S. D. Magiſtro Ortuino.

QUamvis valde timeo eſſe ita audax, quod debeo vobis oſtendere unum dictamen à me compoſitum, quia vos eſtis valde artificialis in compoſitione metrorum & dictaminorum: Sed ego ſum ſicut puſillus, & ſicut dicit Hieremias: A, a, a, Domine, neſcio loqui, quia puer ſum ego: Namque ego nondum habeo bonum fundamentum, & nõ ſum perfecte inſtructus in arte Poetrica & Rhetorica. Attamẽ quia dixiſtis olim quod deberẽ vobis componere omni modo unum carmen, & mittere ad vos, tunc velletis mihi illud emendare, & oſtendere, ubi ſunt vitia. Tunc ego cogitavi nuper: Ecce iſte eſt Præceptor tuus, & bene putat tecum, & tu deberes ei obedire. Ipſe etiam poteſt te promovere in his, & in omnibus: & tu poteris creſcere in doctum virum, ſi vult Dominus Deus, & poteſt tibi bene ſuccedere in tuis negotiis. Quia legitur in 1. libro Regum: Plus valet obedientia quam victima. Quapropter mitto vobis hic unum Poema per me compilatum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

pilatum in laudem ſancti Petri: & unus componiſta, qui eſt bonus Muſicus in cantu chorali & figurali, compoſuit mihi quatuor voces ſuper illud. Et ego feci magnam diligentiam, quod potui ita rigmizare, ſicut eſt rigmizatum: quia illa carmina ſonant melius, ſicut partes Alexandri ſunt compilatæ. Sed neſcio an habent vitia. Vos debetis illa ſcandere ſecundum artem metrificandi, & emendare. Carmen novum M. Petri Negelini, in laudem S. Petri incipit.

Quia tibi Dominus dedit cum iſtis clavibus
Poteſtatem maximam: nec non ſpecialem gratiam
Super omnes ſanctos: quia tu es privilegiatus
Quod ſolvis eſt ſolutũ, in terris & per cœlum,
Et quicquid hic ligaveris, ligatũ eſt in cœlis.
Ergo te oramus, nec non devote ſupplicamus
Vt ores pro noſtris peccatis, propter honorem Vniverſitatis.

Ipſi dicunt quod Doctor Reuchlin, qui Hebraice vocatur Ioannes Capnion, acquiſivit unam ſententiã pro ſe in Spira, ſed Magiſtri noſtri de ordine Prædicatorum dicunt quod non nocet: quia ille Epiſcopus non habet intelligentiam in ſacra Theologia. Et Magiſter noſter Hochſtratus eſt in Curia Romana, & bene viſus apud Dominum Apoſtolicum. Et etiam habet ſufficientiam in pecuniis, & in aliis. Ego vellem dare quatuor groſſos, quod ſcirem veritatem. vos debetis

mihi

mihi ſcribere. Sancte Deus, quid eſt, quod non mittitis mihi ſemel unam literam? Tamen ego habeo libenter quando ſcribitis mihi. Valete, & dignemini mihi ſalutare Magiſtrum noſtrum Valentinum de Gelterſheym, & Magiſtrum noſtrum Arnoldum de Tungaris, in burſa Laurentii, & Magiſtrum noſtrum Remigium, & Dominum Rutgerum, in burſa montis Licentiatum, & propediem Magiſtrum noſtrandum, nec non Dominum Ioannem Pfefferkorn, virum zeloſum, & alios qui ſunt bene qualificati in Theologia, & in artibus, & valete in nomine Domini. Datum Treveris.

Stephanus Calvaſtrus Bacealaurius,
M. Ortuino Gratio.

SAlutem cum humilitate erga veſtrã maioritatem, Venerabilis Domine Magiſter. Venit huc unus ſocius, qui portavit carmina, & dixit quod vos compoſuiſtis illa, & intimaſtis in Colonia. Tunc unus Poeta hic, qui habet magnam laudem, ſed non eſt bene Chriſtianus, vidit illa, & dixit, quod non ſunt bona, & quod habent multa vitia. Et ego dixi, ſi Magiſter Ortuinus compoſuit, tunc non habent vitia, hoc eſt certum: & volui impignorare tunicam meam, quod ſi illa metra haberent vitia, tunc vos non compoſuiſſetis, ſed ſi vos compoſuiſſetis, tunc non haberent vitia. Et mitto vobis iſta carmina,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quod videatis, an vos finxiſtis illa, & ſcribabatis mihi. Et eſt illud carmen ſcriptum in morte Magiſtri noſtri Sotphi, in burſa Kneck, qui olim compoſuit gloſam notabilem, & nunc, proh dolor, eſt mortuus. Requieſcat in pace. Et eſt ſic initiatum.

Hic obiit unum ſolenniſſimum ſuppoſitum, per ſpiritum ſanctum Univerſitati natum.

Qui rexit in burſa Kneck.
Do macht er die copulat von kot zu dreck.
O ſi potuiſſet diutius vivere,
Et plus in gloſa notabili ſcribere:
Tunc adiuvaſſet hanc Univerſitatem,
Et docuiſſet ſcholares bonam latinitatem.
Sed nunc poſtquam deceſſit,
Et Alexandrum nondum ſatis expreſſit:
Univerſitas luget ſuum membrum,
Tanquam unam lucernam vel candelabrũ;
Quod longe lateque luxit,
Per doctrinam, qua ab eo fluxit.
Nemo tam bene ſcripſit conſtructiones,
Et confundebat Poetas illos bufones,
Qui non recte diſcunt Grammaticam,
Per loicam ſcientiarum ſcientiam,
Et in fide non ſunt illuminati,
Ideo à ſancta Eccleſia alienati.
Et ſi non volunt recte opinari,
Tunc debent per Hochſtratum concremari,
Qui Ioannem Reuchlin iam citavit,
Et in iudicio mirabiliter tractavit.

Se

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Sed tu audi Deus omnipotens,
Quod ego oro ſupplex ac flens.
Da mortuo membro favorem ſempiternum,
Et mitte Poetas ad infernum.

Mihi videtur quod eſt optimum carmen, ſed non ſcio quomodo debeo ſcandere, quia eſt mirabile genus, & ego tantum ſcio ſcandere hexametra. Non debetis pati, quod aliquis reprehendit veſtra carmina: & igitur ſcribatis mihi, tunc ego volo vos defendere uſque ad duellum. Et valete. Ex Monaſterio in Weſtphalia.

Ioannes Lucibularius, M. Ortuino Gratio.

SAlutes quas nemo poteſt numerare. Venerabilis Domine Magiſter :' ſecundum quod promiſiſtis mihi prius, quod velletis mihi eſſe adiutorium, quandocunque haberem neceſſitatem, & velletis me promovere præ omnibus aliis, & dixiſtis quod audacter deberem vos invocare, tunc velletis mihi ſuppetiare ſicut fratri, & non velletis me derelinquere in anguſtiis meis. Sic nunc rogo vos pro amore Dei, quia eſt valde neceſſe, quod velletis mihi ſubvenire, quia poteſtis bene. Rector hic licentiavit unum collaboratorem, & vult habere unum alium: quapropter velitis pro me ſcribere literas promotoriales, quod velit ſeu dignetur me acceptare. Quia iam non habeo amplius de pecunia, quia expoſui omnia, & etiam emi

libros & calceos. Vos bene noviſtis me, quod ſum ſufficiens, de gratia Dei, quia quando vos fuiſtis Daventriæ, tunc ego fui ſecundarius: & poſtea in Colonia ſteti per annum, ita quod complevi pro gradu Baccalaurius, & fuiſſem promotus circa feſtum Michaelis, ſi habuiſſem pecuniam. Etiam ſcio ſcholaribus reſumere exercitium puerorum, vel opus minus ſecundæ partis: & ſcio artem ſcandendi, ut vos docuiſtis me: & Petrum Hiſpanum in omnibus tractatibus, & parvulum Philoſophiæ naturalis. Etiam ſum Cantor, & ſcio Muſicam choralem & figuralem, & cum his habeo vocem baſſam, & poſſum cantare unam notam infra Gammaut. Sed non ſcribo vobis talia iactanter, & ideo parcatis mihi. Et ſic commendo vos omnipotenti: Valete. Ex Suollis.

M. Conradus de Zvicavia, S.D.
M. Ortuino Gratio.

SIcut enimvero ſcripſiſtis mihi nuper de veſtra amaſia, quomodo amatis eam intime, & etiã amat vos, & mittit vobis ſerta & facilestas, & zona, & talia, & non accipit pecuniam à vobis, ſicut meretrices. Et quando vir eius eſt extra domum, tunc acceditis eam, & ipſa eſt bene contenta: & nuper dixiſtis mihi, quod pro una vice ter ſuppoſuiſtis eam, & ſemel ſtando retro ianuam in introitu, poſtquam cantaſtis: Attollite portas Principes
veſtras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

eſtras. Et poſtea vir eius venit, & vos fugitis poſterius per hortum. Sic etiam nunc volo vobis ſcribere, quomodo ſuccedit mihi cum mea amaſia. Ipſa eſt valde excellens mulier, & eſt dives, & venit mirabiliter, quod ego acquiſivi notitiam cum ea, quia quidam domicellus, qui fuit notus Pontifici, promovit me. Et ego ſtatim incepi eam valde amare, ita quod non ſcivi aliquid facere in die, & de nocte non potui dormire. Sed quando dormivi, tunc clamavi in lecto: Dorothea, Dorothea, Dorothea. ita quod ſocii, qui ſtant in burſa, audiverunt, & ſurrexerunt, & dixerunt mihi: Domine Magiſter; quid vultis, quod ſic clamatis? Si vultis confeſſionem facere, tunc volumus afferre Sacerdotem. quia putaverunt, quod eſſem in articulo mortis; & invocarem ſanctam Dorotheam cum aliis ſanctis. & ego erubeſcui valde. Sed quādo veni ad illam amaſiam, tunc ſemper fui ita perterritus, quod non potui eam aſpicere, & fui rubicundus. Tunc ipſa dixit: Ah Domine Magiſter, quare eſtis ita verecundus? & ſæpe interrogavit me rationem. & ego dixi, quod non audeo dicere. Sed ipſa voluit ſcire, & non voluit me dimittere, niſi vellem dicere ei: & dixit, quod non vellet iraſci ſuper me, etiam ſi dicerem unam magnam nequitiam. Tunc ſemel fui audax, & revelavi ei ſecreta mea. Quia vos dixiſtis mihi olim, quando legiſtis Ovidium de arte amandi,

quod amatores debent eſſe valde audaces, ſicut bellatores, alias nihil eſt cum ipſis. Et dixi ei: Domina mea reverenda, parcatis mihi propter Deum, & propter honorem omnem veſtrum, & amo vos, & elegi vos præ filiis hominum, quia vos eſtis pulchra inter mulieres, & macula non eſt in vobis: Quia vos eſtis ſpecioſiſſima, ſicut eſt una in toto mundo. Tunc ipſa riſit, & dixit: Per Deos, vos ſcitis amicabiliter loqui, ſi ego vellem credere. Et poſtea ſæpe veni in domum eius, & bibi cum ea. Et quando fuit in Eccleſia, tunc ſteti ita, quod potui aſpicere eam, & ipſa etiam aſpexit me, quaſi vellet me transvidere. Et nuper rogavi eam valde, quod vellet me habere commendatum. Tunc dixit quod non amarem eam. & ego iuravi, quod amarem eam ſicut propriam matrem, & vellem omnia facere ad ſervitium eius, etiam ſi ſolveret mihi vitam. Tunc reſpondit illa pulchra amaſia mea: Ego bene volo videre an eſt ita, & fecit unam crucem ad domum ſuam cum creta, & dixit: Si amatis me, tunc ſemper de ſero, quando eſt tenebroſum, debetis oſculare illam crucem propter me. Et ego feci taliter per multos dies. Tunc ſemel venit unus, & permerdavit mihi crucem, & ego oſculando maculavi os & dentes, & naſum: & fui valde iratus ſuper eam. Sed ipſa iuravit ad ſancta ſanctorum, quod non feciſſet. & ego credo, quia per Deos, alias eſt honeſta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Et imaginavi mihi unum ſocium, qui debet feciſſe: & ſi poſſum perſcrutare, dico vobis, quod debet habere retributionem ſuam. Sed iam habet amicabiliores geſtus erga me, quã antea: & ſpero quod ſupponam eam. Dudum aliquis dixit ei quod ſum Poeta. & ipſa dixit: ego audivi, quod eſtis bonus Poeta: ergo debetis mihi ſemel ſcribere unum carmen. & ego feci illud, & cantavi de ſero in platea. quod ipſa audivit. & poſtea expoſui ei teutonice: & eſt hoc:

O alma Venus amoris inventrix & dominatrix:
Quare tuus filius eſt inimicus meus?
O pulchra Dorothea, quam ego elegi amicam:
Fac mihi etiam ſic, qualiter ego tibi.
Pulchior es tu inter omnes huius urbis puellas:
Splendes ſicut ſtella, & rides ſicut roſa.

Ipſa dixit, quod vult per ſuam vitam ſervare illud propter me. Vos debetis mihi dare conſiliũ, quomodo debeo me regere, & quomodo debeo facere, quod amat me. Et parcatis mihi quod fui ita groſſus ſcribendo ad dominationem veſtram, quia eſt conſuetudo mea, quod ſum ſocialis cum amicis meis. Valete in nomine Benedicti. Ex Lyptzick.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Gerhardus Schirruglius, M. Ortuino Gratio.

SAlutem dixi variam, per Domini noſtri gloriam, qui reſurrexit à mortuis, & nunc ſedet in cœlis. Honorande vir, notifico vobis, quod non ſum libenter hic, & pœnitet me quod non manſi Coloniæ apud vos, ubi potui melius proficere: & vos potuiſſetis me facere bonum loicum, & etiam pro parte Poetam. Et in Colonia ſunt homines devoti, & libenter viſitant Eccleſias, & in dominica vadunt ad ſermonem, & non eſt tanta ſuperbia ſicut hic. Suppoſita non faciunt reverentiam Magiſtris, & Magiſtri non habent advertentiam ad ſuppoſita, & mittunt eos ire, quomodo volunt, & non portant caputia: & quando ſunt in zechis ad vinum, tunc iurant per Deum, & blaſphemant, & faciunt multa ſcandala. Sicut nuper unus dixit, quod non credit, quod tunica Domini Treveris, eſſet tunica Domini, ſed una antiqua & perículoſa veſtis: & non credit etiam, quod crinis beatæ Virginis eſt adhuc in mundo. Et unus alter dixit, quod poſſibile eſt, quod tres Reges in Colonia, ſunt tres ruſtici ex VVeſtphalia: & quod gladius & clypeus S. Michaelis non ſunt ad ſanctum Michaelum. etiam dixit, quod vellet merdare ſuper iudulgentias fratrum Prædicatòrum, quia ipſi eſſent bufones, & deciperent mulieres & ruſticos.

Tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Tunc ego dixi: Ad ignem ad ignem cum iſto hæretico. & ipſe deriſit me. Ego vero dixi: Tu ribalde; tu deberes talia dicere, quod M. noſter Hochſtrat in Conlonia audiret, qui eſt inquiſitor hæreticæ pravitatis. Tunc dixit: Hochſtratus eſt una execrabilis & maledicta beſtia. & maledixit ei, & dixit: Ioannes Reuchlin eſt probus vir, & Theologi ſunt Diaboli, & iniuſte iudicaverunt, quando combuſſerunt ſuum libruum, qui vocatur Speculum oculare. Tunc ego reſpondi: Noli dicere hoc, quia ſcriptum habetur in Eccleſiaſt. cap. 8, Non iudices contra iudicē, quia, ſecundum quod iuſtum eſt, iudicat. Tu vides, quod Uniuerſitas Parrhiſienſis, ubi ſunt Theologi profundiſſimi & zeloſi, & qui non poſſunt errare, etiam iudicaverunt ita, ſicut Colonienſes: quare ergo vis eſſe contra totam Eccleſiam? Tunc ipſe dixit, quod Parrhiſienſes eſſent iniquiſſimi iudices, & quod acceperunt pecuniam à fratribus de ordine Prædicatorum, quam portavit ipſis (ut ille nequam mentitur) zeloſus vir, & Theologus ſcientiſſimus D. Theodoricus de Ganda, Legatus Univerſitatis Colonienſis. Et adhuc dixit, quod iſta non eſt Eccleſia Dei, ſed eſt illa, de qua dicit Pſalmus, Odivi Eccleſiā malignantiū, & cum impiis non ſedebo. Et culpavit Magiſtros noſtros in Parrhiſia in omnibus actibus ſuis, & dixit quod Univerſitas Parrhiſienſis eſſet ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ter omnis ſtultitiæ, quæ haberet ibi originē, & veniſſet in Almaniam & Italiam, & quod illa ſchola ſeminaſſet undique ſuperſtitionem & vanitatem: & frequenter omnes, qui ſtudent in Parrhiſia, habent mala capita, & ſunt quaſi fatui. Et dixit quod Thalmut non eſt ab Eccleſia damnatus. Tunc ſedit ibi Magiſter noſter Petrus Meyer, Plebanus in Francofordia. & dixit: Ibi ego volo oſtendere, quod iſte ſocius non eſt bonus Chriſtianus, & non ſentit recte cum Eccleſia. Sancta Maria, vos ſocii vultis multum loqui de theologia, & non ſcitis. Quia etiam Reuchlin ignorat, ubi ſcriptum eſt, quod thalmut eſt prohibitus. Tunc ille ſocius quæſivit; ubi eſt ſcriptum? Et dixit Magiſter noſter Petrus, quod legitur in Fortalitio fidei. Reſpondit ille trufator, quod Fortalitium fidei eſt merdoſus liber, & non valet, & quod nemo allegat iſtum librum, niſi ſtultus & fatuus. Et ego fui perterritus, quia valde iratus fuit Magiſter noſter Petrus, ita, quod tremuerunt ei manus: & ego timui, quod noceret ei, & dixi ei: Domine eximie, eſtote patiens, quia qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia. Proverb. 13. Permittatis iſtum, quod peribit ſicut pulvis à facie venti. Ipſe dicit multa, & tamen nihil ſcit. Et ſicut ſcribitur in Eccleſiaſtico: Stultus verba multiplicat, ita ipſe etiam facit. Tunc ipſe, proh dolor, incepit multa dicere de ordine Prædicatorum, quomodo iſti probi fra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

bi fratres fecerunt unam nequitiam in Berna, quod ego non credo per vitam meam, & quomodo fuerunt combuſti, & quod ipſi ſemel impoſuerunt venenum in Sacramento Euchariſtiæ, & ſic interfecerunt unum Imperatorem: & dixit, quod oportet iſtum ordinem delere, alias fient multa ſcandala in fide, quia omnis malitia eſt in illo ordine: & alia multa dixit. Ergo debetis aperte ſcire, quod vellem libenter redire ad Coloniam, quia quid debeo facere cum talibus maledictis hominibus? Veniat mors ſuper illos, & deſcendant ad infernum viventes, ut inquit Pſalmiſta. quia ſunt filii diaboli. Si videtur vobis, tunc prius volo accipere gradum: ſi non, tunc volo abire ſtatim. Ergo debetis mihi cito ſcribere mentem veſtram, ſecundum illam volo me regere. & cum hoc commendo vos Domino Deo. Valete. Ex Maguntia.

Ioannes Vickelphius humilis ſacræ Theologiæ Profeſſor, S. D. M. Ortuino Gratio, Poetæ & Theologo, &c.

QUoniam quidem olim fuiſtis diſcipulus meus in Daventria, & ego amavi pro tunc vos ante omnes Scholares, quia habuiſtis bonum ingenium, & fuiſtis valde diſciplinatus iuvenis: quapropter nunc etiam volo vobis dare conſilium, ubicunque poſſum. Sed vos debetis etiam bono animo accipere,

quia

quia Deus eſt ſcrutator cordium, & ſcit, quod ego loquor vobis ex dilectione, & pro ſalute animæ veſtræ. Fuerunt hic aliqui Colonienſes, qui dixerunt, quod habetis Coloniæ unam mulierem, quæ eſt ſæpe apud vos, & vos apud ipſam, & dicunt veraciter, quod habetis actum cum ipſa: & ego dolui valde cum magno terrore, quando audivi, quia eſt magnum ſcandalum, ſi verum eſt, quia eſtis graduatus, & pro tempore aſcenderetis etiam ad altiora: ſcilicet ad gradus in ſacra Theologia: & quando talia audiuntur de vobis, tunc dant malum exemplum iunioribus, qui peiorantur exinde. Vos tamen bene legiſtis in Eccleſiaſtico: *Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hac concupiſcentia quaſi ignis ardeſcit.* Et in Eccleſ. *Averte faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam.* Et ibidem: *Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius.* Vos ſcitis etiam, quod maximum peccatum eſt fornicatio. Sed cum hoc audio, quod illa mulier eſt legitima, & habet virum. Propter Deum dimittatis eam, & reſpiciatis famam veſtram: eſt ſcandalum, quod homines debent dicere, quod Theologus eſt adulter, quia alias habetis ſatis bonam famam: omnes dicunt, quod eſtis bene qualificatus, ſicut etiam ego ſcio. Vos deberetis quotidie ſemel habere unam devotam recordationem paſſionis dominicæ: quia

illud eſt magnum remedium contra tentationes diaboli, & ſtimulum carnis: & petere in orationibus veſtris, quod Dominus velit vos cuſtodire à malis cogitationibus. Ego credo, quod talia legiſtis in Poetis ſæcularibus, & peioratis vos inde: & ergo vellem, quod dimitteretis illos poetas: quia ſcitis quod ſanctus Hieronymus fuit percuſſus ab Angelo, quia legit in libro Poetarum: & Daventriæ ſæpe dixi etiam vobis, quod non deberetis fieri Poeta vel Iuriſta: quia iſti ſunt male affectionati in fide, & habent quaſi omnes malam diſpoſitionem in moribus. Et de illis loquitur Pſalmiſta: Odiſti omnes obſervantes vanitatem ſupervacue. Etiám de alio volo ſcribere vobis. Ipſi dicunt, quod vos ſcripſiſtis contra Ioannem Reuchlin in cauſa fidei. & eſt bonum, quia vultis lucrari ſuper talentum veſtrum, quod tradidit vobis Deus. Sed dicitur hic quod Ioannes Pfefferkorn, quem etiam defenditis vos, eſt malus nequam, & non eſt factus Chriſtianus amore fidei, ſed propterea, quod Iudæi voluerunt eum ſuſpendere propter ſuas nequitias, quia dicunt, quod eſt fur & proditor, & ſic fuit baptizatus: & omnes dicunt, quod occulte eſt malus Chriſtianus, & non manebit in fide. ergo debetis videre quid facitis. Iam combuſſerunt in Hallis unum baptizatum Iudęũ, qui etiam vocatur Ioannes Pfefferkorn, & fecit multa mala. Ego timeo, ſi, quod ille

faciet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

faciet ſemel talia, tunc vos male ſtaretis. Sed nihilominus debetis defendere Theologiam: & accipite in bonam partem, quod fraterne conſului vobis: & valete in bona proſperitate. Datum Madeburck.

Paulus Daubengigelius S. P. D. M. Ortuino Gratio.

ECce, ſi ego ſum mendax, ſicut nuper dixiſtis, quod promitterem vobis ſemper, quod vellem vobis ſcribere, & tamen non ſcriberem vobis: Iam volo probare, quod teneo vobis fidem: quia vir maturus & rectus nihil debet promittere, quod non vult ſervare: & eſſet magna inconſtantia de me, ſi non ſervarem vobis promiſſa, & eſſem fallax. Vos debetis ſimiliter ſcribere mihi. tunc ſæpe volumus ad invicem mittere ſeu dirigere Epiſtolas. Etiam debetis ſcire, quod Doctor Reuchlin permiſit imprimere unum librum, qui intitulatus eſt, Defenſio; in quo ſcandalizat valde dedecoroſe, & vocat vos aſinum, & verecundatus ſum valde, legens illum librum, quamvis non legi eum per totum, quia proieci ante parietem, quando vidi, quod eſt ita malignoſus contra Theologos & artiſtas. vos poteſtis eum legere, ſi vultis, quia mitto hic eum vobis. mihi videtur quod autor ille cum ſuo libro debet comburi, quia eſt maxime ſcandaloſum, quod aliquis debet talem librum compilare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

pilare. Nuper fui in equiritia, & volui emere equum, in quo vellem equitare ad Vienam: tunc vidi illum librum venalem, & ego cogitavi mecum, quod neceſſe eſt, quod vos videbitis illum, ut poſſitis ei reſpondere ad ſuam perverſitatem, quia ſi poſſem facere vobis maiora ſervitia, non vellem tardari, quia habetis me humilem ſervitorem & fautorem veſtrum. Sciatis, quod adhuc habeo malos oculos: ſed venit huc quidam Alchimiſta, qui dicit, quod ſcit medicare oculis, etiamſi homo eſſet totaliter cæcus in illa infirmitate, & alias habet bonam experientiam, quia ambulavit per Italiā & Franciam, & multas provincias. Et ſicut ſcitis, omnis Alchimiſta eſt medicus aut ſaponiſta. quamvis iam eſt depauperatus aliquantutum. Vos quæſiviſtis etiam quomodo ſuccedit mihi alias. Gratias vobis, quod quæritis ita. ſed debetis ſcire quod adhuc bene ſto, de gratia Dei: & in iſta vindemia detorculavi multum vinum, & in frumentis habeo bonam ſufficientiam. Sed de novitatibus ſcitote, quod ſereniſſimus Dominus Imperator mittit magnum populum in Lombardiam, pro ſuperbia ſua. Ego vidi bene duo millia cum ſex baniris, & habuerunt pro dimidio cuſpides, & pro dimidio pixides ſeu bombardas, & fuerunt ſatis terribiles, & habuerunt ſciſſas caligas, & fecerunt multa damna ruſticis & villanis. & homines dixerunt, quod vellent,

quod

quod omnes interficerentur: ſed ego opto, quod redibunt cum ſanitate. Mittatis mihi cum iſto nuncio formalitates & diſtinctiones Scoti, quas compoſuit Brulifer, & etiam clipeum Thomiſtarum in littera Aldi, ſi poteſtis reperire. Etiam vellem libenter videre modum metrificandi, quem vos compoſuiſtis. Et emite mihi Boetium in omnibus ſuis operibus, & præcipue de diſciplina ſcholarium, & de conſolatione Philoſophica, cum commento Doctoris ſancti. Et cum hoc valete: & habeatis me commendatum. Ex Auguſta.

M. Philippus Sculptoris, S. D. M. Ortuino.

SIcut ſcripſi vobis ſæpe, ego habeo moleſtiam, quod iſta ribaldria, ſcilicet facultas Poetarum, fit communis, & augetur per omnes provincias & regiones. Tempore meo fuit tantum unus Poeta, qui vocatus fuit Samuel. Et nunc ſolum in iſta civitate ſunt bene viginti, & vexant nos omnes, qui tenemus cum antiquis. Ego nuper realiter expedivi unum, qui dixit, quod ſcholaris non ſignificat perſonam, qui vadit ad ſcholas diſcendi cauſa. & dixi: Aſine, vis tu corrigere Doctorem ſanctum, qui ponit iſtam dictionem? Poſtea ſcripſit ipſe unam invectivam ad me, & poſuit multa opprobrioſa dicta, & dixit, quod non ſum Grammaticus bonus, quia non recte expoſui iſta vocabula, quando

do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

do practicavi in prima parte Alexandri, & in libro de modis ſignificandi. Et volo vobis ſcribere formaliter illos terminos, quod debetis videre, quod recte expoſui, ſecundum omnes vocabularios, & ad hoc poſſum allegare autenticos autores, etiam in Theologia. Et primo dixi: Seria aliquando ſignificat ollam, & tunc dicitur à Syria, quia in tali provincia primo facta eſt: etiam poteſt dici à ſeriis, quia eſt utilis & neceſſaria: vel à ſerie, id eſt, ordine fit. Item patricii dicuntur patres Senatorum. Item currus dicitur à currendo, quia per eum currunt interiora ad extra. Item ius iuris ſignificat iuſtitiam: ſed ius iuris ſignificat prodium. unde verſus: Iùs iuris mando, ius iuris in agmine pando. Item Lucar ſignificat pecuniam, quæ colligitur ex lucro vel ex ſylva. Item mantellus ſignificat pallium, & inde venit diminutivum manticulus. Mæchanicus, id eſt, adulterinus, hinc dicuntur artes Mæchanicæ, id eſt, adulterinę, reſpectu liberalium, quæ ſunt veræ artes. Item menſorium eſt quicquid ad menſam pertinet. Item Polyhiſtor dicitur, qui ſcit multas hiſtorias: inde venit Polyſtoria, id eſt, pluralitas hiſtoriarum. Polyſemus dicitur qui habet plures ſenſus. Iſta & ſimilia dicunt, non eſſè vera, & ſcandalizavit me coram ſcholaribus meis. Tunc ego dixi, quod ſufficiat ad æternam ſalutem, quod aliquis eſt ſimplex Grammaticus, & ſaltem ſcit exprimere mentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tis conceptum. Tunc reſpondit, quod neque ſum ſimplex neque duplex Grammaticus, & nihil ſcio. Tunc fui lætatus, qui iam volo citare eum ad privilegia Univerſitatis Viennenſis, ubi debet reſpondere mihi, quia ibi ſum promotus de gratia Dei in Magiſtrum: & ſi fui ſufficiens toti Univerſitati, etiam volo ſufficiens eſſe uni Poetæ, quia Univerſitas eſt plus, quam Poeta. Et credatis mihi, ego non vellem iſtam iniuriam dare pro viginti florenis. Dicitur hic, quod omnes Poetæ volunt ſtare cum Doctore Reuchlin contra Theologos, & quod unus iam compoſuit unum librum, qui vocatur Triumphus Capnionis, & continet multa ſcandâla, etiam de vobis. Utinam omnes Poetæ eſſent ibi, ubi piper creſcit, quod dimitterent nos in pace, quia timendum eſt, quod facultas Artiſtica peribit propter illos Poetas, quia ipſi dicunt, quod artiſtæ ſeducunt iuvenes, & accipiunt ab eis pecuniam, & faciunt eos Baccalaurios & Magiſtros, etiamſi nihil ſciunt. Et iam fecerunt quod ſcholares non amplius volunt promovere in artibus: ſed omnes volunt eſſe Poetæ. Ego habeo unum amicum, qui eſt bonus iuvenis, & habet optimum ingenium, & parentes ſui miſerunt eum ad Ingelſtad, & ego dedi ei literas promotoriales ad quendã Magiſtrum, qui bene eſt qualificatus in artibus, & nunc tendit procedere ad gradum Doctoratus in Theologia. Tunc ipſe iuvenis receſſit

ceſſit ab illo Magiſtro, & venit ad Philomuſum Poetam, & audit lectiones eius. Et ſic miſereor illius iuvenis, ſecundum quod ſcriptum eſt Proverb. 19: Fœneratur Domino qui miſeretur pauperis. quia ſi manſiſſet uſque ad hoc tempus apud illum Magiſtrum. tunc iam eſſet Baccalaurius. Sed nihil eſt, etiam ſi ſtudet decem annos in Poetria. Ego ſcio quod etiam habetis multas vexas ab iſtis Poetis ſecularibus. quamvis enim vos eſtis etiam Poeta, tamen non eſtis talis Poeta, ſed vos tenetis cum Eccleſia: & cum hoc eſtis bene fundatus in Theologia: & quando copulatis carmina, tunc non ſunt de vanitatibus, ſed de laudibus ſanctorum. Libenriſſime vellem ſcire, quomodo ſtaret negotium illum cum Doctore Reuchlin: ſi poſſum in hoc utilis eſſe vobis, tunc ſignificate mihi, & ſimul ſcribatis mihi omnia: & valete.

Antonius Rubenſtadius, M. Ortuino Gratio.

SAlutem ex cordiali affectu amicabiliter optat. Venerabilis Domine Magiſter: ſciatis quod pro nunc non habeo tempus ad ſcribendum, de aliis rebus non valde neceſſariis, ſed tantum reſpondeatis mihi ad unam quęſtionem. quam ſic propono: utrum Doctor in Iure teneatur facere reverentiam Magiſtro noſtro, qui non incedit in habitu. Eſt autem habitus Magiſtrorum noſtrorum, ſicut ſcitis,

Capu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Caputium magnum cum liripipio. Eſt hic unus Doctor, qui eſt promptus in utroque Iure, & habet inimicitiam cum Magiſtro noſtro Petro Meyer, plebano. Et nuper obviavit ſibi in platea, quando Magiſter noſter Petrus non ivit in habitu: tunc ille Iuriſta non fecit ei reverentiam. Et poſtea fuit dictum, quod non bene feciſſet, quia etiamſi eſſet inimicus eius, tamen deberet ei facere reverentiam propter honorem ſacræ Theologiæ. Quia deberet eſſe inimicus perſonæ, & non ſcientiæ, quia Magiſtri ſunt in loco Apoſtolorum, de quibus ſcriptum eſt: Quam ſpecioſi pedes euangelizantium bona, prædicantium pacem! Quapropter ſi ſpecioſi ſunt pedes eorum, quanto magis capita & manus debent eſſe ſpecioſa? Et videtur quod omnis homo, etiam Principes, debent honorem & reverentiam facere Theologis & Magiſtris noſtris. Tunc ille Iuriſta reſpondit, & præciſe in contrarium allegavit ſuas leges & multas ſcripturas, quia ſcriptum eſt: Qualem te invenio, talem te iudico: ſed nemo tenetur facere ei reverentiam, qui non incedit qualiter debet, etiamſi eſſet Princeps. Et quando preſbyter reperitur in aliquo indecenti opere, & non eſt veſtitus ſicut Sacerdos eſſe debet, ſed habitu ſeculari, tunc iudex ſecularis poteſt eum habere & tractare pro homine ſeculari, & afficere eum pœna corporali, non obſtantibus privilegiis clericorum. Sic dixit ille

ille Iuriſta. Sed vos debetis mihi ſignificare mentem veſtram, & ſi non ſcitis per voſmetipſum, tunc habetis conſulere Iuriſtas & Theologos in Univerſitate Colonienſi, quod ſciam veritatem, quia Deus eſt veritas, & qui amat veritatem, amat etiam Deum. Similiter debetis notificare mihi, quomodo procedit in veſtra lite contra Doctorem Reuchlin: ego audio quod ipſe eſt depauperatus propter magnas expenſas: & valde lætor, quia ſpero quod Theologi erunt victores, & vos etiam. Valete in nomine Domini. Datum Francofordiæ.

Ioannes Stablerius, S. D. M. Ortuino Gratio.

SIcut ſemper cupiviſtis à me habere novitates, iam eſt tempus, quod debeo & poſſum vobis nova ſcribere, quamvis doleo, quia non ſunt bona. Sciatis quod frarres de ordine Prædicatorum, habuerunt hic indulgentias, quas impetraverunt in Curia Romana magnis expenſis, & collegerunt etiam ſatis magnam pecuniam: tunc de nocte venit quidam fur in Eccleſiam, & accepit plus quam trecentos florenos, & furatus eſt eos, & iſti fratres zeloſi, & in fide Chriſtiana valde bene affectionati, triſtes fuerunt, & conqueruntur de illo fure. Sed cives miſerunt undique, & non poſſunt reperire eum, quia aufugit, & habet ſecum pecuniam, Et eſt magna nequitia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

nequitia, quod hoc debet fieri in indulgentiis Papalibus, & in loco ſacro. ipſe eſt excommunicatus, ſit ubi ſit. Homines qui ſunt abſoluti & dederunt pecuniam ſuam ad illam ciſtam, nunc putant, quod non ſunt abſoluti, ſed nihil eſt: ipſi ſunt ita bene abſoluti, ut ſi fratres Prædicatores haberent adhuc pecuniam ſuam. Etiam ſciatis, quod iſti, qui ſunt ex parte Doctoris Reuchlin, vadunt hic, & faciunt multos rumores, quia dicunt quod fratres Prædicatores propterea impetrant illas indulgentias in Curia Romana, quod cum illa pecunia volunt vexare ipſum Doctorem, & tribulare eum in cauſa fidei. Et quod homines non debent eis dare aliquid in quocunque ſtatu fuerint, ſive baſſo, ſive Eccleſiaſtico, ſive mundano. Nuper fui Moguntiæ in actu illo, quem celebraverunt Magiſtri noſtri contra Reuchlin. tunc eſt ibi quidam Prædicator in ſummo, qui eſt Magiſter noſter, promotus in Heydelberga, & vocatur Bartholomæus Zehender, latine Decimarius: ille publicavit in ambone, quod homines deberent convenire ad ſequentẽ diem, & videre quomodo Speculum oculare combureretur: quia ipſe putabat, quod non eſſet poſſibile, quod Doctor Reuchlin poſſet invenire unam fallaciam, quod illud non fieret: tunc unus ſocius qui eſt ibi, & dicunt quod eſt Poeta, circumivit, & ſeminavit peſſimos ſermones cõtra prædictum Magiſtrum noſtrum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ıoſtrum , & quando obviavit ei , tunc aſpe-
it eum aſpectu draconico & venenoſo. Et
ixit publice : Iſte Prædicator non eſt dignus,
quod debet ſedere in menſa , ubi ſedent pro-
i viri , quia poſſum probare quod eſt ne-
quam & pultronus , quia in ambone in Ec-
leſia veſtra coram omni populo mentitus eſt
contra famam unius excellentis viri , & dixit
lla , quæ non ſunt facta , & prætenditur dici,
ex invidia tribulant iſtum bonum Doctorem,
& appellant eum beſtiam & canem . & dixit
quod nullus Phariſęus unquam fuiſſet ita ne-
quitioſus & invidus . & venit talis ſermo ad
prædictum Magiſtrum . & ipſe excuſavit ſe
ſufficienter, ut mihi videtur: quia dixit, quod
quamvis non combuſtus eſt ille liber , tamen
fortaſſis combureretur in poſterum : & allega-
vit ſcripturam ſacram in multis paſſibus, quia
non eſt mendacium , quando aliquis dicit
aliquid pro fide Catholica. Et dixit quod ba-
ivi , & Officiales Epiſcopi Moguntinenſes
mpediverunt illum factum contra omnem ę-
quitatem. Sed homines deberent videre, quid
poſthac cõtingeret , quia ipſe vellet eſſe Pro-
pheta, quod ille liber combureretur , etiamſi
Imperator & Rex Franciæ, & omnes Princi-
pes & Duces ſtarent pro Doctore Reuchlin.
Talia volui vobis ſignificare , ut eſſetis cavi-
ſatus : & rogo vos quod velitis eſſe diligens
in negotiis veſtris , ne incurratis ſcandalum.
Et ſic valete. Datum in Miltenberg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Frater Conradus Dollenkopfius, M. Ortuino Gratio.

SAlutem & devotionem humillimam cum orationibus quotidianis apud Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Venerabilis vir: Non habeatis moleſtiam, quod ſcribo vobis de negotiis meis, cum vos bene habetis maiora pro agendo: ſed dixiſtis mihi olim, quod deberem vobis ſemper ſcribere, quomodo ſtuderē, & non deberem ceſſare in ſtudendo, ſed deberem procedere, quia haberem bonum ingenium, & poſſem cum adiutorio Dei bene proficere, ſi met vellem. Ergo debetis ſcire, quod ego pro nunc contuli me ad ſtudium Heydelbergenſe, & ſtudeo in Theologia: ſed cum hoc audio quotidie unam lectionem in Poetria, in qua incepi proficere notabiliter de gratia Dei, & iam ſcio mentetenus omnes fabulas Ovidii in Metamorphoſeos, & ſcio eas exponere quadrupliciter, ſcilicet naturaliter, literaliter, hiſtorialiter, & ſpiritualiter, quod non ſciunt iſti Poetæ ſeculares: Et nuper interrogavi unum ex illis, unde dicitur Mavors? tunc dixit mihi unam ſententiam quæ non fuit vera: ſed etiam correxi eam, & dixi, quod Mavors dicitur quaſi mares vorans: & ipſe fuit confuſus. Tunc dixi, quid ſignificatur per novem muſas allegorice? tunc etiam ignoravit: & ego dixi quod muſæ ſignificant ſeptem choros Angelorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Tertio dixi, unde dicitur Mercurius? ſed quãdo non ſcivit, tunc dixi ei, quod Mercurius dicitur quaſi mercatorum curius, quia eſt Deus mercatorum, & habet curam pro eis. Ita videtis quod iſti Poetæ nunc ſtudent tantum in ſua arte naturaliter, & non intelligunt allegorias & expoſitiones ſpirituales, quia ſunt homines carnales: & ut ſcribit Apoſtolus 1, Corinth. 2, Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Sed poſſetis dicere, unde habetis iſtam ſubtilitatem? Reſpondeo, quod nuper acquiſivi unũ librum, quem ſcripſit quidam Magiſter noſter Anglicus, de ordine noſtro, & habet nomen Thomas de Walleis, & compoſitus eſt ille liber ſuper librum Metamorphoſeos Ovidii, exponens omnes fabulas allegorice & ſpiritualiter, & eſt ita profundus in Theologia, quod non creditis. Certiſſimum eſt quod Spiritus ſanctus infudit huic viro talem doctrinam. Quia ſcribit ibi concordantias inter ſacram ſcripturam, & fabulas Poetales. Sicut poteſtis notare ex iſtis, quæ iam ponam. De Phythone ſerpente, quem interfecit Apollo, ſcribit Pſal. Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. Et iterum: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. De Saturno qui ſemper ponitur homo ſenex, & pater Deorum, comedens filios ſuos, ſcribitur ab Ezechiele: Comedent patres filios in medio tui. Diana ſignificat beatiſſimam virginem Mariam, am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

bulans cum multis virginibus hinc inde. Et ergo de ea ſcribitur in Pſal. Adducentur virgines poſt eam. Et alibi: Trahe me poſt te, curremus in odore unguentorum tuorum. Item de Iove, quando defloravit Caliſtonem virginem, & reverſus eſt ad cœlum, ſcribitur Matth. 12. Reverrar ad domum meam, unde exivi. Item de Aglauro pediſſequa, quam Mercurius vertit in lapidem, illa lapidificatio tangitur Iob 42. Cor eius indurabitur ut lapis. Item quomodo Iupiter ſuppoſuit Europam virginem, etiam habetur in ſacra ſcriptura, quod ego ignoravi prius, quia ſic dixit ad eam: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, quia concupivit Rex ſpeciem tuam. Item Cadmus quærens ſororem ſuam gerit perſonam Chriſti, qui quærit ſuam ſororem, id eſt, animam humanam: & ædificat civitatem, id eſt, Eccleſiam. De Actæone vero qui vidit Dianam nudam, prophetizavit Ezechiel c. 16, dicens: Eras nuda & confuſione plena, & tranſivi per te, & vidi te. Et non eſt fruſtra in Poetis ſcriptū, quod Bacchus eſt bis genitus, quia per hoc ſignificatur Chriſtus, qui etiam eſt bis genitus, uno modo ante ſecula, & alia vice humaniter & carnaliter. Et Semele quæ nutrit Bacchum, ſignificat beatam virginem, cui dicitur Exod. 2, Accipe puerum iſtum, & nutri mihi, & ego dabo tibi mercedem tuam. Item Fabula de Piramo & Thisbe ſic exponitur allegorice & ſpiritualiter.

ter. Piramus ſignificat filium Dei, & Thiſbe ſignificat animam humanam, quam amat Chriſtus, & de qua ſcribitur in Euangelio: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, Lucæ 2. Sic Thiſbe interfecit ſe gladio amaſii ſui. Item de Vulcano qui eiicitur de cœlo, & efficitur claudus, ſcribitur in Pſalmis: Expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Hæc & talia multa didici ex illo libro. Vos videretis mirabilia, ſi eſſetis mecum. Et iſta eſt via, qua debemus ſtudere poetriam. Sed parcatis mihi quod prætendo quaſi docere veſtram dominationem: quia vos ſcitis melius quam ego, ſed feci in bona opinione. Ego diſpoſui hic, aliquis Tubinga debet me certificare, quicquid agit Doctor Reuchlin, ita quod poſſum vos caviſare. Sed iam nihil ſcio: alias vellem vobis notificare. Sed iam valete in charitate non ficta. Datum Heydelbergæ.

M. Tilmannus Lumplin, S.D. M.Ortuino Gratio.

STultiſſimus ſum virorum, & ſapientia non eſt mecum: non didici ſapientiam, & non novi ſapientiam ſanctorum, Proverb. 30. Ergo non debetis me ſpernere. quod prætendo vobis dare conſilium in factis veſtris: quia ego facio talia ex bono animo, & volo caviſare vos ſecundum quod ego intelligo, & modicum volo corrigere vos, quia vexatio dat intellectum. Et ſcriptum eſt in

Eccleſ. c. 13, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Sic etiam fit vobis, quia vultis habere quod ſum amicus veſter: propterea oportet etiam pro bono accipere vexationes à me. Ego percepi ſeu intellexi, quod vos taceris in cauſa Ioan, Reuchlin, & non reſpondetis ei contra ſuas ſcandalizationes, & iratus ſum valde, quia amo vos: & ſcriptum eſt? Quem diligo, corrigo. Nam quare incepiſtis ei reſpondere, ſi non vultis continuare? An non eſtis ſufficiens? Vos eſtis per Deos, & præſertim in facultate Theologica eſtis melior: & ergo debetis ei reſpondere, & defendere famam veſtram, & prædicare fidem Chriſtianam, contra quam ſcribit ille hæreticus. Et non debetis aliquem reſpicere, quia dicit Salomon in Eccleſ. 13, Noli eſſe humilis in ſapientia, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. Neque debetis timere potentiam Iuriſtarum, quod faciant vobis periculum corporis, quia debetis talia pati pro fide & veritate. Unde Chriſtus dicit in Euangelio Matth. 16, Qui voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam. Et ſi timetis, quod non poteſtis eum vincere, tunc non creditis Euangelio, quia iſta eſt cauſa fidei. Et ſcriptum eſt in Euangelio, quod nihil eſt impoſſibile homini, qui credit, quia ponitur Matth. 8, Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc, & trãſibit, & nihil erit impoſſibile vobis. Sed non
eſt

eſt poſſibile, quod Doctor Reuchlin poteſt verum ſcribere, quia non habet fidem integre, quia defendit Iudæos, qui ſunt hoſtes fidei, & eſt contra opiniones Doctorum, & cum hoc eſt peccator, ſicut ſcribit Magiſter Ioannes Pfefferkorn in ſuo libro, qui dicitur Sturmglock. Sed peccatores non debent aliquid habere agere in ſcriptura ſacra, quia ſcribitur Pſalm 49, Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Quapropter ego hortor vos, & rogo pectoraliter, quatenus velitis audacter defēdere vos, quod homines poſſunt laudabiliter dicere de vobis, quod defendiſtis Eccleſiam & famam veſtram. Nec debetis reſpicere aliquem, etiamſi Papa vellet prohibere, quia Eccleſia eſt ſupra Papam. Et debetis me habere excuſatum, quod moveo vos, quia vos amo, & tu ſcis Domine quod amo te. Valete in fortitudine corporis & animi.

Profundiſſimo nec non illuminatiſſimo Magiſtro Ortuino Gratio, Theologo, Poetæ, & Oratori in Colonia, Domino ac Præceptori ſuo obſervandiſſimo, Ioannes Schnarholtzius, mox Licentiatus, humilima commendatione ad mandata.

CORdialiſſime, nec non profundiſſime M. Ortuine: Ego Ioannes Schnarholtzius,

zius, mox licentiandus in Theologia, in alma Univerſitate Tubingen, vellem libenter loqui cum veſtra dignitate, ſed timeo, quod eſt irreverentialitas, quia vos eſtis ita doctus, & tam magnæ reputationis in Colonia, quod nullus debet ad veſtram dignitatem accedere, qui prius non bene prævidit ſe, quia ſcriptum eſt: Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Sed vos eſtis humilis, & ſcitis vos humiliare: ſecundum quod dicit Scriptura: Qui ſe humiliat, exaltabitur, & qui ſe axaltat, humiliabitur. Ideo volo deponere pudorem, & cum dominatione veſtra audacter loqui, ſed tamen, qua decet, reverentia. Ego audivi nuper prædicare hic à quodam Magiſtro de Parthiſia in magna audientia, in feſto aſcenſionis Domini, qui præmiſit tale thema: Aſcendit Deus cum iubilatione: & fecit unum bonum ſermonem, quem omnes laudaverunt audientes, & fleverunt, meliorantes ſe ex illa prædicatione. Ipſe in ſecunda parte ſuæ collationis induxit duas concluſiones valde magiſtrales & ſubtiles. Prima fuit, quando Dominus aſcendit in altum cum elevatis manibus, tunc Apoſtoli & beata virgo ſteterunt, & clamaverunt cum tanta iubilatione uſque ad raucitatem, ut impleretur Prophetia, quæ dicit: Clamaverunt, & raucæ factæ ſunt voces eorum. Et probavit quod iſte clamor fuit lætitialis, & neceſſarius in fide Catholica, teſte Domino,

dicente

dicente in Euangelio: Amen amen dico vobis, ſi iſti tacebunt, lapides clamabunt. Ipſi clamaverunt omnes charitative cum magno zelo. Præcipue tamen beatus Petrus, qui habebat unam tubalem vocem, ut teſtatur David: iſte pauper clamavit. Ipſa beata virgo non clamavit, ſed Deum laudavit in corde ſuo, quia novit bene, quod iſta omnia deberent fieri, ſicut ei prædixit Angelus. Et quando Apoſtoli ita unanimiter cum iubilatione & devotione clamaverunt: venit unus Angelus de cœlo, & dixit eis: Viri Galilæi, quid hic ſtatis & clamatis, & aſpicitis in cœlum? Hic Ieſus, qui aſſumptus eſt in cœlum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum. Et hoc factum eſt, ut impleretur Scriptura, quæ dicit: Clamaverunt iſti, & Dominus exaudivit eos. Secunda concluſio extitit magiſtralior, & talis in ſui forma: Filius hominis voluit habere ſuam paſſionem, ſepulturam, reſurrectionem in Hieruſalem, quæ eſt in centro terræ; quod omnes regiones ſcirent de eius reſurrectione, & quod nullus gentilis poſſet ſe excuſare cum ſua hæreſi, & dicere: Ego neſcivi, quod Dominus reſurrexit à mortuis. Quoniam ergo quod eſt in medio, omnes videre poſſunt, qui ſunt circa mediũ, & quod nullus incredulus haberet unũ parvum refugium excuſationis, in illo loco ubi Dominus aſcendit, eſt in centro, & in medio terræ. Ac ibi pendet una campana quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

omnis mundus audit, & quando ipſa pulſat, tunc dat horribilem ſonum de extremo iudicio, & de aſcenſione Domini: Et quando pulſat, etiam ſurdi audiunt. Deduxitque multa corollaria ex illa concluſione, quam didicit in Parrhiſia. Sed quando ceſſavit prædicare, tunc quidam magiſter de Erphordia voluit eum reprehendere, ſed ſtetit cum confuſione. Vos debetis mihi oſtendere libros, ubi iſta materia habetur, & volo emere. Datum ex Baſilea, apud beatum Rhenanum, qui eſt veſter amicus.

Bartholomæo Colpio Baccalaureo Theologiæ formato, ordinis Carmelitarum, VVillibrodus Niceti ordinis VVilhelmitarum curſor in Theologia, autoritate reverendiſſimi Generalis in ordine ſeſe commendat cum ſalute.

Quot in mari ſunt guttæ, & quot in Colonia ſanctæ Beguttæ, quot pilos habent aſinorum cutes, tot & plures tibi mitto ſalutes. Venerabilis Domine Carmelita Colpe: ego ſcio quod eſtis de optimo ordine, & habetis multas indulgentias à ſede Apoſtolica, & quod nullus ordo veſtro ordine poteſt prævalere, quia poteſtis varios caſus abſolvere in confeſſione, quando videlicet confitentes ſunt contriti & compuncti, & volunt communicare. Ideo volo à dominatione veſtra interrogare unam quæſtionem Theologicalem,

gicalem, quam vos bene poteſtis determinare, quia eſtis unus bonus artiſta, & ſcitis bene prædicare, & habetis unum bonum zelum, & eſtis conſcientioſus: & cum hoc audio, quod habetis unam magnam librariam in veſtro conventu, in qua ſunt multi libri in ſacra Scriptura, in Philoſophia, & in Loica, etiam Petro Hiſpano. Nec non quidam proceſſus Magiſtrales de Colonia, de burſa Laurentii, ubi regit actu Magiſter noſter Tungarus, vir valde zeloſus ac profundus in Theologia ſpeculativa, & illuminatus in fide Catholica. Quamvis quidam Doctor in Iure vult eum vexare, ſed non eſt formalis in diſputando, nec qualificatus in libris ſententiarum, ideo non curant eum Magiſtri noſtri. Nec non præcipue audio, quod in prædicta libraria, ubi curſores in Theologia habent ſuum ſtuditorium, eſt ligatus in ferrea catena unus liber valde notabilis, qui dicitur Combibilationes, qui etiam continet autoritates in Theologia, & prima principia Sacræ Scripturæ, quem vobis legavit unus Magiſter noſter de Parrhiſia in mortis articulo, quando fecit confeſſionem: & revelavit quædam ſecreta in Bonaventura, & mandavit, quod nemo deberet in eo legere, qui non eſſet de veſtro ordine: & in hoc Papa dedit quaſdam indulgentias & catenas: apud quem librum iacet Henricus de Haſſia & Vernerus, & omnes alii Doctores ſuper li-

 bris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

bris ſententiarum. in quibus omnibus vos eſtis fundatus, & ſcitis defendere omnem viam in diſputando Antiquorum, Modernorum, Scotiſtarum, Albertiſtarum, & etiam illorum qui ſunt de burſa Kneck in Colonia, ubi habent proprium proceſſum. Ideo rogo vos cordialiter & charitative, quod non velitis gravare in mea petitione: ſed mihi dare unum bonum conſilium in mea quæſtione ſecundum veſtrum poſſe, & allegare quid Domini Doctores determinant diſputative & concluſive. Eſt autem quæſtio iſta talis in ſui forma. Utrum Lolhardi & Beguttæ in Colonia ſunt ſæculares vel ſpirituales perſonæ, utrum teneantur facere profeſſionem. Et an poſſint accipere mulieres & viros. Ego diu ſtudui in ſacra Scriptura, in Diſcipulo, & in Faſciculo temporum, nec non in aliis libris autenticis ſacræ Scripturæ, ſed non potui invenire. Sic etiam quidam Sacerdos in Fulda, qui multum ſtuduit in dictis libris, ſed non invenit in regiſtro vel in libris: ipſe eſt de genealogia Domini paſtoris ibidem, qui eſt Poeta, quia ſcit bene latiniſare, dictaminaque componere: quia ego ſum plebanus ratione monaſterii: & habeo multos communicantes, & etiam tales perſonas, de quibus iam facio quæſtionem. Superintendens noſter dicit manifeſte, quod ipſe non poteſt conſcientiam ſuam ſalvare in deciſione talis quæſtionis: quamvis haberet diſputata multorum

torum

torum Doctorum de Parrhiſia & Colonia, quæ complevit uſque ad Licentiaturam, & reſpondit materialiter & formaliter pro completione. Si vos non poteſtis determinare illam materiam, debetis interrogare Magiſtrum Ortuinum, ille docebit vos omnia. Nam vocatur Gratius propter gratiam divinam in ſe, quæ nihil ignorat. Compilavi unum carmen heroicum, de prædicto libro: vos debetis legere & corrigere, & facere unum punctum, ubi ſum ſuperfluus, vel diminutius, & audire quomodo placet Magiſtro Ortuino: ego volo mittere imprimere. Et ſic incipit:

Nemo debet eſſe tam ſtultus,
Et in tanta præſumtuoſitate ſepultus:
Quod velit fieri illuminatus in ſacra ſcriptura,
Et formaliter deducere corollaria ex Bonaventura:
Qui non didicit mente tenus combibilationes,
Quas magiſtri noſtri reſumunt per omnes regiones:
Præſertim in Parrhiſia, qua eſt mater omnium Vniverſitatum,
Et in Colonia, ubi nuper magiſtraliter eſt probatum:
Per Magiſtros noſtros in Theologicali diſputatione,
In qua determinaverunt omnia ſeraphica probatione.

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quod multo melius eſt ſcire iſtas Combibilationes,
Quæ plurima tractant per irrefragabiles rationes:
Quam mente tenus ſcire Hieronymum & Auguſtinum,
Qui tantum ſcribunt bonum latinum:
Quia combibilationes ſunt optima materia,
Ceu diſputant Magiſtri noſtri per omnia monaſteria:
Ipſæ Concludunt per concluſiones Magiſtrales,
Qui ſunt in divinis ipſi termini eſſentiales:
Et tractant etiam prima principia Theologicalia,
Et alia multa, quæ ſunt valde magiſtralia.

M. Ortuino Gratio, viro inenarrabilium doctrinarum, Magiſter Gingolfuſling Percuſſoris, mille millium ſalutes dicit in charitate non ficta.

GLorioſiſſime Magiſter: Ego amo vos pectoraliter ex intimo zelo, quia vos eſtis meus ſingulariſſimus in Daventria, & quicquid vos ſtimulat in conſcientia veſtra, hoc me magis ſtimulat, & quod me ſtimulat, ſcio quod vos etiam ſtimulat, & veſter ſtimulus ſemper fuit etiam ſtimulus meus, & nemo vos unquam ſtimulavit, qui me non diutius ſtimulavit, atque cor meum totiens patitur ſtimulos, quotiens aliquis vos ſtimulat. Credatis mihi in bona fide, quando

Herman-

Hermannus Buſchius ſtimulavit vos in ſuo Procœmio, amplius me ſtimulavit, quam vos, & cogitavi, quomodo poſſum iſtum indiſcretum rixatorem reſtimulare, qui etiam tam præſumptuoſæ ſuperbiæ eſt, quod audet ſtimulare Magiſtros noſtros de Parrhiſia & Colonia, & ipſe tamen non eſt promotus. Quāvis ſocii eius dicunt, quod ipſe eſt promotus in Baccalaurium Iuris, in Lyptzick, ſed ego non credo, qui etiam ſtimulat Magiſtros in Lyptzick, videlicet magnum Canem & minorem Canem, & alios multos, qui eum poſſunt multo minus ſtimulare, quam ipſe illos ſtimulat. Verum ipſi neminem volunt ſtimulare propter ſuam mortalitatem, & propter doctrinam Apoſtoli, dicentis: Nolite calcitrare contra ſtimulos. Verumenimvero, vos debetis eum reſtimulare, quia habetis unum bonum ingenium, & eſtis inventivus, & ſcitis in una hora multa metra facere ſtimulativa: ſcitis etiam eum ſtimulare in omnibus ſuis factis & dictis. Ego compilavi unum dictamen contra eum, ipſumque magiſtraliter poeticeque ſtimulo: non poteſt evadere ſtimulum meum: Si vult reſtimulare, tunc volo iterum fortius ſtimulare. Datum raptim, ex Argentina, apud Matthiam Schuchſtulium.

Mam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Mammotrectus Buntemantellus, in ſeptem artibus Magiſter, M. Ortuino Gratio, Philoſopho, Oratori, Poetæ, Iuriſtæ, Theologo, & ſic ſine ſtatu, Salutem dicit cordialiſſimam.

CONſcientioſiſſime Domine M. Ortuine: credatis mihi firmiter, quod vos eſtis cor meum ex quo audivi multa à dignitate veſtra in Poeſi in Colonia, in qua vos excellitis omnes in illa arte, & eſtis multo melior Poeta quam Buſchius vel Cæſarius, & ſcitis etiam Plinium legere, & Grammaticam Gręcam. Ex illa confidentia volo reverentiæ veſtræ quædam manifeſtare ſub fide confeſſionis. Venerabilis Domine Magiſter: ego amo hic unam virginem, filiam campanatoris, Margaretam cum nomine, quæ ſedit nuper in latere veſtro, videlicet quando plebanus noſter dominationem veſtram invitavit ad convivalitatem: & tractavit vos reverentialiter, quando bibimus, & fuimus lætæ mentis, quando ille etiam propinavit vobis bonos hauſtus. Ego amo eam in tanto amore, quod non ſum mecum: credatis mihi firmiter, quod neque comedo, neque dormio præ ea. Et homines dicunt ad me: Domine Magiſter, quare ita palleſcitis? amore Dei relinquite libros veſtros, vos nimium ſtudetis: debetis aliquando ſolatium quærere, & zechare: vos eſtis adhuc unus iuvenis vir, bene

bene poteſtis adhuc proficere ad Doctoratū, & fieri Magiſter noſter: eſtis etiam fundamentalis & bonus ſcholaris, & iam quaſi valetis unum Doctorem. Sed ego ſum timidus, & non poſſum dicere meam infirmitatem. Ego lego Ovidium, de remedio amoris, quem Coloniæ gloſavi à veſtra dignitate cum multis notabilibus & moralitatibus in margine: verum non iuvat, quia iſte amor quotidie fit maior. Nuper choriſavi cum ea ter in chorea ſerotinali in domo ſtulteti: tunc fiſtulator fiſtulavit cantilenam de Paſtore de Nova civitate, & ſtatim omnes choriſatores amplexabantur ſuas virgines, ſicut mos eſt: & ego etiam meam valde amicabiliter compreſſi ad pectus meum, cum ſuis mammillis, nec non tetigi fortiter manum eius. tunc ipſa riſit: & dixit, In anima mea, Domine Magiſter, eſtis delectabilis vir, & habetis molliores manus quam alii, non debetis Sacerdos fieri, ſed uxorem accipere. & inſpexit me delectabiliter, quod ego credo, quod me etiam occulte amat. Verum oculi eius cor meum ſic læſerunt, ſicut una ſagitta pertranſiſſet, & ſtatim ivi domum cum famulo meo, & poſui me ad lectum. Tunc mater mea flevit, quia timuit, quod haberem peſtilentiam, ac cucurrit cum urina mea ad Doctorem Brunellum, clamans: Domine Doctor, rogo vos propter Deum, iuvate filium meum, volo vobis dare ad propinam

unam

unam bonam camiſiam, quia promiſi, quod debet Sacerdos fieri. Tunc medicus vidit urinam, &dixit: ille patiens pro parte eſt cholericus, & pro parte flegmaticus, ipſe habet timere de magno tumore circa renes, propter inflationes ac tormenta ventricalia, ex mala digeſtione: debet ſumere medicinam extractivam: eſt una herba, quæ videlicet dicitur Gyni, naſcens in locis humidis, habens gravem odorem, ſicut docet herbarius: illius herbæ partes inferiores debetis conterere, & cum ſuo ſucco facere unum longum emplaſtrum, & ei ponere ad totum ventrem ſuum hora conſueta, & debet iacere ſuper ventrem ſuum bene ad unam horam multum ſudando: ſic ſine dudio ceſſabunt illa tormēta ventricalia, cum ſuis inflationibus, quia non eſt alia medicina tam efficax ad iſtam infirmitatem, ſicut illa, ut eſt probatum in multis patientibus. Verum certe bonum eſt, ut ipſe prius accipiat unam purgationem de albo græco cum ſucco raphani ana dr. iij. & bene erit. Tunc mater venit, & dedit mihi talem purgationem contra voluntatem meam, & habui in illa nocte quinque ſedes magnas, atque nihil dormivi, ſemperque cogitavi, quomodo illam in chorea compreſſi cum ſuis mammillis ad pectus meum, ac quomodo illa me aſpexit. Precor vos propter omnem bonitatem, quam in vobis habetis, quod velitis mihi dare unũ experimentum de amore,

ex ve-

 veſtro parvo libro, in quo ſtat ſcriptum, robatum eſt, quem ſemel oſtendiſtis: Ecce illo libro poſſum facere, quod omnis muer me amat: & niſi faciatis, D. Magiſter, unc ego moriar, & mater mea præ dolore iam morietur. Ex Heyldelbergo.

Magiſter Ortuinus Gratius, Magiſtro Mammotrecto, profundiſſimo amico, in primo gradu amicitiarum S. D.

EX quo dicit ſcriptura, Amat Dominus gradientes ſimpliciter; ideo laudo dominationem veſtram, ſubtiliſſime Domine Magiſter, quod ſcribitis mihi tam ſimpliciter conceptum mentis veſtræ, oratorie tamen, ſicut eſtis bene ſtilatus in latiniſando: Ego volo vobis etiam ſimpliciter ſcribere Rhetoricaliter, & non Poeticaliter. Domine Magiſter amicabiliſſime, vos manifeſtatis mihi de amore veſtro, ego miror, quod non eſtis prudentior, quam quod vultis amare virgines: dico vobis, quod male facitis, & habetis propoſitum peccaminoſum, quod vos poſſet ducere ad infernum: Ego cogitavi, quod eſtis diſcretus, & non curatis iſtas levitates, quæ ſemper habent malum exitum. Aſt dabo vobis conſilium meum quod petitis: ex quo dicit Scriptura: Qui petit accipit. Debetis primo relinquere illas vanas cogitationes, de veſtra Margareta, quas diabolus vobis ſuggerit, qui eſt pater omnis pecca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

peccati, teſte Richardo ſuper 4. Et quando
cunque de ea cogitatis, facite crucem ant
vos, nec non orate unum Pater noſter, cum
illo verſu in Pſalterio: Ster diabolus à dextri
eius. Etiam ſemper comedite Sal benedictū
in die Dominico, & ſpargite vos cum Aqu
ſancta, quod conſecravit ſtationarius ſanct
Ruperti, & ſic poteſtis effugere illum diabo
lum, qui vobis ſuggerit illum magnum a
morem de veſtra Margareta, quæ non eſt it
pulchra ut putatis. Ipſa habet unam verrucan
in fronte, ac magna rubeaque crura, groſſa
nigraſque manus, ſibique olet os ſuum pro
pter malos dentes: nec non etiam habet ſpi
ſum culum, ſecundum commune Proverbiū
Ars Margaretæ eſt mirabile rete. Sed vos
ſtis cæcus ex illo diabolico amore, quod no
videtis eius vitia. Ipſa multum bibit & come
dit, ac bis nuper bombiſavit, quando ſed
apud me in menſa, & dixit quod fecit cun
ſcamno. Ego habui in Colonia pulchriorun
veſtra Margareta, & tamen dereliqui eam
Poſtquam accepit virum, ſæpe vocavit m
per unam antiquam vetulam, quando vi
eius fuit abſens, ſed non veni præter ſeme
ſed tunc fui ebrius. Ego hortor quod bis ie
iunatis in Sabbato, & poſtea faciatis con
feſſionem uni Magiſtro noſtro, ordinis Præ
dicatorum, qui poſſet vos bene inſtituere
Et quando feciſtis confeſſionem, tunc debe
tis orare de ſancto Chriſtophoro, quod ve
lit vo

t vos portare in humeris ſuis, ne iterum re-
divetis, ac mergatis vos in mare amplum
ſpacioſum, in quo ſunt reptilia, quorum
on eſt numerus, id eſt, peccata infinita, ſic-
t exponit Compilator: ac poſtea orare,
e cadetis in tentationem. Surgite etiam ma-
e, lavate manus veſtras, ornate crines, &
olite eſſe accidioſus: Scriptura enim dicit:
)eus Deus meus, ad te de luce vigilo. Etiam
itare loca ſecreta. nos ſcimus quod loca &
empora ſæpe inducunt homines ad peccan-
um, & maxime ad luxuriandum. Verum
quod vultis à me habere unum experimen-
um probatum de amore: ſciatis quod ego
ion poſſum ſalvare conſcientiam meam.
Quando gloſavi vobis hic Ovidium de arte
mandi, dixi vobis, quod nemo deberet fa-
:ere per artem Nigromantiam, quod mulie-
es ſe amant. Et quicunque contraiverit, ipſe
:ſt excommunicatus de facto, & inquiſito-
es hæreticæ pravitatis poſſent eum citare,
itque in ignem damnare. Ego dixi vobis et-
am unum exemplum. quod debetis notare.
videlicet hoc. Unus Baccalaurius Lypſenſis,
amavit unam virginem Catharinam piſtoris,
& iactavit ipſam cum pomo Nigromantico,
& ipſa pomum accepit, & poſuit ad pectus
ſuum inter mamillas, & ſtatim incepit iſtum
baccalaurium furialiter amare, ſic quod quã-
do fuit in Eccleſia, ſemper inſpexit iſtum
baccalaurium. Et quando debuit orare, Pa-
ter no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ter noſter, qui es in cœlis, oravit, Baccalau-
rie ubi es? Etiam in domo, quando pater ve
mater clamavit, ſibi reſpondit: Baccalauri
quid vultis? Et ipſi non intellexerunt, done
quidam Magiſter noſter prætergrediens do-
mum eius, ſalutavit iſtam virginem, dicens:
Domina Catharina: Bonum ſero, proficia
vobis: vos habetis unum pulchrum crinale
Et reſpondit illa virgo Catharina: Deo gra-
tias, bone Baccalaurie. vultis mecum bibe-
re de optima cereviſia? porrigens ſibi can-
tharum. Verum ille Magiſter noſter fuit ira-
tus: accuſavit ipſam apud matrem ſuam, ſic
Domina Piſtoriſſa, corrigite filiam veſtram
ipſa eſt valde indiſcreta: ſcandalizavit noſtr
Univerſitatem: nam vocavit me Baccalau-
rium, & ſum Magiſter noſter: Amen ame
dico vobis, quod perpetravit peccatum mor-
tale: abſtulit mihi honorem meum, & pec-
catum non dimittitur, niſi ablatum reſtitua-
tur. Alios Magiſtros noſtros nominavit et-
iam Baccalaurios: ego credo quod amat u-
num Baccalaurium: habete advertentiam
Tunc mater eius accepit unum lignum, per-
cutiens ipſam ad caput & dorſum ſuum
quod perminxit ſeſe, incluſitque ipſam i
cubile per dimidium annum, & dedit ei pa-
nem & aquam comedere. Interea tempori
Baccalaurius proceſſit, & celebravit primi-
tias, poſteaque rexit unam parochiam in Sa-
xonia Padorau: quod cum ipſa audivit, ſal-
tavi

ivit ex alta feneſtra, & fregit quaſi dextrum rachium, & fugit in Saxoniam ad iſtum accalaurium, cum quo adhuc eſt hodierna ie, & habet cum eo quatuor pueros. Vos ero bene ſcitis, quod hoc eſt ſcandalum in Eccleſia. Ergo igitur debetis cavere ab illa rte Nigromãtica, ex qua veniũt multa mala. Verum poteſtis bene uti medicina, quam obis Dominus Doctor Brunellus docuit de Gynis: eſt bona medicina, ego probavi eam æpe contra tormenta ventricalia. Valete um matre veſtra. Ex Colonia è domo Domini Ioannis Pfefferkorn.

Lyra Buntſchuchmacherius, ordinis Prædicatorum, Theol. Guillermo Hackineto, qui eſt Theologorum Theologiſſimus, ſalutem dicit.

VOs ſcripſiſtis mihi ex Anglia de Londino unam longam literam, pulchre latiniſatam, in qua petiviſtis, quod deberem vobis ſcribere unam novitatem, ſive bonam, ſive malam, quia eſtis naturaliter inclinatus ad audiendum nova, ſicut faciunt omnes, qui ſunt de complexione ſanguinea, & audiunt libenter cantilenas muſicales, ac in menſa ſunt lætæ mentis. Ego fui valde lætatus, quando accepi veſtram literam, ſicut qui invenit unam pretioſam margaritam, & oſtendi eam Dominis meis Ioanni Grocino & Linacro, dicens: Videte Domini mei, videte,

nonne

nonne iſte Magiſter noſter eſt formalis in latiniſando & componendo dictamina, & arte epiſtolari? Et iuraverunt, quod non poſſunt ſimiles epiſtolas componere in arte latinitatis, quamvis ſunt Poetæ, Græci & Latini. Et extulerunt vos ſuper omnes qui ſunt in Anglia, Francia, Germania, & omni natione, quæ ſub cœlo eſt. Ideo non eſſet mirum, quod vos eſtis generalis in veſtro ordine, & quod Rex in Gallia diligit vos. non enim habetis ſimilem in latiniſando, diſputando, & prædicando, ac ſcitis Regem cum Regina optime informare in confeſſione. Etiam iſti duo Poetæ laudaverunt vos, quod habetis artem Rhetoricalem: verum fuit ibi unus iuvenis ſocius, qui intitulavit ſe Richardum Crocum: ille præſumſit contra vos, quod non ſcribatis ſecundum regulas artis Rhetoricalis: verum fuit valde confuſus, quando debuit probare. Ipſe nunc ſtat in Lyptzik, & diſcit logicam Petri Hiſpani. credo quod poſtea erit cautior. Sed accedo ad novitates: Schvvizenſes, & Lansknechti fecerunt unam magnam guerram inter ſe, interficientes ſe ad multa millia. eſt timendum, quod nullus illorum venit in cœlum, quia faciunt propter pecuniam, & unus Chriſtanus non debet interficere alium. Sed vos iſta non curatis, ſunt enim leves perſonæ, & ſequuntur rixas ex propoſito. Alia novitas eſt peior. Deus det, quod non ſunt vera. Scribunt de

Roma,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Roma, quod Speculum Ioannis Reuchlin, eſt de novo tranſlatus, de materna lingua in Latinum, ex mandato Domini Papæ, & quod plus quam in ducentis locis aliter ſonat in latinitate, quam tranſtulerunt Magiſtri noſtri, & Dominus Ioannes Pfefferkorn in Colonia, ac dicunt pro certo, quod Romæ publice legitur, & imprimitur cum Iudæorum Talmut. Et hoc inferunt, quod Magiſtri noſtri ſunt falſarii & infames, quod male tranſtulerunt, etiam quod ſunt aſini, non intelligentes Latinum, vel Teutonicũ: ac ſicut combuſſerunt iſtum librũ apud ſanctum Andream in Colonia, ſic etiam debent comburere ſententiam ſuam & ſentimentum Parrhiſienſe, vel ipſimet debent eſſe hæretici. Ego poſſem ſanguinem flere, adeo doleo. Quis vult amplius in Theologia ſtudere, & Magiſtris nomen exhibere condebitam reverentiam? Qui talia audit, omnes credent, quod Doctor Reuchlin eſt profundior, quam Magiſtri noſtri; quod eſt impoſſibile. Cum hoc etiam ſcribunt, quod poſt tres menſes debet venire finalis ſententia, contra Magiſtros noſtros. Nec non quod Papa mandabit ſub pœna latiſſimæ cenſuræ, quod fratres ordinis Prædicatorum, debent, propter ſuam protervitatem, portare unum album brillum, ſive perſpicillum in ſua nigra cappa in dorſo, ad perpetuam memoriam, & ſcandalum, quod fecerunt iniuriam Speculo oculari Do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

mini Ioan. Reuchlin, ſicut iam etiam deben pati unum ſcandalum in celebratione miſſal propter intoxicationem alicuius Imperato ris. Ego non ſpero, quod Papa erit tam ſtul tus quod faciet. Si faciet, volumus per uni verſum noſtrum ordinem, contra ipſum le gere iſtum Pſalmum: Deus laudem. Cæte rum patres & Magiſtri noſtri nunc cogitant quomodo poſſunt obviare iſto malo. Ipſi vo lunt à ſede Apoſtolica impetrare latiſſimas in dulgentias, & maximam pecuniam colliger in Germania & Gallia, per quam poſſun reſiſtere illi fautori Iudæorum, donec mo riatur, quia eſt ſenex. Et volunt eum o mnino damnare. Valete, & date conſiliur veſtrum ſecundum veſtrum poſſe, & promo vete bonum ordinis.

Eitelnarrabianus Peſſeneck, ordinis VVilhelm curſor in Theologia, Magiſtro Ortuino Gratio S. D. numeroſiſſimam.

A Natura ſumus proclivi ad malum, ut le gimus in Autenticis. Ideo inter homi nes audimus ſemper plura mala quam bon Ego diſputavi nuper in Wormatia cum duo bus Iudæis, & probavi quod ipſorum Le per Chriſtum eſſet caſſata, atque quod ex pectatio ipſorum de Meſſia eſſet una mer fraſta, & phantaſia, ac ſuper hoc allegavi D Ioannem Pfefferkorn in Colonia. Illi vero riſerunt, dixeruntque, Veſter Ioannes Pfeffer

ker

korn in Colonia, eſt unus peſſimus trufator, nihil ſcit in Hebræo: Ipſe factus eſt Chriſtianus, ut ſuam nequitiam occultaret. Quando fuit adhuc Iudæus in Moravia, percuſſit unam mulierem in faciem, quod non potui videre in bancis, ubi mutantur floreni, & accepit plus quam ducentos florenos, aufugiens. Et in alio loco, propter ſuum furtum, fuit ibi erectum patibulum: neſcio quomodo fuit liberatus: nos vidimus patibulum, & multi Chriſtiani viderunt, etiam aliqui nobiliſtæ, quos poſſumus vobis nominare: propterea non debetis mihi allegare iſtum furem. Tunc ego fui iratus, & reſpondi: Mẽtimini in collum veſtrum vos peſſimi Iudæi, niſi haberetis privilegium, ego vellem vos crinïſare & in ſtercus proiicere: vos dicitis talia ex odio in D. Ioannem Pfefferkorn. Ipſe eſt bonus & zeloſus Chriſtianus, ſicut eſt aliquis in Colonia: ego habeo experientia, quia multum confitetur ad Prædicatores cum uxore ſua: audit libenter Miſſas, & quãdo Sacerdos elevat Euchariſtiam, tunc aſpicit devotarie, & non videt in terram, ſicut ſibi obiiciunt ſui invidi, niſi quando expuit: ſed hoc facit pro eo, quia eſt multum flegmaticus, & mane comedit medicinam pectoralem. Putatis quod Magiſtri noſtri in Colonia, & Burgimagiſtri ſunt ſtulti, qui fecerunt eum hoſpitalarium maioris hoſpitalis: nec non menſuratorem ſalis: quod certe

nequaquam feciſſent, niſi eſſet bonus Catho
licus. Dico vobis, quod volo omnia talia ſi
bi nunciare, quod poteſt defendere hono
rem ſuum, & vos realiter vexare, ſcribendo
de veſtra confeſſione. Verum dicitis, quod eſ
gratiabilis apud Magiſtros noſtros, & Bur
gimagiſtros, propter ſuam formoſam uxo
rem. Hoc non eſt verum: nam Burgimagi
ſtri habent met pulchras uxores, & Magiſtr
noſtri non curant mulieres, & nunquam eſ
auditum, quod aliquis Magiſter noſter fuiſ
ſet adulter. Ipſa vero eſt ita honeſta matro
na, ſicut eſt una in Colonia: vellet libentiu
unum oculum, quam bonam famam perde
dere. Et ego ſæpe audivi ab ea, quod audi
vit frequenter à ſua matre, quod viri præpu
tutiati faciunt fœminis maiorem volupta
tem, quam non præputiati: eam ob cauſar
dicit, quando ſuus maritus moritur, & ipſ
alium accipiet, ille debet etiam nullam cu
tem habere in membro. Ergo non eſt cre
dendum, quod amat Burgimagiſtros, qui
Burgimagiſtri non fuerunt Iudæi, nec ſur
circumciſi, ſicut Dominus Ioannes Pfeffer
korn: propterea relinquite ipſum in pace: a
lias ſcribet contra vos unum tractatū, quer
intitulabit, Die Sturmglock; ut fecit contr
Reuchlin. Vos debetis iſtam literam oſter
dere Domino Ioanni Pfefferkorn, ut ſe de
fendat realiter contra tales Iudæos, & Her
mannum Buſchium, quoniam ipſe eſt ami
cu

us meus ſingulariſſimus, & mutuavit mihi decem florenos, quando fuit promotus Baccalaurius formatus in Theologia. Datum ex Verona Agrippina, ubi Buſchius & eius ſocius comederunt de pingui Gallina.

Lupoldus Federfuſius, mox licentiandus, M. Ortuino Gratio tot ſalutes dicit, quot aucæ comedunt gramina.

DOmine M. Ortuine: Eſt in Erphordia in quodlibetis mota una quæſtio multum ſubtilis, in duabus facultatibus, Theologicali & Phyſicali. Quidam dicunt, quando Iudæus fit Chriſtianus, pro tunc renaſcitur ſibi præputium, quæ eſt cutis præciſa de membro virili in nativitate, per legem Iudæorum: & illi ſunt de via Theologorum, & habent præ ſe Magiſtrales rationes, de quibus eſt una, quod alias Iudæi facti Chriſtiani, in extremo iudicio putarentur eſſe Iudęi, ſi eſſent nudi in ipſorum membro virili, & ſic ipſis fieret iniuria. Sed Deus nemini vult facere iniuriam: ergo &c. Alia ratio tenet ex auctoritate Pſalmiſtæ, qui dicit: Et abſcondit me in die malorum, & protexit me in abſcondito. Dicit, in die malorum, id eſt, in extremo iudicio, in valle Ioſaphat, quando oportet reddere rationem omnium malorũ. Alias rationes relinquo propter brevitatem: ex quo in Erphordia ſumus moderni, & moderni ſemper gaudent brevitate, ut ſcitis. Et-

iam pro eo quod ego habeo malam memoriam, non poſſum multa mente tenus ſcire allegando, prout faciunt Domini Iuriſtæ. Sed alii volunt, quod illa opinio non poteſt ſubſiſtere, & habent pro ſe Plautum, qui dicit in ſua Poetria, quod facta infecta fieri nequeunt. Et hoc dicto probant, ſi aliquam partem corporis Iudęus amiſit in ſua Iudaitate, non recuperat illam in Chriſtiana religioſitate. Et cum hoc arguunt, quod ipſorum argumenta non concludunt formaliter: alias ex prima ratione ſequeretur, quod illi Chriſtiani, qui perdiderunt propter ſuam luxuriam partem unam è ſuo membro, ut ſæpe contingit in ſæcularibus & ſpiritualibus perſonis, etiam crederentur in extremo iudicio eſſe Judæi. ſed hoc aſſerere eſt hæreticū. & Magiſtri noſtri hæreticæ pravitatis inquiſitores nequaquam concedunt, quia ipſi aliquando etiam ſunt defectuoſi in iſta parte: ſed hoc non cõtingit ipſis ex meretricibus, ſed quando in balneis ſe non prævident. Jdcirco precor dominationem veſtram humiliter & devotarie, quod velitis veſtra deciſione determinare rei veritatem, & interrogare uxorem D. Joan. Pfefferkorn, ex quo cum ea bene ſtatis, & illa non verecundatur dicere vobis, quæcunque vultis, propter illam amicabilem converſationem, quam habetis cum viro ſuo. Et ego etiam audio, quod eſtis eius confeſſor: propterea poteſtis eam compelle-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

pellere ſub pœna ſanctæ obedientiæ. Dicatis: Domina mi, nolite verecundari, ego ſcio, quod eſtis honeſta perſona, ſicut eſt una in Colonia, non peto inhoneſtum à vobis, ſed ut manifeſtetis mihi rei veritatem: utrum maritus veſter habet præputium, vel non. dicatis audacter ſine verecundia, amore Dei. quid tacetis? Verum ego nolo vos docere, vos melius ſcitis, quomodo debetis vos habere cum mulieribus, quam ego. Datum raptim. Ex Erphurdia, ex Dracone.

Pardormannus Fornacificis, Licentiatus, Ortuino Gratio, ſalutem ſalutariſſimam dicit.

NUper ſcripſiſtis ad me de Colonia, & reprehendiſtis me, quod ego non ſcriberẽ ad vos, ex quo dixiſtis præ aliis, quod libenter legiſtis meas literas, quod habent bonũ ſtylum, nec non procedunt rectè ſecundum artem epiſtolandi, quam audivi à veſtra præſtantia in Colonia. Ego ſcriberem vobis, non habeo ſemper inventionem & materiam, ut nuc habeo. Vos debetis notare, quod iam hic celebratur quodlibetum: & Magiſtri, Doctoreſque expediunt ſe artificialiter cum magna doctrina in determinandis, ſolvendis, proponendis quæſtionibus, argumentis, problematibus in omni ſcibili. Et cum hoc Poetæ & Oratores apparent valde artificioſi ac ſcientioſi, inter quos eſt unus notabilis & ma-

giſtralis in illa arte, præ cæteris, qui facit ſibi magnum titulum, quando intimat lectiones ſuas, & dicit quod eſt Poeta Poetarum, & quod præter eum non eſt alius Poeta. Ipſe ſcripſit quendam tractatum metrice, quem notabiliter intitulavit: ego ſum oblitus nomen, credo quod eſt de ira & colericis: in quo tractatu ſtimulat Magiſtros multos, & alios Poetas, qui ſe impediverunt legere in Univerſitate, propter ſuam luxurioſam artem. Verum Magiſtri dicunt ſibi in faciem, quod non eſt tam bonus Poeta ſicut gloriatur, & tenent ſibi multum in oppoſitum, & probant per vos, videlicet quod eſtis multo profundior in arte Poeticali. Cum hoc oſtendunt, quod non eſt bene fundatus in quantitate ſyllabarum, prout determinat Magiſter de villa Dei, in tertia ſui, quam iſte videtur non ſufficienter legiſſe, atque deducuntur contra ipſum intentum ſuum multipliciter. Primo per nomen veſtrum. Et hoc dupliciter. Primo ſic: Ecce iſte vult profundior eſſe Poeta, quam Magiſter Ortuinus, & tamen nomen ſuũ non patitur. Profecto Magiſter Ortuinus dicitur Gratus à ſupernali gratia, quæ vocatur Gratia gratis data, quia alias non poteritis ſcribere tam profunda dictamina Poetricalia, ſine illa gratia gratis data vobis per Spiritum ſanctum, qui ubi vult ſpirat, & vos etiam impetraſtis per humilitatem veſtram: Deus enim reſiſtit ſuperbis,

& hu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

& humilibus dat gratiam. Qui veſtram Poetriam legunt, & intelligunt negotium, fatentur in conſcientia ſua, quod non habetis parem: & mirantur, quod iſte eſt ſic inſulſus & inverecundus, quod vult eſſe ſuper vos: quoniam unus puer poſſet intelligere, quod illum excellitis, ſicut Laborinthus, Cornotũ excellit. Ipſi volunt colligere dictamina veſtra, & curare imprimere, quæ in variis tractatibus hinc inde ſcripſiſtis, videlicet in tractatu Magiſtri noſtri de Tungaris, ſummi regentis in burſa Laurentii, in tractatu de ſcandaloſis propoſitionibus Ioannis Reuchlin, in ſentimento Parrhiſienſi, in multis tractatibus Domini Ioann. Pfefferkorn, qui fuit olim Iudæus, & nunc eſt optimus Chriſtianus. Ipſi timent quod alias pereat veſtra Poetria, & dicunt, quod eſſet unum maximum ſcandalum illius temporis, & peccatum mortale, ſi periret per negligentiam, & non imprimeretur. Orant etiam Domini Magiſtri, quod dignemini ſibi mittere apologiam veſtram, contra Ioan. Reuchlin, in qua realiter tribulatis illum prætenſum Doctorem, quod audet oppoſitum tenere contra quatuor Univerſitates. volunt exſcribere, & vobis remittere. De iſto modo probandi ſunt Magiſter Ioan. Kirchberg, amicus meus ſingulariſſimus, mecum promotus, Magiſter Ioan. Hungen, amicus meus affectualiſſimus, Magiſter Iacob. de Norenberga, Magiſter Iodo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

cus VVytzheym, & alii multi Magiſtri, amic mei digniſſimi & fautores veſtri imperterriti Verum enimvero, ergo alii opponunt ſe, & dicunt, quod iſte modus probandi eſt quidem ſubtilis, & concludit magiſtraliter: ſed non ſit de mente veſtra, quia hoc ſonare multum ſuperbe, ſi vos diceretis: Ecce Domini mei, ego vocor Gratius à ſupernali gratia, quam mihi dedit Deus in Poetria & in omni ſcibili: & hoc idem repugnaret humilitati veſtræ, per quam habetis illam gratiam, & eſſet oppoſitum in adiecto. Nam gratia ſupernalis & ſuperbia non patiuntur ſe in eodem ſubiecto. Porro gratia ſupernalis eſt virtus, & ſuperbia vitium, quæ ſe non compatiuntur, propter hoc, quod unum contrariorum natum eſt expellere reliquum, ut caliditas expellit frigiditatem. Magiſter noſter & Poëta, ſecundum Petrum Hiſpanum in prædicamentis, diſputat, quod virtus contrariatur vitio. Ergo eſt alia ratio multo melior, propter quam vocatur Gratius, videlicet à Grachis Romanis, depoſita una litera propter malam ſonantiam, de quibus legitur in hiſtoriis Romanorum, quod fuerunt valde notabiles Poëtæ & Oratores iſti Gracchi, & quod Roma illo tempore pares non habuit, qui fuerunt tam ſubtiles & profundi, ſicut illi in Poeſi & in Rhetorica. Et legitur, quod fuerunt de molli & ſuavi voce, non rabuli & groſſa, ſed dulci, ſicut una fiſtula, ad

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quam fiſtulam ipſi etiam aliquando incepe-
runt rhetorizare in principio ſui dictaminis,
propterea populus audivit eos cum magna
affectualitate, & dedit eis primam laudem
præ cæteris in illa arte. Ab iſtis igitur Grac-
chis nominatus eſt Magiſter Ortuinus. Porro
nemo eſt ſibi par in Poeſi, & in dulcore vo-
cis. Et illos omnes ſic præcellit, ſicut illi
Gracchi Romanorum Poëtas omnes præcel-
lebant. Ergo ideo igitur debet tacere, & ſe
humiliare ille Poeta hic in VVittenburga, a-
lias eſt profundus, ſed reſpectu veſtri eſt unus
puer. Illam viam probandi tenent amici mei
cordialiſſimi Eobanus Heſſus, Magiſter Hen-
ricus Urbanus, Ritius Euritius, Magiſter
Georgius Spalatinus, Ulricus Hutenus: & in
primis Doctor Ludouicus Miſtotheus, Do-
minus & amicus meus, & defenſor veſter.
Vos debetis mihi ſcribere, qui ſunt de via
meliori, ac informare rei veritatem. Et volo
unam Miſſam pro vobis legere apud Prædi-
catores, quod debetis vincere Doctorem
Reuchlin, qui vocavit vos hæreticum imme-
rito, quod ſcripſiſtis in veſtra Poetria: Flet
Iovis alma parens. Valete in maxima valetu-
dine. Ex VVittenburgo, ex arce, apud Magi-
ſtrum Spalatinum, qui vobis mittit tot ſalu-
tes, quot cantantur Halleluia infra Paſcha
& Pentecoſtes. Iterum valete, & ridete ſem-
per.

Nicolaus Luminatoris, Dn. Magiſtro Ortuino, tot ſalutes mittit, quot in uno anno naſcuntur culices & pulices.

SCientifice Præceptor, Magiſter Ortuine: Ego ſignifico vobis plures grates, quam habeo crines in corpore meo, quod dediſtis mihi conſilium quod deberem ambulare ad Coloniam, pro ſtudio, ad burſam Laurentii: Pater meus fuit optime contentus, & dedit mihi decem florenos, & emit mihi unam magnam cappam cum liripipio nigri coloris. In primo die, quando veni ad Univerſitatem, & depoſui beanium in prædicta burſa, tunc didici unum notabile, quod non vellem carere pro decem albis. Quidam Poeta Hermannus Buſchius venit ad iſtam burſam, cum negocio ad unum regentem collateralem. Tunc ille Magiſter dedit ſibi manum ſuam, & excepit eum reverentialiter, dicens: Unde mihi hoc, quod mater Domini venit ad me? Et Buſchius reſpondit: Si Dominus noſter non habuit pulchriorem matrem, quam ego ſum, certe ipſa non fuit multum pulchra. & non intellexit illam ſubtilem rhetoricalem allegoriam, quam ille regens burſalis prætendit in ſuo ſermone. Ego ſpero quod volo adhuc multa in hac alma Univerſitate diſcere, tam utilia, ſicut hoc notabile eſt. Hodie enim proceſſum burſæ, cras debeo arguere in diſputatione burſali, de illa materia, utrū materia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

materia prima ſit ens in actu, vel potentia. Coloniæ, ex burſa Laurentii.

Herbordus Miſtladerius, M. Ortuino incomparabili in doctrina, Præceptori ſuo ſulſiſſimo, Salutem dicit, quam nemo dinumerare poterit.

ILluminatiſſime Magiſter: Quando diſceſſi à veſtra dominatione ad Suollis ante duos annos, promiſiſtis mihi ad manum meam, quod velitis mihi frequenter ſcribere, & mihi modum dare dictandi in veſtris dictaminibus: aſt non facitis, & mihi non ſcribitis, ſive vivitis, ſive non vivitis, non tamen ſcribitis, ut ſcio quid eſt, quomodo vel qualiter eſt. Sancte Deus, quomodo me ſollicitatis! Rogo vos propter Deum, & ſanctum Georgium, liberate me ex mea cura, quia timeo, quod caput vobis dolet, vel quod habetis infirmitatem in ventre, & eſtis laxus, ſicut olim fuiſtis, quando permerdaſtis caligas veſtras in plateis, & non ſenſiſtis, donec una mulier dixit: Domine Magiſter, ubi ſediſtis in merdis? ecce tunica & pantofoli veſtri ſunt maculata. tunc iviſtis in domum Domini Ioan. Pfefferkorn; & mulier eius dedit vobis alia veſtimenta. Vos debetis comedere ova dura, & caſtaneas in fornace aſſatas; nec non fabas coctas aſperſas cum papavere, ut fit in VVeſtphalia patria veſtra. Mihi ſomniavit de vobis, quod habetis gravem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

vem tuſſim, & multum de phlegmate. Comedite zuccarum, & ipſas contuſas, mixtas cũ ſerpillo, & allio contrito: ac ponite unum aſſatum cæpe ad umbilicum veſtrum, & per ſex dies debetis abſtinere à mulieribus: tegite caput & lumbos veſtros bene, & ſanabitis: Vel ſumite receptum, quod uxor Domini Ioan. Pfefferkorn ſæpe languentibus dederat, quod eſt probatum ſæpe. Ex Suollis.

Vilipatius de Antuerpia, Baccalaurius, M. Ortuino Gratio, amico ſuo ſingulariſſimo ſalutem dicit maximam.

VEnit ad me unus religioſus, ordinis Prędicatorum, diſcipulus Magiſtri noſtri Iacobi de Hochſtrat, hæreticæ pravitatis exquiſitoris, & ſalutavit me. Et ſtatim interrogavi: Quid facit amicus meus ſingulariſſimus M. Ortuinus Gratius, à quo multa didici in Logica & Poeſi? Et reſpondit, quod eſtis infirmus: tunc cecidi in terram ante pedes eius præ terrore. Ipſe me perfudit cum aqua frigida, & criniſavit me apud pudenda, & vix ſuſcitavit. Tunc dixi: O quam me terruiſtis. Quæ eius infirmitas? Et ait: quod dextra veſtra mammilla eſt inflata, ac doloroſa infirmitate vos vexat, & impedit à ſtudio. Sic cœpi iterum mentem, dicens: Ha non eſt aliud? ego poſſum bene ſanare iſtam infirmitatem: habeo artem per experientiam. Verum Domine Magiſter audite primum, unde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

venit iſta infirmitas. Tunc ſubiugavi remedium: Quando mulieres male pudoroſæ vident unum pulchrum virum, ſicut vos eſtis, videlicet qui habet gilvos crines, brunellos oculos vel gravos, os rubeum, magnum naſum, & eſt bene corporatus, tunc volunt eum habere. Sed quando ille eſt bene moratus, qualificatuſque in mente ſicut vos, & non curat ipſarum levitates & fallacias, tunc fugiunt ad artes Magicas, & in nocte ſedent ſuper unam ſcobem, equitantes ſuper iſtam ſcobem ad pulchrum iſtum virum, quem amant, facientes negotiū ſuum cum eo, quando dormit, & nihil ſentit niſi ſomnium. Aliquæ fiunt cattæ vel aves, & ſugunt ſanguinem eius per mammillas, & faciunt ſuum amicum aliquando ſic infirmum, quod vix valet cum baculo ambulare. Ego credo quod diabolus docuit ipſas illam artem. Verumenimvero, ſic debemus ipſis obviare, ſicut legi in libraria Magiſtrorum in Rochſtochio, in antiquiſſimo libro, & poſtea probavi: & eſt verum. In die dominico debemus ſumere ſal benedictum, & cum eo ſuper linguam facere unam crucem, & comedere ex mandato Scripturæ: Vos eſtis ſal terræ, id eſt, comeditis. poſtea facere unam crucem in pectore, & unam in dorſo: ſimiliter ponere in utramq; aurē, ſemper cum cruce, cavendo ne cadat exinde. Ac poſtea orare talem orationem devotam: Domine Ieſu Chriſte, & vos

qua-

quatuor Euangeliſtæ, cuſtodite me à malis meretricibus, & ab ipſis incantatricibus, ne exugant meum cruorem, & faciant gravem dolorem in meis mamillis : quæſo reſiſtite illis : dabo vobis offertorium, unũ pulchrum aſperſorium. & eritis liberatus. Si iterum veniunt, tunc exſugunt ſuum ſanguinem, & fiunt met infirmæ. Cæterum quomodo ſtat res cum Doctore Reuchlin ? Magiſtri dicunt hic, quod vos vicit : ego non credo, quod poſſet vincere Magiſtros noſtros. Et multo magis miror, quod non ſcribitis unum dictamen contra ipſum. Valete ſuper æternaliter, & ſalutate Dominum Ioannem Pfefferkorn cum ſua uxore. Dicatis quod ego opto ſibi plures bonas noctes, quam Aſtronomi habent minutas. Ex Francofordia apud Oderam.

Antonius N. Medicinæ quaſi Doctor, id eſt, Licentiatus : ſtatim autem promotus: ſpectabili viro M. Ortuino Gratio, Præceptori ſuo multum venerando, S.D.

PRæceptor ſingulariſſime, ſecundũ quod ſcripſiſtis mihi nuper, quod debeam vobis ſcribere novella, ſciatis, quod ego nuperrime veni ex Heydelberga ad Straſburg, volens emere quædam materialia quibus utimur in noſtris medicinalibus, ut ſcitis, credo : quia etiam eſt conſuetudo apud veſtros medicos, ut ſi non habent in ſuis apotecis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

unc ſolent pergere in aliam civitatem, ut oſſint emere ad practicationem ſuam. Sed tent illa. Cum itaque veniſſem illuc, venit ad ne unus bonus amicus, qui eſt mihi multum avorabilis, & quem vos bene cognoſcitis, uia fuit diu etiam Coloniæ ſub virga veſtra. lle mihi dixit tunc de uno, qui erat dictus E-aſinus Roterodamus, mihi prius incognitus, ui eſſet homo valde doctus in omni ſcibili, mnique doctrinarum genere. & dixit, quod ſſet iam in Straſburg. ego nolui credere, & dhuc non credo, quia videtur mihi impoſſi-ibile, quod unus homo parvus, ut ipſe eſt, am multa deberet ſcire. Rogavi ergo illum, ui mihi talia dixit, valde plurimum, ut vel-et me tamen ducere ad eum, ut poſſem eum idere. Habui etiam mecum tunc unum Ra-iarium, quod intitulavi, Vade mecum in me-icina: ut ſoleo ſemper habere, quando am-ulo trans campis ad viſitandos Patientes, el ad materialia emēda: in hoc habeo etiam arias quæſtiones, quæ ſunt valde ſubtiles in rte medicinali. Ex illo Rapiario enucleavi mihi unam quęſtionem cum ſuis notabilibus & argumentis pro & contra, cum quibus vo-lui armatus venire contra illum quem dice-bant tam ſcientioſum, ut poſſem tamen ex-perientiam facere, an etiam aliquid ſciat in medicina vel non. Cum igitur dixiſſem hoc amico meo, inſtituit collationem optimam, & invitavit Theologos ſpeculatores, Iuriſtas ſplen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſplendidiſſimos, & me quaſi unum ex medicinarum practicatoribus, licet indignus. Nēpe cum ſediſſent, tunc diu tacuerunt, neque aliquis ex nobis voluit incipere præ pudore. Tunc ego ſtimulavi meum proximum confeſſorem, quod mihi, ad ſalvos Deos, ex abrupto occurrit in memoriam. Conticuere omnes, intentique ora tenebant. Quē verſum adhuc habeo in recenti conſideratione, quia vos cum expoſuiſtis Vergilium in Æneidis, tunc pinxi ad illum verſum, ut facerem mihi locationem in libro meo, ſecundum quod iuſſiſtis nos, unum virum qui habet clauſtrum in ore. Sic ergo iam optime venit ad propoſitum, cum ille ſcientificus etiam ſit Poeta, ut ipſi dicunt. Quippe cum ſic taceremus invicem, ipſemet incepit magno præludio ſermoniſare: ego vero non intellexi, vel non ſum ex legitimo thoro natus, unicum verbum, quia habet tam parvam vocem: puto autem quod fuit ex Theologia. Et hoc fecit, ut poſſit attrahere illum Magiſtrum noſtrum, virum maxime profundum in Theologia, qui nobiſcum ſedebat in collatione. Quin imo cum finiviſſet illud præludium, tunc incepit Magiſter noſter diſputare ſubtiliſſime de ente & eſſentia: quod non opus eſt iam repetere, quia bene pertractatis illam materiam. Illo finito, ipſe reſpondit paucis verbis: tunc iterum omnes tacuerunt. Tunc ergo hoſpes noſter, qui eſt bonus humaniſta, inci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

incipit quædam dicere ex Poetria. ubi laudavit valde Cæſarem Iulium in ſuis ſcriptis, & etiam factis. Profecto cum hoc audiviſſem, erat mihi bene adiuvatum, quia multa legi & audivi in Poeſi à vobis dum fui in Colonia, & dixi: Quoniam quidem igitur incepiſtis loqui de Poetria, non potui me longius occultare, & dico ſimpliciter, quod non credo Cæſarem ſcripſiſſe illa commentaria, & volo dictum meum roborare hoc argumento, quod ſic ſonat: Quicunque habet negotium in armis & continuis laboribus, ille non poteſt Latinum diſcere. Sed ſic eſt quod Cæſar ſemper fuit in bellis & maximis laboribus, ergo non potuit eſſe doctus, vel Latinum diſcere. Revera puto igitur non aliter quam quod Suetonius ſcripſit illa Commentaria, quia nunquam vidi aliquem, qui magis haberet conſimiliorem ſtilũ Cæſari, quam Suetonius. Poſtquam ita dixiſſem, & multa alia verba, quæ hic cauſa brevitatis omitto, quia, ut ſcitis ex antiquo dicterio, Gaudent brevitate moderni: Tunc riſit Eraſmus, & nihil reſpondit: quia eum tam ſubtili argumentatione ſuperavi. Et ſic impoſuimus finem collationi, & nolui quæſtionem meam in medicina proponere, quia ſcivi, quod ipſe non ſciret: cum non ſciret mihi ſolvere illud argumentum in Poeſi, & ipſe tamen eſſet Poeta: & dico per Deum, quod non eſt tam multum, ut dicunt de eo; non ſcit plus quam

ullus homo in Poeſi. Bene concedo, quod ſcit pulchrum Latinum dicere. Sed quid eſt, in anno multa poſſumus talia diſcere, ſed in ſpeculativis ſcientiis, ut eſt Theologia & medicina, multo aliter faciendum eſt, ſi quis velit eas diſcere, quamvis ipſe etiam vult eſſe Theologus. Sed bone Pręceptor qualis Theologus? nempe ſimplex, quia laborat tantum circa verba, & non guſtat res ipſas interiores: ſicut (volo facere optimam comparationem) ſi aliquis velit comedere nucem & cōedere ſuperiorem partem, & nucleum nunquam attingeret: ſic etiam eſt cum illis, ſecundum meum obtuſum intellectum. Sed multo aliter intelligitis, quam ego: qui audio, quod iam etiam vultis accipere ornamenta doctoralia in Theologia, ad quod Deus & ſancta genetrix velint vos promovere. Sed tamen hoc dico pro me, ne fiam longior quam propoſui, quod velim plus acquirere mea arte (ſi ſaltem Deus concederet mihi, ut haberem multos ægrotos) in una ſeptimana, quam Eraſmus vel alius Poeta in uno anno. Et hoc ſufficiat pro nunc, & habeant ſibi hoc, quia per Deum iam maxime fui iratus: alia vice volo vobis plura novalia ſcribere. Vivite & valete quam diu unus Phœnix vivere poteſt, quod dent vobis omnes ſancti Dei, & me diligite, ſicut adhuc ſemper feciſtis. Datum in Heydelberga.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Gallus Linitextoris, Guldenſingenſis, Cantor inter bonos ſocios, S. D. Magiſtro Ortuino Gratio, Præceptori ſuo plurivariam dilecto.

REverende Domine Magiſter, quia ſcripſiſtis mihi ad Eberburck valde ſolatioſam literam in qua conſolaſtis me, quia audiviſtis me eſſe infirmum: propterea habeo vobis grates ſempiternas. Sed in illa epiſtola ſcripſiſtis, vobis fuiſſe mirum, quare fuiſſem factus infirmus, cum non habeo magnos labores, ut etiam nec alii habent, qui dicuntur ſine labore, id eſt, dominorum ſervi. Hahaha, oportet me ridere, vel ſim ſpurius, quod queritis ex tam ſimplici mēte: non ſcitis, quod hoc eſt in Dei voluntate, quod poteſt unum facere infirmum, quando vult, & iterum ſanare, quando ſibi placet: ſi ſemper debet venire infirmitas ex labore, tunc mihi non eſt bonum, licet vos dicatis, me non multum laborare. Quippe cum fui nuper in Heydelberga, apud bonos ſocios tunc maxime ſemper cogebar laborare cum collo, bibendo ſcilicet vinum, quod non mirum fuiſſet, quod traxiſſem collum meum abinde; & vos non putatis eſſe illum laborem? Sed ſufficiat hæc reſponſio ad illam partem: poſtea ſequitur in veſtra litera, quod debeam vobis diſponere unum libellum, in quo ſtet aliquid pulchrū pro iuvenibus, quod poſſitis reſume-

reſumere. Cum igitur fuiſtis mihi ſemper a
mabilis, propter diſciplinas veſtras varias
quas ſcitis mente tenus, non potui me ſerva
re, ut non mitterem vobis unam epiſtola
ex pulchro libello, qui inſcriptus eſt: Epiſt
lare Magiſtrorum Lypſenſium, quem dict
verunt Magiſtri diſpoſitiſſimi in alma Un
verſitate Lypſenſi: & hoc propterea feci;
placet vobis illa prima litera, tunc volo mi
tere totum librum: quia non libenter pe
mitto à me: eſt ergo illa Epiſtola talis i
principio.

Magiſter Curio Regens veterrimus in bur
Henrici Lipſig, S.D. Matthiæ Falckenbergenſ
ex antiqua familia Nobiliſtæ, ante quin-
quaginta annos & adhuc ſuo ſo-
cio indiviſibili.

QUoniam quidem cum ſit iam longu
tempus, ut non fuimus ſimul apud i
vicem, bonum eſſe puto, vobis ſemel vel
ſcribere, ut antiqua amicitia non deſtruatu
quia audivi à multis, vos adhuc vivere,
vos bene habere, atque ſitis adhuc in bo
poſſibilitate, ſicut fuiſtis adhuc iuvenis: quo
ego per Deum ſanctum, cum maxima hilar
tate audivi. Sed parcat mihi bonus Deus
quod tam robuſte iuravi. Utinam Deus
& ſancta Maria ſemel velint permittere, u
huc poſſitis equitare: quia audio vos ia
non ſic libenter equitate ſicut feciſtis, qua
do fu

lo fuiſtis mecum in Erphordia, & in cæteris partibus Saxoniæ, quando ego ſæpius admiratus ſum veſtram hilaritatē. Audivi, VVormacienſes habere litigium cum quodam nobiliſta, ne vos etiam eſſetis cum illo: quia una antiqua familia, ſicut vos eſtis, eſt libenter apud aliam: ſemper in iuventute cum illis libenter fuiſtis zechando & equitando; in quo ego vos ſæpe taxavi. Sed tamen cum adhuc omnia bona ſunt, volumus referre Deo Ieſu meritas grates, quod tam diu manſimus ſani. Miror valde, quod mihi nunquam ſcripſiſtis, cum tamen habetis mulros nuncios ad Liptzig: & bene ſciviſtis, quod hic ſemper habitavi. Ego non poſſum eſſe tam piger: ut vos eſtis. quare etiam ſcribo vobis, & ſemper ſcribo libenter, & ſcio quod in illis annis, quibus nos ſimul invicem non vidimus, ſcripſi plus quam viginti literas, ad doctos viros, meos æquales. Sed tranſeat ille error cum cæteris. Domine nobiliſta, ego velim quod nuper fuiſſetis hic, quando ſereniſſimus Princeps Saxoniæ habuit ſuas nuptias cum pulcherrima choriſatione, ubi fuerunt multi nobiliſtæ. Ego fui in illis nuptiis miſſus cum Rectore noſtro Lypſenſi, ut ſolet fieri, ubi propinavimus magnam Crateram, & multos florenos intra, & manſimus ibi per duos dies, & fuimus valde læti, & hilariter nos refecimus, unus ad alterum bibendo. Ego habui mecum unum famulum, qui habuit duas ol-

las,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

las, & ille bene ſcivit, ubi ego ſederem in menſa, & poſuit illas ollas infra ſcamnum meum: tunc habuimus vinum de meliori: ſcitis bene, quod eſt illud, eſt enim dulciſſime dulce: quod ego tam libenter bibo, ut mihi fiat rotundum caput inde, & poſt prandium ſoleo tunc choriſare: tunc accepi & implevi de meliori, & iterum poſui infra menſam: hoc autem feci quod aliquid haberemus bibere in via. Poſtea inter alia multa fercula habuimus bonum galrinum, cum multis gallinis & bonis rebus: tunc accepi aliam ollam, &implevi cum tota gallina: etiam hoc feci, ut magnificus Dominus Rector, & ego, haberemus aliquid comedere in via. Illo ſic habito, dixi ad unum nobiliſtam: Domine nobiliſta, vocate mihi ſervum meum, habeo ſibi aliquid dicere: cum ille feciſſet, & ſervus venit, dixi: famule, veni, leva mihi cultellum, quod cecidit mihi infra menſam. (ſed tamen ego libenter miii cadere.) & ſic repſit infra menſam, & accepit cultellum & ollas infra veſtem, & ſic diſtillavit, quod nullus unquam vidit. O ſancta Dorothea, ſi tunc affuiſſetis nobiſcum in via, quando perreximus ad Lyptzig iterum, quam iucunditer voluiſſemus vitam habuiſſe! ego comedi etiã ad duos dies poſtea de illis reliquiis, quia non potuimus totum comedere in via: propterea autem vobis hoc ſcripſi, quia ſcio, quod vos etiam ſæpe vadatis per filtrum &

per

per ſaccum, tunc præſertim cum fuiſtis adhuc mecum, ubi ego didici à vobis. & eſt in bona fide optima ars: ego non vellem carere centum aureis. Dixit mihi nuperrime unus, quod habetis multos fructus & piras, & pomas, & botros: & cum eſtis in hoſpitio veſtro, quia non habetis propriam menſam in domo, tunc habetis magnum carnitum, in quem diſtillatis & ſimellas & aſſatas aves, & carnes, & ita pulchre facitis diſtillationem, ut nemo vidit. quod ego miror: ſed credo, hoc habetis ex longo uſu, uſus enim facit artem, ut dicit Philoſophus nono Phyſicorum. Audio etiam, quod habetis vobiſcum unam amaſiam, quæ non vidit bene cum uno oculo. ego miror profecto, quod adhuc poteſtis eſſe in nocte unus vir, & eſtis tam ſenex: & quod mihi maxime mirum eſt, audivi, quod res veſtra ſtetit una ſtatione ad ſex hebdomadas, quod non potuiſtis flectere, & vos dixiſtis, quod eſſet ex infirmitate. O dio, ſi etiam haberem talem infirmitatẽ, quam bonus ſocius tunc velim eſſe! Sed credite mihi, non poſſum amplius, ſicut ſcivi in iuventute. Percuſſi extra domum meam Coccam ante quatuor hebdomadas; tam diu eſt, quod nihil magis potui. Eſt adhuc unum, quod volo vos petere, antequam faciam concluſionem, ſi habetis aliquem puerum vel conſanguineum, vel ſi ſcitis bonum amicum, qui habet & debet ſtudens fieri, tunc mittite huc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ad Liptzig ad me. Nos habemus multos doctos Magiſtros apud nos, & habemus bonum comedere in burſa noſtra, & quotidie ſeptem fercula bis, mane & ſero. Scilicet primum dicitur Semper, id eſt, teutonice *grutz*. Secundum, Continue, *ein Supp.* Tertium Quotidie, id eſt, *muſz*. Quartum Frequenter, id eſt, *mager fleiſch*. Quintum Raro, id eſt, *gebratens*. Sextum Nunquam, id eſt, *Kaes*. Septimum Aliquando, id eſt, *apfel und birn*. Et cum hoc habemus bonam potationem, quæ dicitur Conventum. Ecce videte, non eſt ſatis? Illum ordinem ſemper ſervamus per totum annum, & laudatur ab omnibus. Sed tamen in habitationibus noſtris, extraordinarie non habemus multa comedere. quod etiam non eſſet bonum; alias enim ſuppoſiti noſtri non ſtuderent. Quare ego ſcripſi ad habitationes omnium illos duos verſus:

Regula burſalis, eſt omni tempore talis;
Prandia fer tecum, ſi vis comedere mecum.

Sed hoc ſit ſatis. Videtis quod etiam ſum Poeta, ne videar ſuperfluus. Datum raptim ex Lyptzick, ſub blavio cœlo: & valete cum amaſia veſtra lætius, quam apis in thymo vel piſcis in undis. Valete adhuc ſemel. Nunc videte Domine Magiſter Ortuine, ſi placet vobis illa epiſtola, tunc volo vobis mittere totum librum plenum, quæ ſunt valde bonæ, ſecundum meum debile ingenium: alias nihil magis poſſum vobis iam ſcribere. Valete

in eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

in eo qui cuncta creavit. Datũ in Eberburck, ubi velim, quod eſſetis mecum, vel diabolus confundat me. Sexta feria infra Paſcha & Pentecoſte.

Arnoldus de Thungaris, Magiſter noſter in ſacrapagina, S. D. M. Ortuino Gratio.

VEnerabilis Domine Magiſter, ego vexor iam ſupra vexationem: nunc intelligo illud dicterium Poetarum eſſe verum: Nullum damnum ſolum. Et hoc volo ſic probare. Ego iam ſum infirmus: & ſupra illam infirmitatem, venit mihi alia vexatio maxima, quæ eſt talis. Currunt quotidie ad me homines, & etiam ſcribunt ad me ex diverſis provinciis, ut notus ſum in omnibus regionibus propter libellum, quem feci contra defenſorium Ioan. Reuchlin, ut ſcitis. Illi homines dicunt & ſcribunt, eos mirari, quod permittimus Ioan. Pfefferkorn, tinctum Iudæum, accipere noſtrorum cauſa laborem ſcribendi, ut defendat ſe & nos omnes contra Reuchlin, & defendat fidem noſtrã: ſic quod ipſe habeat nomen, & nos tamen ſcripta omnia fecerimus, quæ emiſit ſuo nomine. Ut tunc verum eſt, in confeſſione hoc dixi. Dixerunt etiam, quod iam compilaſſet novum librum, quem intitulavit in latino Defenſorium Ioan. Reuchlin: in quo enarrat totum factum, à principio uſque ad

 finem:

finem; quem libellum theutoniſavit etiam: cum ego hoc audiviſſem, dixi quod non eſſet verum ſimpliciter, quia ego nihil ſcirem de hac re: & ſi fecit, tunc per Deum ſcandalum eſt, quod me non fecit certum, & tamen prius ſemper me conſultavit. Credo, quod ipſe iam non recordatur mei, cum ſum infirmus: ſi me interrogaſſet, tunc dixiſſem, uno modo ſatis fuiſſe, quia ſcio, quod ſcribendo nihil acquiremus: nam Reuchlin ſemper reſtimulat, quod habet diabolum. Si ergo ita eſt, tunc peto diligenter, ut non faciat, quia vos poteſtis impedire, tanquam Corrector ſuorum librorum. Secundo audivi etiam, quod non tam vehementer dolui, vos lardaſſe ancillam (cum honeſtate dico) Quentels impreſſoris, & feciſſe ſibi unum puerum, atque ut verum ſit, tunc ipſe dedit ſibi veniã, & non vult pati amplius in domo, & iam eſt in propria domo, & facit antiquas tunicas novas. Peto vos propter maximam charitatem, quam habuimus ſemper alternatim, ut velitis mihi hoc ſcribere, an ſit, vel non, quia ego libenter vellem eam diu ſuppoſuiſſe, ſed tamen non volui facere, quia timebam, quod eſſet adhuc virgo. Si autem ita ſit, quod vos feciſtis, tunc ſi poteſtis pati, volumus ad unam dicam lardare, ego hodie, & vos cras, quia digniora ſunt priora, ego Doctor & vos Magiſter: dico tamen hoc ſine contemptione, ſicque volumus

mus hoc in ſecreto ſervare, atque eam nutrire cum pueto expēſis mutuis: & ſcio quod ipſa libenter erit contenta: atque etiam ſcio, ſi diu lardaſſem eam, non eſſet mihi infirmitas illa: ſpero tamen quod volo renes purgare ut fiam ſanus. Et cum hoc valete. Si non fuiſſem debilis tranſitionis, tunc met iviſſem ad vos, & non reſcripſiſſem: ſed tamen vos debetis mihi reſcribere. Datum raptim, ex burſa noſtra Montis.

Ioannes Currificis Ambachenſis, Ortuino Gratio, Daventrienſi, Salutis plurimum.

QUoniam quidem mihi nuper ſcripſiſtis quomodo mihi ſuccederet in Heydelberga, & quod etiam vobis reſcriberem, quomodo placerent mihi Doctores & Magiſtri: Sciatis ergo primo, quod quam primum veni ad Heydelbergam, fiebam cocus in burſa: ubi habeo menſam gratis, & etiam aliquas pecunias pro mercede, & poſſum proficere & complere ad gradum magiſterii. Sic etiam fecit pauper Henricus, qui non habuit libros, neque papyrum, ſed omnia ſcripſit ad pellicium ſuum. Ita etiam nutrivit ſe Plautus, qui portavit ſaccos ad molendinam ſicut aſinus, & tamen poſtea evaſit in doctiſſimum auctorem, quia poſtea ſcripſit metra & proſas. Præterea ut ſciatis, qui ſunt hic viri docti, volo vobis prius recitare de dignioribus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ribus, & deinde ſucceſſive de aliis. Quia, ut dicit Philoſophus primo Phyſicorum: Oportet ex univerſalibus ad ſingularia procedere. Et Porphyrius etiam deſcendit à genere generaliſſimo ad ſpeciem ſpecialiſſimam. ubi iubet Plato quieſcere. Et à dignioribus debet fieri denominatio, ut dicit Gentilis Magiſter in ſecundo de anima. Inter omnes Doctores Theologiæ, eſt unus hic, qui eſt Prædicator nobiſcum, & habet tubal ān vocem, licet parvus ſit: illum audiunt homines libenter prædicare, & tenent aliquid de eo, quod per Deum, ipſe eſt doctus, & doctus in ſuperlativo, dico vobis, & multi homines intrant eius prædicationes, quia ipſe eſt delectabilis, & lacerat bonos boſſos in ambone ſive cancellis. Ego audivi ſemel ab eo, ex libris Poſteriorum de quæſtione, quia eſt, quid eſt, ſi eſt, & propter quid eſt, & omnia ſcivit in theutonico dicere. Præterea ſemel prædicavit de virginitate, & dixit quod virgines, quæ amiſerunt ſuam virginitatem, ſolent dicere, quod ſit eis per vim factum. Tūc ipſe dixit: Bene veneritis, per vim: Ego quæro, ſi unus haberet nudum gladium in una manu, & vaginam in alia, & ipſe ſemper moveret vaginam, nonne eſt ita, quod ipſe non poſſet gladium intra ſtimulare? ſic etiam eſt in virginibus. Præterea ſemel in Novo anno, quando unicuique ſtatui dedit novum annum, tunc dedit ſtudentibus in tribus Burſis,

(quia

quia hic ſunt moderni & antiqui.) Modernis dedit Saturnum, & ita expoſuit: Saturnus eſt frigidus Planeta, & ille bene convenit modernis, quia ipſi ſunt frigidi artiſtæ, quia non ſervant ſanctum Thomam & Copulata & Reparationes, ſecundum proceſſum burſæ montis in Colonia. Sed Thomiſtis dedit pro novo anno unum puerum, qui dormivit apud Iovem, & vocatur Ganymedes. Ille quadrat realiſtis, quia Ganymedes propinat Iovi vinum & cereviſiam, & dulcem potum de liquiritio, quam hiſtoriam pulcherrime interpretavit Torrentinus in primo libro Æneidos. Sic etiam reales infundunt eis artes, & ſcientias, & multa arguitur, & multa alia delectabilia, ut unus poſſet mirare. Ego credo, quod iacuit multas noctes, & non dormivit, quando illa ita ſubtiliter & pulcherrime ſpeculavit. Sed ſunt multi, qui dicunt, quod ſit fraſcaria, quod ipſe prædicat, & vocant eum Quaculator, & Ioannes cum deſtructo capite, & auca caput, ex illa ratione, quia ipſe ſtetit ſemel male in diſputatione, tunc expediverunt eum ita realiter. ſicut unus in centum annis expeditus eſt, Et unus expectavit eum ante lectorium, & detraxit ſuum baretum abinde, (ſed non propter honorem, ſed ſicut fecerunt Iudæi, quando coronaverunt Chriſtum, & flectebant genua) & dixit: Domine Doctor, cum ſupportatione, Deus benedicat vobis balneum. Tunc ipſe dixit: Deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

gratias, Domine Baccalaurie. & non dixit amplius, & abivit. Unus dixit mihi, quod oculi eius ſteterunt ſibi plenum aqua, & credidit, quod ploravit poſtea. Et quando ego audivi tales vexationes, tunc doluit mihi in ventre. & ſi ego ſciviſſem, quis ille leccator fuiſſet, ego percuſſiſſem me cum eo, etſi deberent mihi caput cum una dila abinde truſiſſe. Sed ipſe habet adhuc unum diſcipulum: ille eſt mihi unus doctus vir, & quaſi plus quam doctus, & etiam quaſi plus doctus quam ſuus Præceptor, niſi quod ipſe eſt ſimplex Baccalaurius in Biblia: ipſe cum pauculis, imo pauciſſimis temporibus præteritis, intimavit bene viginti quæſtiones & ſophiſmata, & ſemper contra modernos, videlicet, Utrum Deus ſit in prædicamento, V. eſſentia & exiſtentia ſunt diſtinctæ, V. rollationes à ſuo fundamento ſint diſtinctæ, & V. decem prædicamenta ſint realiter diſtincta. Hui quot reſpondentes in lectorio! Et ipſe etiam defendit ſua dicta, & impoſuit honorem, quia unus ſimplex Magiſter haberet cum uno ſufficientiam: ego miravi quare Decanus admiſit: ego credo, quod fuit inſanus propter Caniculares, quia eſt contra ſtatuta. Et quando diſputatio fuit, ex tunc ego in laudem ipſius metrificavi illa carmina ex tempore, quia ego pro parte ſum humaniſta:

Hic eſt unus doctus Magiſter
Qui intimavit bis vel ter

An

An eſſe eſſentiæ
Diſtinguatur ab eſſe exiſtentiæ.
Et de Rollationibus
Et de prædicamentorum diſtinctionibus,
Et utrum Deus in firmamento
Sit in aliquo prædicamento.
Quod nemo fecit ante eum
Per omnia ſæcula ſæculorum.

Sed de hoc ſufficienter. Nunc de Poetis volo aliquid dicere vel ſcribere. Et ſic eſt hic unus, qui facit Valerium Maximum. Sed ipſe non placet mihi in media parte tam bene, ſicut vos mihi placuiſtis, quando vos feciſtis Coloniæ Valerium Maximum: quia ille hic procedit ſimpliciter: vos autem quando legiſtis ibi de neglecta religione, de ſomniis, & de Auſpiciis, tunc allegaſtis ſacram Scripturam, videlicet Cathenam auream, quæ vocatur Continuum beati Thomæ, Durandum & alios ſublimatos in Theologia, & iuſſiſtis, quod bene notaremus illa puncta ex ſacra pagina, & pingeremus ibi unam manum, & diſceremus mente tenus. Sciatis etiam, quod hic non intrant tam multa ſuppoſita, ſicut Coloniæ: quia Coloniæ ſtudentes poſſunt eſſe, ſicut hic ſunt ſcutones, & ibi aliqui ſtudentes ſcutant etiam parthecas: quod non volunt hic concedere, quia oportet hic, quod omnes habeant menſam in burſa, & ſint in matricula Univerſitatis: ſed quamvis hic ſunt pauci, tamen ſunt audaces, & bene tam au-

daces, ſicut illi multi in Colonia, quia ipſi ſcalaverunt nuperrime unum Regentem in burſa, qui ſtetit ante cameram, & audivit, quod luſerunt interius, tunc unus voluit exire, & invenit eum ibi, & proiecit eum per gradus. Præterea etiam ſunt audaces, quia percutiunt ſe hic cum Reuteris, ſicut faciunt Coloniæ cum Doleatoribus, & incedunt more reuterorum cũ productis gladiis & chordis & ſpadis, etiam cum plumbatis, ubi habent cordulam, ut poſſunt iactare, & iterum ad ſe trahere. Nuper ſemel reuteri ſecaverunt hic unum domicellum per ſcabiem, quod cecidit ad terram, ſed ſcito ſurrexit, & defendit ſe realiter, & percuſſit & ſecavit eos omnes, quod habuerunt ſanctum Valentinum, & omnes currebant fugens. Adhuc unum eſt, quod debetis ſcire, Vos debetis interrogare Doctorem Arnoldum de Tungaris, qui non eſt minimus in Theologia, an etiam ſit peccatum, ludere in taxillis pro indulgentiis. Ego ſcio aliquos ſocios, qui ſunt ribaldi, qui perluſerunt omnes indulgentias, quas dedit eis Iacob de alta Platea, quando ipſe terminavit cauſam Reuchlin Magiſtri, quia tres fuerunt ibi: & etiã dixerunt, quod illæ indulgentiæ non eſſent hominibus proficuæ. Si eſt peccatum, ſicut credo, & non eſt poſſibile, quod non ſit peccatũ, ego noſco illos bene: tunc ego volo hoc Prædicatoribus dicere: qui erunt eos recte confundere, & ego etiam

volo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

volo eis met in propria perſona (ego ſum bene tam audax) ad panem eorum ponere. Nihil eſt iam amplius ad ſcribendũ, niſi ſalutate mihi ancillã Quentels, quia iã eſt in puerperio, & valete pancratice, athletice, pugilice, baſilice, belle & magnifice, prout dicit Eraſmus in parabolis. Datum Heydelberg.

VVendelinus Pannitonſoris, Baccalaurius & Cantor in Straſberg, Magiſtro Ortuino Gratio, S. P.

VOs culpaſtis me in ſuperiori littera, quod atramentum eſſet mihi balſamus, & calamus & papyrus aurea, eo quod ego vobis ita raro ſcriberem. Ego volo nunc deinceps ſemper vobis ſcribere, & maxime, quia vos fuiſtis Præceptor meus in Daventria, in quinto loco, & quia etiã eſtis vitrinus meus, quare ego teneor vobis ſcribere. Sed quia iam nullas novitates habeo, volo vobis alia ſcribere: ſed ego ſcio quod illa nõ delectabũt vos, quia vos eſtis bonus ſuper latere Prædicatorum. Nuper ſemel ſedimus in ſimpoſio, tunc ſedit ibi unus, qui loquebatur tam mirabile latinum, quod ego non omnia verba intellexi, ſed aliqua verba bene, & inter cætera dixit, quod vellet unum tractatum componere, qui deberet exire ad proximam miſſam Francofordenſem, qui deberet intitulari Catalogus prævaricatorum, hoc eſt, Prædicatorum, quia vellet ſcribere omnes

eorum nequitias, quas fecerunt, quia iam eſſent inter omnes ordines nequitioſiſſimi. In primis, quomodo contigiſſet in Berna, quod Prior & ſuperiores introduxerunt meretrices ad clauſtrum, & quomodo fecerunt novum ſanctum Franciſcum, & quomodo beata virgo & cæteræ Sanctæ apparuiſſent illi Nolhardo, & etiam, quomodo Monachi voluerunt poſtea illi Nolhardo venenum dare in corpore Chriſti, & quod hæc omnia eſſent nequitiæ & fantaſiæ quod ipſi Monachi fecerunt, & quomodo deinde eſſent combuſti. Deinde voluit componere, quomodo ſemel unus Prædicator ſuppoſuit Moguntiæ in Eccleſia ante altare unam meretricem, & quando deinde aliæ meretrices fuerunt iratæ ſuper illam, tunc nuncupabant eam, Monachus meretrix, eccleſia meretrix, & altare meretrix: & hoc audierunt homines, & cognoſcunt etiam adhuc illam mereticem. & vult etiam componere, quomodo unus prædicator voluit uno modo, Moguntiæ in hoſpitio ad Coronam, ancillam lardare, quando prædicatores de Augſburg habuerũt ſuas indulgentias ibi, quia iacuerunt in illo hoſpitio, & ancilla voluit lectum facere, & unus Monachus vidit eam, & cucurrit ei poſt, & proiecit eam ad terram, & voluit ante: tunc ancilla clamavit, & homines venerunt ei in auxilium, alias oportuiſſet, quod illa ancilla ſervaſſet ei unum ex. Et voluit componere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ponere, quomodo hic in Straſsberg in clauſtro prædicatorum fuiſſent Monachi, qui duxiſſent mulieres ad cellas eorum per ripam, quæ fluit apud clauſtrum eorum, & raſerunt eis crines abunde, & illæ mulieres iverunt longe pro Monachis, & iverunt ad forum, & emebant piſces à viris ſuis, qui erant piſcatores, & poſtea fuerunt traditæ. & taliter prædicatores fecerũt ſemel nequitiam bacchantibus: & quando ſemel unus prædicavit, ivit ſpaciatum cum Monacha. tunc iverunt apud ſcholas, & ſcholares trahebant illos duos Monachos ad ſcholam, & correxerunt eos audacter: & quando Monacham correxerunt, viderunt, quod habuit vulvam: tunc omnes riſerunt, & dimiſerunt eos in pace. tota civitas fiebat deinde plena de illa re. Tũc ego fui per Deum valde iratus, quando talia dixit, & dixi ad eum: Vos non deberetis talia dicere. poſito caſu, quod eſſent vera, tamen adhuc non deberetis dicere: quia poſſet bene contingere, quod omnes occiderentur in una hora, ſicut Templarii, ſi homines illas nequitias omnes ſcirent. Tunc dixit; Ego ſcio adhuc tot, quot non poſſem ad viginti arcus papyri ſcribere. Tunc ego dixi: Quare vultis de omnibus prædicatoribus ſcribere, non tamen fecerunt omnes. Si illi in Maguntia & in Auſpurg, & in Straſsburg ſunt nequitioſi, tunc alii ſunt forte probi. Tunc ille dixit: Quomodo cõfundis me! ego credo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

credo, quod tu ſis filius prædicatoris, vel fuiſti met prædicator. nuncupa mihi unum clauſtrum,ubi ſunt probi prędicatores. Tunc ego dixi: Quid fecerunt illi in Francofurt? Tunc dixit ille: Neſcis hoc? illi habent principalem apud eos, qui vocatur VVigandus: ille eſt caput omnium nequitiarum, & ipſe incepit illam hæreſem in Berna, & fecit unum libellum de VVeſalio, & illum poſtea in Heydelberga revocavit, caſſavit, extirpavit & annulavit: & fecit etiam deinde unũ alium, qui vocatur die Sturmglock. & ipſe non fuit ita audax, quod ſcriberet ſuum nomen: ſed miſit Ioann. Pfefferkorn ſuum nomen ſcribere, ut daret ſibi medium lucrum, tunc velit eſſe contentus, quia bene ſcivit quod Ioan. Pfefferkorn eſſet talis homo, qui neminem curaret, etiam ſuam famam non curaret, quando niſi lucraret pecunias, ſicut faciunt omnes Iudæi. Etquando vidi, quod eorum erant plus quam meorum, tunc ego abivi, ſed fui valde iratus, quod ipſe non fuit ſolus: ego vellem diabolum poſuiſſe. Valete. Datum ex Straſsberg. Feria quarta poſt Feſtum S. Bernhardi, Anno M D XVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Iacobus de Alta Platea, ſeptenarum & liberalium, nec non ingenuarum artium, & ſacratiſſimæ Theologiæ Profeſſor humiliſſimus, nec non in aliquibus partibus in Germania hæreticorum Magiſter, id eſt, Corrector, Ortuino Gratio Daventrienſi, in Colonia vitam trahens, ſalutem in Domino noſtro Ieſu Chriſto.

NUnquam fuit tam grata ruricolis dulciſſima pluvia tempore longę ſiccitatis, neque ſol poſt longas nebulas, quam mihi fuit litera veſtra, quem ad me huc Romam miſiſtis. Quando eam legi tunc fui ita gaudibundus, quod libenter fleviſſem, quia mihi videbatur, quod iam eſſem in Colonia, in domo veſtra, quando bibimus ſemper unam vel duas quartas vinum, vel cereviſiæ, & luſimus in aſſere, ita lætus fui. Sed vos vultis, quod iterum ita faciam, ſicut vos, hoc eſt, quod ego etiam ſcriberem. Quid faciam hic in Roma tam longe, & quomodo mihi ſuccedat, quod volo libentiſſime facere. Sciatis ergo quod ego adhuc ſum ſanus? divina ſpiratione. Sed tamen quamvis ſum ſanus adhuc, tamen non ſum libenter hic in Roma, quia illa cauſa, propter quam ego ſum hic, eſt mihi nunc adverſa: ego vellem quod nunquam incepiſſem eam: omnes derident me, & vexant me, & noſcunt hic Reuchlin

melius quam in Almania, & multi Cardinales & Epiſcopi, & Prælati, & Curtiſani amant eum. Si non incepiſſem, tunc eſſem adhuc in Colonia, & comederem & biberem bene: ego habeo hic aliquando vix ſiccum panem. Ego credo etiam, quod male iam procedat in Almania, quia ego ſum abſens. Omnes iam ſcribunt libros in Theologia ſecundum ſuum librum. Ipſi dicunt, quod Eraſmus Roterodamus compoſuit multos tractatus in Theologia. ego non credo, quod faciat omnia recte. Ipſe etiam prius in uno parvo tractatu, vexavit Theologos, & iam ſcribit Theologice. eſt mihi mirum. Si ego venio ad Almaniam, & lego ſuos codiculos, & invenio unum parviſſimum punctum, ubi erravit, vel ubi ego non intelligo, ipſe debet videre, quod ego volo ſibi ſuper cutem. Ipſe ſcripſit etiam Græce, quod non deberet facere, quia nos ſumus Latini, & non Græci. Si vult ſcribere, quod nemo intelligat, quare non ſcribit etiam Italicum, Bohemicum, & Hungaricum? & ſic nemo intelligeret eum. faciat ſe conformem nobis Theologis in nomine centum diabolorum, & ſcribat per utrum & contra, & arguitur, & replica, & per concluſiones, ſicut fecerūt omnes Theologi, ſic etiam nos legeremus. Ego non poſſum vobis iam omnia ſcribere, neque meam paupertatem, quam hic habeo, dicere. Illi Curtiſani, quando vident me, tunc nuncupant

pant me apoſtata, & dicunt quod ego cu-
curri ex ordine. & ſic etiam faciunt Doctori
Petro Meyer, plebano in Francofordia, quia
vexant eum ita bene ſicut me, quia ipſe favet
mihi. Sed tamen ipſe habuit melius quam
ego, quia ipſe habet bonum officium, quia
eſt Capellanus ſuper Dei agro, quod eſt per
Deos bonum officium, licet Curtiſani dicunt,
quod ſit viliſſimum inter omnia officia, quæ
in Roma poſſunt eſſe. Sed hoc nihil nocet,
ipſi dicunt hoc ex invidia, ipſe tamen ha-
bet panem ſuum de hoc, & nutrit ſe taliter
qualiter, donec ipſe ſuam cauſam contra
Francofordienſes ad finem ducat. Omni die
quaſi ivimus ipſe & ego ſpatiatum in Campo-
flore, & expectamus teutonicos, ita libenter
videmus teutonicos. Tunc veniunt illi Cur-
tiſani, & monſtrant cum digitis ſuper nos,
& rident nos, & dicunt: Vide, ibi vadunt
duo, qui volunt Reuchlin comedere: come-
dunt ipſi eum, tunc etiam merdant eum ite-
rum, & habemus tantas vexationes, quod
deberet lapidem commovere. Tunc dicit
plebanus, Sancta Maria, quid nocet? nos vo-
lumus hoc propter Deum pati, quia multa
paſſus eſt pro nobis: & nos etiã ſumus Theo-
logi, qui debent eſſe humiles & ſpreti in
hoc mundo. & ita facit me iterum lætæ men-
tis. & cogito, Dicunt quid volunt, ipſi tamen
non habent omnia quæ volunt: ſi eſſemus
in patria, & unus faceret nobis ita, tunc ſci-
remus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

remus etiam ei aliquid dicere vel facere, quia ego vellem levem cauſam quærére contra ipſum. Nuperrime etiam ivimus uno modo ſpaciatum, tunc duo vel tres iverũt ante nos, & nos poſt eos, tunc ego inveni unam cedulam, ego credo quod unus eorum miſit eam libenter cadere, ut nos inveniremus, & illa continet illa metra:

EPITAPHIA HOCHSTRATI.

IRa furor, rabies, dolus, inclementia livor,
Dum cadit Hochſtratus, non cecidere ſimul.
Hac ille inſipido poſuit plantaria vulgo
Ingenti dotes & monumenta ſui.

ALIUD.

Creſcite ab hoc taxi, creſcant aconita ſepulchro,
Auſus erat ſub eo qui iacet omne nefas.

ALIUD.

Flete mali, gaudete boni, mors una duorum
In medio veniens, abſtulit his, dedit his.

ALIUD.

Hic iacet Hochſtratus, viventem ferre patiq;
Quem potuere mali, non potuere boni:
Ipſe quoque excedens vita, indignatus ab illa,
Mæſtus ob hoc, quod non plus nocuiſſet, erat.

Ego & plebanus, quando invenimus illam cedu-

cedulam, tunc ivimus ad domum, & iacuimus plus quam octo aut quatuordecim dies ſupra, & non potuimus intelligere: mihi videtur, quod me attingant illa metra, quia ſtat Hochſtratus interius: ſed ego etiam cogito, quod non attingant me ante: quia ego non vocor ita in Latino, ſed vocor Iacobus de alta Platea, vel in teutonico Iacob Hoch. Quare ego mitto eam literam ad vos, quod vos velitis eam interpretare, an velit me, vel alium. Si vult me, (quod ego non credo, quia ego adhuc non ſum mortuus) tunc volo inquiſitionem facere, & quando ego habeo eum, tunc volo ſibi unum balneum præparare, quod non debet ridere: ego bene poſſum. Ego habeo hic unum bonum fautorem, qui eſt lanſmannus meus, & ille eſt Statſirus Cardinalis ſancti Euſebii: ille debet bene præparare, quod veniat ad carcerem, & quod ibi comedat panem & aquam, & habere peſtilentiam. Quare facite diligentiam, & ſcribite mihi mentem veſtram, ut ſim certioratus. Ego etiam audivi, quod Io. Pfefferkorn eſſet iterum Iudæus: quod ego non credo, quia etiam dixerũt ante duos vel tres annos, quod eſſet combuſtus à Margravio in Hallis; ſed etiam non fuit verum de eo; ſed de alio, qui etiam ſic vocabatur, fuit bene verum. Ego non credo quod fiat Mammalucca, quia ipſe ſcribit contra Iudæos: & eſſet etiam omnibus Doctoribus Theologiæ, in Colonia,

& omni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

& omnibus Prædicatoribus dedecus, quia ipſe fuit cum eis bene ante. dicant quicquid velint, ego per Deos non credo. Et ſic valete. Datum Romæ, in hoſpitio ad Campanam in Campoflore, viceſima prima Auguſti.

Epiſtola cuiuſdam devoti & imperterriti fratris, ſancti & impolluti ordinis, hoc eſt, divi Auguſtini, de malis novitatibus, nuper in Colmaria factis. divina ira ſuper nos, proh bone Deus.

HUmilis frater Ioan. Tolletanus, reverendo patri, fratri Richardo Kalberſtadenſi, Domino vere devoto, S. P. D. Non poſſum tibi non ſine magno cruciatus animo meo dolore, clam habere, chariſſime frater, de his quæ nobis & noſtri ſancti ordinis, hic in civitate noviter ſucceſſerunt & aſtiterunt. Quia eſt apud nos in Convento unus frater, quem tu met noviſti, ſpectabilis vir, utilis Monaſterio, & toto ordini honorabilis; quia habet tubalē vocē in choro, & ſcit bene ludere in organis. Ipſe nuper loquebatur, & peroravit unam bonam fautricem ordinis, formoſam olim quando fuit: ſed nunc apoſtatavit à nobis, & facta eſt mala beſtia, & dixit tam multum, quod ipſa ad noctem venit ad illum ad Monaſterium, & ad tres noctes ibi manſit. Et venerunt ad eam duo vel tres fratres, & fuerunt omnes læta mente, & leviter ſenſati

ſexi cum ea, & fecerunt omnes, ut in feſto Codri, fortiter & utiliter rem, ita quod bene contenta fuit. Et quando dies factus, quod ipſa debuit ad domum ire, tunc ipſe dixit: Veni, ego volo te exterius mittere, iam videt te nemo. Ipſa dixit: Da mihi antea meum ſalarium pro te, & alios omnes. Et dixit ipſe: ego non poſſum pro alios dare. Et fuit hoc die plenum officium in choro, & ipſe fuit officiator. tunc oportuit eum ad chorum ire, ad incipiendum & conclaudendum horas: & ſtatim ad eam revenit in Dalmatica, & in albis, & fuit ei amicabilis in pectore inter mā-millas, & in gremio egregie luſit, & ita, quod ſe nihil mali ad illam providit. Tunc cuſtos pulſavit ad chorum, & ipſe cucurrit in albis ſine bracha, ad intereſſendum divinis. Et quando revenit, tunc illa mala beſtia foras vias iverat, & portavit ſecum bonam ſuperinduſiam tunicam, cum cucullo, & bono nigro panno. Et quando ad domum venit, tūc ſtatim perſcidit in partes, & non timuit incurrere in pœnam excommunicationis, quod veſtimentum conſecratum deſtruxit. Vere ibi impletum eſt illud: Diviſerunt ſibi veſtimenta mea. Et ſunt quidam zeloſi fratres, qui dicunt, quod illa mala beſtia debet inveniſſe in lyripipiolo cucullo quatuordecim coronatus, quod (heu proh dolor) ſemper damnoſum eſſet: ſed unus credit, & ſecundus non credit. Tunc quando ille bonus frater vidit,

quod

quod iniuriatus & damnificatus fuit, ivit ad Pedellum curſorem civitatis, (novi Latiniſtæ vocant viatorem) & dixit ad eum: Chare, vade ad illã, & dic quod det mihi meam cucullam. Pedellus dixit: Ego nolo ire quando tu dicis, ſed, quando Magiſtratus dicit, ego volo ire. Tunc frater non bene conſideratus, ex bono zelo quem habuit, quod Magiſtratus eſſet fautor ordinis, ivit ad Magiſtratum, & fecit ſuam querelam. Tunc Magiſtratus fecit actionem, & miſit pro ea: & quando venit, Magiſtratus interrogavit eam, quare huic ſuam cucullam deportaſti? Tunc ipſa ſtetit, & ſine verecundia omnia manifeſte dixit, & quomodo ad tres noctes in Monaſterio fuit, & quomodo ſecum viriliter fecerũt, & non dederunt ſibi ſalarium, Tunc Magiſtratus noluit bono fratri facere ſuam cucullam rehabere, ſed dixit ad eum: Vos multa incipitis, certe non ſemper vobis ſic pertranſibit. Vade tu in nomine centorum diabolorum, & mane in tuo Monaſterio. & dedit ei refutatorios. & ſic bonus frater verecundatus, & confuſus fuit. Et illudebant ei, & poſtquam illuſiſſent ei, impoſuerunt nobis crucem magnam, quod ſub magna pœna non debemus exterius Monaſteriũ ire ſuper plateas. Sed reverendus Pater, frater Prior, non fuit domi, quando hæc pertranſierunt: ſed quando de via revenit, ipſe miſit omnem rem pertingere ad reverendum patrem Provincialem,

lem, gratioſum Dominum noſtrum. (ipſe ille doctus vir illuminatus, lux mundi: qui ſuper duas diſputationes ſtrenue ſe habuit contra hæreticos, & ſuperdiſputavit eos omnes, ſed noluerunt ei credere, ipſi infideles.) Tunc reverendus pater Provincialis, ſtatim venit in civitatem. & certe fuit ipſe & Prior male contentus ſuper illum fratrem, quod ſic inconſiderate ivit ad Magiſtratum: melius fuiſſet, quod ſibi emiſſemus novam cucullam de optimo panno. ſed fecit ex bono zelo. Et ſtatim Provincialis ivit ad Magiſtratum & Senatores, & rogavit eos, uti nobis iterum licentiam darent, ut poſſimus de Monaſterio ire ſuper plateas. ſed nihil potuit impetrare, quia dixerunt omnes, totus conſulatus: Hoc parvum eſt, quod non debemus amplius exire, ipſi volunt nobis adhuc unum factorem dare (ipſi vocaverunt curatorem,) qui debet Monaſterio omnia percipere & exponere, & nobis ſolummodo neceſſaria dare. Certe ſi hoc eſſe erit, tunc habet finem circa libertatem Eccleſiaſticam: nihil eſt amplius, diabolus maneat in Monaſterio, (ô frater mi) vivi pervenimus illuc. Quis hunc aliquando potuit ſperare dolorē? quod noſtri optimi fautores nobis ſic decedunt. Et certe reverendus pater Prior, eſt valde contriſtatus, & fuit aliquibus diebus præ triſtitia infirmus: ſed hodie eſt octava, quod de mane poſt tertiam digeſtionem, unum

malum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

malum ſudorem habuit ; & poſtmodum ſur-
rexit , & ivit ad opus naturæ, & cacavit valde
nimis , non ſpiſſe, ſed tenuiter ; & factum eſt
melius circa illum. Sed habet bonam expe-
ctantiam ab una fautrice ordinis , quæ bene
ſcit illi coquere bona iuſcula,& moniales cre-
pitus , & huiuſmodi. Cariſſime frater , ſi lai-
ci noſtri Domini erunt , omnes deribebunt:
quia iam fecerunt unum Proverbium de no-
bis , & acceperunt illi de uno antiquo , quod
dicitur de uno Plebano , qui libenter come-
dit bonum caſeum : & quando in ſancta no-
cte fuit in ludo Paſchali , tunc ſua bona fau-
trix ſibi bonum caſeum furavit ; & quando
revenit de ludo , & non invenit caſeum , cla-
mavit : Per Deos ſanctos , meretrix furavit
caſeum. Sic iam quando nos de muris exſpi-
cimus ad plateas, ſolatii gratia , ipſi conver-
tunt Proverbium , non ſimpliciter , ſed per
contrapoſitionem, & clamant : Audite per
Deos ſanctos, meretrix furavit cucullam. Pie
frater , ſic oportet nos habere multas & ma-
gnas vexationes & tribulationes ſub iſtis lai-
cis , propter ordinem noſtrum. Et vere iam
in nobis implentur illæ Scripturæ : Servi do-
minati ſunt noſtri , non fuit qui redimeret de
manu eorum. Senes defecerunt de portis, iu-
venes de choro pſallentium, defecit gaudium
cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus no-
ſter. Cariſſime frater , ora pro nobis Deum,
ut liberet nos à malis laicis. Sed quicquid fe-
ceris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ceris, bone frater, vide ut hanc literam illi mali Ribaldi, Poetæ ſingulares, non ſciant, & non intelligant, quia alias erunt ſcripturi de nobis. Vale pancratice, chariſſime, pie frater. Datum Monaſterio noſtro, in octavo menſis Maius, in anno M. D. XXXVII.

Si quis vult hoc epiſtolium cum elegantiis meliorare, ille bene poteſt: ſed debet textum hiſtoriæ mittere integrum manere, quia eſt veritas, & non poteſt aliquis tam mala ſcribere, multum peius nobis tranſivit.

Hæc litera miſſa fuit ex Brabantia, uni devoto Fratri in Moguntia, de aliquibus malis, & inchriſtianis novitatibus ſcripta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

DIALOGUS NOVUS ET MIRE FESTIVUS,

Ex quorundam virorum ſalibus cribratus, non minus eruditionis, quam macaronices complectens.

EPIGRAMMA I. A. B.
Ad Lectorem.

Aſpice quam lepidis ſalibus liber arteque docta
Detegit hic mentem facta, refertque virum.
Queis lingua gerris mos eſt male dicere muſis,
Muſis quique movent bella cruenta ſacris,
Moreque Democriti riſum dabis ipſe ſolutum,
Et leges optatos lector amice ſonos.

INTERLOCUTORES,

M. Ortuinus, M. Lupoldus, M. Gingolphus, Eraſmus, Reuchlin, Faber Stapulenſis.

MAGISTER ORTUINUS.

SAlveat tota ſocietas. M. Lupol. Salutem maximam, & multas bonas noctes, ſicut ſunt ſtellæ in cœlo, & piſces in mari. Mag. Gingol. Dominus det vobis tot ſalutes, quot ſunt alleluia inter Paſcha & Pentecoſtes. Mag. Ortuin. Quoniam, quoniam, quoniam quidem homines ſemper volunt ſcire aliquas novitates, ergo, ideo, igitur, Magiſter Lupol de

de, Doctor Illuminatiſſime, dicatis nobis, ſi placet, ſi vos noſcitis aliquid novi. Mag. Lup. Certe zeloſiſſime Magiſter noſter Ortuine, ego nihil audivi novi. Magiſt. Ortuin. Et vos viſceroſiſſime Magiſter notter Gingolphe? Mag. Gingol. Certe nec ego etiam, M. noſter Ortuine, niſi unam novitatem, ſed ego credo, quod vos bene ſcitis. Mag. Ort. De quo eſt illa novitas? M. Ging. De quibuſdã Ribaldis, qui non ſciunt niſi facere guerras, & diſturbia in tota Eccleſia: diabolus poſſit eos importare per terras & per maria. M. Ort. Ha, ego bene ſcio de quibus vos vultis dicere. M. Ging. Et de quibus Magiſter noſter? M. Ortuin. De illo groſſo infami Eraſmo, fautore Reuch. M. Ging. De facto vos bene dicitis, magiſter noſter. M. Ortuin. per Deum ſanctum, vel per omnes Deos loquendo, bene eſſet factum, ſi illuminatiſſima Theologiæ facultas aviſaret, quid oportet facere de illis rabientibus trufatoribus. M. Lup. Videtur eis, quoniam ipſi ſciunt modicum latinizare, quod nemo eſt dignus eos aſpicere, neque ſolvere corrigiam calciamenti eorum. M. Ging. Ipſi faciunt miranda, dicendo groſſa verba. M. Ort. Ipſi vadunt per plateas armati, ſicut buffones. Mag. Lup. Vadunt per vicos inflati, ſicut pavones. M. Ging. Ipſi aſpiciunt ſe de utroque latere. Sed, viſceroſiſſime Magiſter noſter, creditis quod ipſi ſciunt aliquid de Biblia? Mag. Ortuin. Sancta

Maria, bene ſcio quod non. Mag. Lup. Si daretur una poſitio, vel de præmiis ſanctorum, vel utrum Deus ſciat omnes pulices, & omnes pediculos, qui creantur quotidie Parrhiſiis, creditis quod ipſi poſſent arguere pro & contra? M. Gingol. Ipſi facerent ſuas febres quaternas. M. Ortuin. Itaque poſſunt eos importare. M. Lupold. Certe parcat mihi altiſſimus, ſi ego pecco, ſed ego vellem, quod iſti omnes latinizatores eſſent in profundo inferni, unde nunquam poſſent revenire. M. Gingol. Sancta Maria, etiam magiſtri noſtri de Parrhiſiis, qui ſapiunt arguere tam artificialiter, & qui ſunt adeo illuminati & zeloſi, & renominati per omnes angulos terræ, faciunt male, quod non confundunt iſtos zizaniatores. Mag. Ort. Ieſus Maria, non oportet, niſi facere unam parvam, parvam quæſtionem contra iſtum latinizatorem Eraſmum, quod ipſe eſſet ſtatim ad metam non loqui. M. Lup. Creditis, quod ipſi ſciant aliquid fundamentaliter? M. Ging. Fundamentaliter? Ieſus Maria, in bona veritate, ego auderem bene ponere caput meum, quod ipſi non ſciunt ſuos terminos, neque ſuas ſummulas: & quomodo poſſent ipſi reſpondere? M. Ort. Creditis quod ſciant ſyllogiſmos? Mag. Lupold. Creditis quod ipſi ſciant elenchos? M. Gingol. Creditis quod ipſi ſciant prædicamenta, prædicabilia? M. Ortuin. Creditis quod ipſi unquam viderunt aliquid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

aliquid de ethicis? M. Lupol. Et de Phyſica? M. Ging. Et de ſphæra? M. Ort. Et de cœlo & mundo? M. Lup. Ita da, ipſi fecerunt ſuas febres quaternas. M. Ging. Quæ poſſunt eis religare venas, zeloſiſſime magiſter noſter Ortuine, ego poſſim habere tot pediculos, quot carnifices occidunt poſt Paſcha vitulos, ſi ipſi ſciunt de hoc unum vocabulum. Ortuin. Ipſi derident nos, quia nos non dicimus groſſa verba, ſicut ipſi faciunt. M. Lupold. Ho, Ieſus Maria, nos loquimur melius ſecundum Ciceronem, quam ipſi faciunt. Cicero non habebat niſi verba intelligibilia. Sed iſti credunt ſe feciſſe unum magnum miraculū, ſi ipſi dixerunt unum groſſum vocabulum. M. Ging. In bona veritate Dei, magiſter noſter: Ego vidi duos Theologos multum artificiales in Daventria, quorum unus erat magiſter noſter, alter dicebatur eſſe magiſter noſtrandus, & ipſi ambo ſciebant bene tot, ſicut faciunt iſti bufones. Sed tamen non volebant allegare iſta groſſa vocabula, quia Cicero non amabat ea. Mag. Ort. Ipſi non volunt eſſe auditi. M. Lup. Ipſi ſunt ſoli de ſua parte. M. Ging. Iuriſtæ, Legiſtæ, Apotecharii, Advocati, Domini de Parlamento, omnes clerici villagiorum, loquuntur ſicut nos. Sed iſti habent ſuum latinum per ſe. M. Ortuin. Deus eſt teſtis, quod ego credo, quod ſi aliquis interrogaret eos, quomodo declinatur Muſa? quod ipſi non poſſent dicere. M. Lupol. Et tamen

ipſi faciunt de magnis clericis. M. Ging. Ita da, & volunt corrigere Magnificat. M. Ort. Nunc iſte latinizator Eraſmus dicit, quod noſtra Biblia nihil valet. M. Lup. Et Reuchlin etiam ſimiliter. M. Ging. Et Faber etiam, qui vult dicere, quod ſunt tres Mariæ Magdalenæ. M. Ortuin. Et quod oportet dicere in miſſa; Et in terra pax, hominibus bona voluntas. M. Lupold. Sancta Maria, ego neſcio magis quam Bibliam habebimus. M. Ging. Etiam Papa bene eſt fatuus, quod non excommunicat iſtos groſſos buffones. M. Ort. Et de parte diaboli, ipſi non facerent tot diſturbia in populo. M. Lup. Sanctus Hieronymus non erat ita magnus clericus, ſicut ipſi ſunt? M. Ging. Et ſanctus Ambroſius, ſanctus Auguſtinus, & alii omnes zeloſiſſimi Doctores, non ſciebant ipſi bene tot, ſicut iſti Ribaldi? M. Ortuin. Ipſi deberent interponere ſuis. M. Lupold. Non bene indigemus de ſuo Græco. M. Gingolph. Videtur eis, quia ſciunt dicere to, tu, logos, monſotiros, legoim, taff, hagiotatos, quod ipſi ſciunt plus quam Deus. M. Ort. magiſter noſter Lupolde, creditis quod Deus curat multum de iſto Græco? M. Lupold. Certe non, magiſter Ortuine, ego credo quod Deus non curat multum. M. Gingo. Quia nemo intelligit eos, volunt vobis facere credere miranda. M. Ortu. In conſcientia, vos videbitis quod niſi illuminatiſſimi Doctores de Parrhiſiis, mittant unum

amba-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ambaſiatam ad Papam ad excommunicandum eos, quod ipſi faciunt omnes hæreticos. M. Lupol. In bona veritate, magiſter noſter; quando ego conſidero de prope ſcandalizationes, quas ipſi faciunt, ego non poſſum aliquid dicere, niſi quod ego credo, quod Antichriſtus bene cito veniet. M. Ging. Helas. Certe erit magna pietas. M. Ortuin. Timeo ne ſint multi male informati. M. Lupold. Et ego, ne ſint multi damnati. M. Gingol. Sed creditis quod ipſi curant? Magiſt. Ortuin. Per diem, ego credo quod videtur eis, quod non eſt Deus. M. Lupold. Ego neſcio, nunquid eſt de mundo? Sed omnes non quærunt modo, niſi vanitates. Mag. Ging. Etiam vos videtis, quomodo capit nobis magiſter noſter. Mag. Ortuin. Modo populus eſt comeſtus uſque ad oſſa. M. Lup. Modo non ſunt niſi decimæ in Eccleſia. M. Ging. Timeo ne ſit vindicta divina. M. Ortuin. Si eſſent boni prædicatores, qui remonſtrarent populos, non regnarent tantum iſta peccata. M. Lupold. Ego credo, quod ſi vos vivatis multum, quod vos videbitis multa nova. M. Ging. Quando ego eram clericus novellus in Daventria, nos non habebamus niſi bona compilata. Mag. Ortuin. Deus habeat animam magiſtri Iacobi de Platea, ſed ipſe dabat nobis bona reportata. M. Lupold. Parcat altiſſimus magiſter Boquillon de longa Ripa, ſed ipſe dabat optima vocabulorum ſignificata. M. Ging. Ho Ieſus, bona in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

na interrogamenta, quæ dabat nobis pro quæſtionibus M. Lupold. de Baſſa foſſa. M. Ortuin. Nos ſciebamus cordetenus noſtra argumenta. M. Lup. Nos quærebamus in quæſtionibus; Quid eſt doctrinale? doctrinale & doctrinabile quomodo differunt? Quot ſunt neceſſaria in domo Dei? Quid eſt clericus? Quid eſt ſcientia? Sed iam omnia iſta ſunt derelicta. Ma. Ging. Habebamus bonos auctores, ſeptem actores, Græciſmum de Garlandria, & ſcribebamus omnia de manu propria. M. Ortuin. Etiam nos habebamus bona fundamenta. M. Lup. Modo non eſt amplius quæſtio de via patrum noſtrorum. M. Ging. Modo, antequam unus puer ſciat mungere ſuum naſum, oportet, quod ponatur ad Græcum. Mag. Ort. Modo pro faciendo concluſionem nihil valent omnia. Mag. Lup. Si illi boni patres, qui erant noſtri præceptores, venirent modo, ſancta Maria, quid dicerent, ſi viderent omnia ſic mutata? Mag. Ging. Sed quid dicerent de noſtra Biblia, quæ eſt modo ſic renovata? M. Ort. Sed quid dicerent de beata Magdalena, quæ eſt modo ſic triplicata? Reuch. Eraſme, Eraſme, ſurge, quæſo, & expergiſcere. Eraſmus. Quid ſurgam, & expergiſcar? Reuch. Ut rideas & irrideas. Surge, inquam, ſatis lætabere, ſi ſurrexeris. Eraſ. Quis eſt qui me vocat? Reuh. Tuus in bonis literis collega Reuchlin. Eraſ. Amici precibus aliquid eſt condonandum. Surgam

igitur, ut quid me velis accipiam. Reuch. Vis rem audire ridiculam, & tibi forte voluptati futuram? Eraſ. Volo hercle, modo nihil ſit fraudis. Reuchlin. Nihil hercle fraudis, aperta omnia. Eraſ. Age ergo, dic uno verbo, quid iſtuc eſt, quod me velis? Reuch. Arrige aliquantiſper aures. Eraſ. Faxo quod dixiſti. quid inde futurum? Reuch. Si unquam riſeris, ridebis ſtatim maxime. Eraſ. Quando, quæſo? Reuch. Ubi primum audieris quoſdam qui ſe magiſtros noſtros appellitant, rugoſæ frontis veteranos. Eraſmus. Ubinam ſunt? Reuchlin. Viden præ tuis oculis iſtos ſtolidos? Eraſ. Video, video. Reuch. Sta ergo, & quieſce, ut audias quod riſum tibi moveat. Eraſ. Taceo. M. Ort. Per bonam fidem, ut ego ad meum primum thema revertam, magiſtri noſtri, totus mundus eſt multum malus. M. Lup. Certe, magiſter noſter Ortuine, Doctores forte ſunt cauſa, quia ipſi non clamant ſatis alte contra peccata. M. Ging. Si non eſſemus boni, ſicut debemus, permitteremus quod iſte Ribaldus Eraſmus ſic rideret de noſtra Biblia? M. Ortui. Permitteremus quod iſte textualis Faber ſic triplicaret de una Magdalena? Mag. Lup. Permitteremus quod iſte latinizator Reuchl. truffaret ſe de noſtra Theologia? Eraſ. Dii boni, quid iſtuc eſt, quod audio? Reuch. Quod audiſti, nihil eſt. Eraſ. Nihil eſt? Reuchlin. Non, mediusfidius Iupiter. ſi celerius paulo ſurrexiſſes,

crepuiſſes riſu, ut ego ſuſpicor. Eraſ. Crepuiſſem riſu? Reuchlin. Ita me Dii ament. Eraſ. Cur, inquam, riſu? Reuch. Vix enim tibi temperaſſes, ſi iſtorum palliotenus Philoſophorum nugas & deliramenta à principio intellexiſſes. Eraſ. Ain vero? Reuch. Aio hercle vero. Tot effutiverunt importunas loquacitates, ut ipſi quoque Heraclito riſum ſuſcitaturos dixiſſes. Eraſ. Age ergo, & rem paucis aperi, ut huc una redeamus. Reuchl. Tot ineptiis aures meas obtuderunt, ut unde primum ſim exorſurus, non videam ſatis. Eraſmus. Quod animo primum occurrit, iſtud eſt quod volo. Reuchlin. Vis ergo dicam? damnant omnes omne genus literas. Eraſ. Omnes vero? Reuch. Omnes vero. Eraſm. Et bonas? Reuch. Bonas tantum. Eraſ. Quid de malis? Reuchl. Illud eſt quod omnium probant maxime. Eraſ. Nullam ne probant diſciplinam? Reuch. Rem ſolum probant unã. Eraſ. Quid, inquam? Reuch. Quæ nullum omnino habeat ornamentum: barbariem. Eraſ. Ho. ho. Quid de Græcis literis? Reuch. Iupiter, eſt quod ridere ſatis nequeunt. Eraſ. Quia non norunt fortaſſe. Reuch. Non norunt. Quomodo noſſent? congrui non ſunt. Eraſ. Cõgrui? Reuch. Nec certe, quod multo magis mirabere, elementarii. Eraſm. Nihilne habent latini ſermonis. Reuch. Quem habent, latiniſſimum dicunt, & Ciceronis ſtylo pene conformem. Eraſ. Et ita eſt? Reuch.

Quid?

Quid? Agreſtes, vetulæ, idiotæque ruſtici comptius multo loquerentur & purius. Eraſ. Trahis me in admirationem. Reuch. Nec certe immerito. Eraſ. Non ſunt tamen fabulæ? Reuch. Non, non. Eraſ. Quam artẽ profitentur ipſi. Reuch. Neſcio, ſuſpicor tamen Theologorum nomen ſibi vendicare. Eraſ. Sunt Theologi? Reuch. Tales ſaltem videri volunt. Eraſmus. Quales ergo tibi videntur? Reuch. Quæſtionarii. Eraſ. Quid ſumme laudant? Nihil, niſi quod eſt vituperandum maxime. Omnes in primis carpunt audacule, ſeque ſolos opinantur, qui Deum prædicare, de virtute loqui, & ſacris moribus verba facere debeant. Eraſ. Vitam forte Philoſophicam degunt, ac divitiis præferunt paupertatem. Reuch. Paupertatem! Iupiter! Nullum eſt hominum genus, quod palatiorum pavimenta frequentius terat, quam iſti. Eraſm. Aſpernantur ne beneficia, & animarum curas? Reuch. Aſpernantur, Deus bone, imo vero per dies & per noctes inſequuntur. Eraſm. Quoniam ergo mirabile eſt adeo huiuſmodi hominum genus, libet adire propius, ut aliquãdo eorundem mores & vivendi ritum cognoſcam. Proinde, mi Reuchlin, ſi modo hoc tibi non eſt oneroſum, videamus, quid agant id genus Sophiſtæ. Reuch. Placet. eamus. Eraſ. Sed priuſquam eamus illuc, parumper me doceas, quibus ego verbis eoſdem ſim ſalutaturus, aut quo alloquuturus ſermone.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Reuchlin. Volunt inprimis ſe magiſter noſter appellari. Eraſm. Quid ſi id ego non dixero? Reuchlin. Iraſcenrur, & colloquio ſuo indignum te iudicabunt. Eraſ. Nomen ut reminiſcar. Reuchlin. Vocantur magiſter noſter Ort. de Daventria, magiſter noſter Lupold. & magiſter noſter Gingol. Eraſ. Salvete, magiſter noſter Ortuine, magiſter noſter Lupolde, magiſter noſter Gingolphe. M. Ort. He, ſalvete vere. M. Lup. Vere, bona dies vobis. M. Gingol. Bona ſalus, bona ſalus. M. Ortuin. De ubi venitis vos duo? Eraſ. Roma. Magiſt. Lupo. Et de quid faciendo? Reuch. Illuc ieramus videndi Pontificis gratia. M. Ging. Pro quo faciendo volebatis videre Papam? Eraſ. Volebamus, ut faceret nobis poteſtatem corrigendorum, quæ in Bibliis paſſim leguntur, erratorum. M. Ort. He, benedicte Deus, vultis dicere, quod noſtra Biblia nihil valet? Reuch. Non hercle. ſunt tamen permulta, quæ cenſoria indigent nota. M. Ging. Et qua nota, per veſtram fidem? Eraſmus. Corrupta eſt Græci ſermonis tranſlatio. Mag. Gingol. Corrupta? Et ſanctus Hieronymus non valebat ipſe bene ſicut vos? Reuch. Indigni ſumus, qui Hieronymi veſtigia deoſculemur. M. Ortuin. Quare ergo vultis eum corrigere? Eraſ. Corrigere! Iupiter! imo vero, quam dedit ipſe, tranſlationem reſtituere. Mag. Lup. Per bonam veritatem, ecce bonum reſtituere! hoc ergo quod nos cantamus quotidie in

Eccle-

Eccleſia, non eſt bonum? & ſi non eſt bonum, per conſequens, de poſt multis annis erravit Eccleſia? Reuch. Eccleſiam erraſſe, non dicimus. M. Ging. Quid ergo vultis dicere? Eraſ. Multa poſſe melius dici, quam prius dicta ſunt. M. Ortuin. Sed, per veſtram fidem, qui eſtis vos? dicatis nobis parum veſtrum nomen, ſi placet vobis. Reuchlin. Sumus illi, quos norunt omnes, Reuchlin & Eraſmus. M. Lupold. Ho Ieſus Maria, caput facit mihi malum quando ego audio loqui de vobis. M. Ging. Quis diabolus adducit vos hic? ego erã bene hebes, quod erant zizanitores. Eraſ. Acrius iraſcimini, quam par ſit. Mag. Ort. Iraſcimur? per Deos, ſi eſſem Papa, vos & omnes qui ſimulant vobis, eſſetis excommunicati, antequam eſſet unus menſis. Reuchlin. Cur ita, quæſo? Mag. Lup. Nonne eſt bona ratio? vos facitis nunc omnes hæreticos. Eraſ. Quam hæreſim diſſeminavimus? Magiſt. Ging. Tot, quod ego non poſſum dicere. M. Ortui. Interpone tuis, de parte diaboli; interpone tuis, latinizator Eraſme; & te ſimiliter, groſſę infamis Reuchlin. Reuch. Nunquid etiam rerum noſtrarum ſatagimus? Mag. Lupoldus. Vos facitis veſtras febres. utrum pertinet ad vos corrigere magnificat? Eraſ. Quid amabo illic correximus? multa dicitis, nihil probatis. M. Gingol. Si unuſquiſque interponeret ſuis, omnia melius irent, quam non faciunt. Reuchlin. Nonne etiam quod noſtrum intereſt,

intereſt, facimus? M. Ortuin. Non, per diem ſanctam. Eraſm. Docete ergo nos, quid noſtra referat, ut conſilio veſtro prudentiores facti reſipiſcamus. M. Lupol. Curate de veſtro latino, facite metra, facite magnas orationes, facite imprimere libros de modo latinizandi. Reuchlin. Nihil de Deo? Mag. Gingo. Non, de patre diaboli, non, quia non pertinet ad vos. Eraſ. Ad quos igitur ſpectat? Magiſt. Ort. Ad illuminatiſſimos & zeloſiſſimos magiſtros noſtros, qui ſciunt arguere pro & cōtra. Reuch. Iupiter, quid iſtuc eſt, Eraſme? putant iſti nebulones, eloquentiam eo eſſe factam, ut eidem cōiungi nequeat ſacrarum literarum cognitio? Mag. Lupold. Videte adhuc, quomodo ipſi ſunt boni Chriſtiani, quoniam veniunt adhuc loqui de Iove, Eraſmus. Audi imperitiam. Reuch. Rude & agreſte vulgus. Eraſ. Cervices cerebro vacuæ. Reuch. Quam pene idiotis imponunt! Eraſ. Vix certe digni mihi videntur, qui elementarii dici debeāt. Reuch. Hercule, ſunt indoctiores Philonide. Magiſt. Gin. Ho, quod ipſi ſunt magni domini, quia dicunt groſſa verba, & non intelligibilia. Eraſ. Obſcuris verbis utimur? Magiſt. Ort. Omnes bene vidēt. Magiſt. Lupold. Non eſt unus ſolus, qui poſſit intelligere hoc quod vos dicitis. Reuch. Non ex his, qui ſunt veſtri pecoris Arcadici. Magiſt. Gingol. Vide adhuc: Archadici: Quid hoc ſignificat? ipſi volunt facere divinare. Eraſm. Neſcitis quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quid ſit Arcadia? multos illic habetis fratres. Mag. Ortuin. Non habemus veſtras febres. & quomodo? nos ſumus de Colonia. Reuchlin. Eraſme, nos deliramus; verba noſtra non capiunt. Magiſt. Lup. Sed per veſtram fidem, dicatis mihi, quid indigemus de veſtra latinitate? Eraſm. Nos vero, quid veſtros curamus barbariſmos? Mag. Ging. Barba? Reuchlin. Solœciſmos, ſi mavultis. Magiſt. Ortuin. Adhuc melius. ipſi non volunt eſſe intellecti. Reuchlin. Vadamus, Eraſme. tu vides, ſurdis loquimur. iſti magiſtri noſtri nihil dignū laude exiſtimant, niſi quod meram barbariem redoleat. Eraſm. Eamus, ſaltem Fabrum Stapulenſem quæſituri, ut nos adiuvet. Magiſt. Lup. Adducatis, adducatis nobis modicum veſtrum Fabrum, & quod veniat ad defendendum ſuas tres Marias. Magiſt. Gingo. Fabricaverunt ſuper dorſum meum peccatores, ſed nos fabricavimus ſuper ſuas ſpatulas. Reuch. Verbis temperare nequeo, neque tamen reſpondere audeo, ne ex ſtultis inſanos faciam. Eraſ. Hos miſſos faciamus tantiſper, donec ſubſidio nobis adfuerit doctiſſimus ille Faber. Reuch. Heus tu, Philoſophe Faber, ſalve. Faber. Salvos vos eſſe opto. Quonam pacto res veſtra agitur? Eraſ. Bene ſane, modo valeas. Fab. Equidem valeo, modo bene ſit vobis. Quæ cauſa vos huc advexit, viri doctiſſimi? Reuch. Audi, & paucis intelliges. Inter ambulandum reperimus, neſcio quos pallio-

palliotenus Theologos & magiſtros noſtros, qui nos probris affecerunt infinitis, & intolerandis. Faber. Quare affecerunt? Eraſ. Damnant quæ ſcribimus, & nos velut hæreticos explodunt. Faber. Utinam optimus eorum eſſet alterutri veſtrum comparandus. Reuch. Dicunt præterea, non intereſſe quicquam de Deo loqui. Faber. Quid ergo volunt faciatis? Eraſ. Neſcio, niſi ut de diabolo tantum verba faciamus. Faber. Mirabile hominum genus, qui ſibi ſapientes haberi volunt, & tamen ſunt omnium ſtultiſſimi. Reuchl. Sed audi, Faber. hoc nihil eſt; tē perinde ac nos exſibilant. Faber. Exſibilant? Deus bone, quamobrem? Eraſ. Hæreticum te prædicant. Faber. Cur ita? Reuchlin. Quia dixeris, legendum: & in terra pax, hominibus bona voluntas. Faber. Cum eorum pace dixerim, ego ita in Eccleſiis legendum non præcipio, ſed moneo tantum, hūc ſermonis Græci habere ſenſum. Vos qui utramque noſtis linguam, iudices eſtote. Eraſ. Neuter noſtrum diffitetur, quin rectiſſime dixeris. Faber. Nihil ne aliud culpant? Reuch. Culpant etiam tuas Magdalenas, & hæreſeos loco damnant. Faber. Quomodo culpant? Eraſ. In publicis concionibus, audiente populo te proſcribūt, impium vocant, & ut hæreticum flammis devovent. Faber. Deus bone, qui prædicant non eſſe detrahendum! Si ſcriptis deliquerim, quare ſcriptis non confutant? Reuchlin.

Scri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Scriptis etiam confutare conatûs eſt, neſcio qui auriculatus & cucullatus frater de Grandi valle, qui ut doctrinam cum eloquentia habere coniunctam videretur, ſtuduit, quantum potuit, ſermonē ſuum phalerare. Faber. Et quem adhibuit cultum? Eraſ. Univerſam Apologiam pinxit perbelle. Faber. Quibus coloribus? Rhetoricis? Reuch. Barbariſmis & ſolœciſmis, ita ut prima quoque oratio, authoris ineptiam ſatis arguat. illic infinitis pene te afficiunt probris. Propterea oratum te venimus, ut ad expugnandos huiuſmodi nebulones nobiſcum arma capeſſas. Ego eorum verba nihil facio, neque mihi curæ eſt reſpondere. Eraſ. Impune ergo tibi detrahent? Faber. Mordeant ut volunt, reſpōdere non decrevi. & vos ipſi, ſi verbis meis & conſilio velitis acquieſcere, relinquetis eos in ſua loquacitate, neque vanas huiuſmodi curabitis iniurias. Scitis, ſcriptum eſſe: Mihi vindictam, & ego retribuam? Reuchlin. Certe, Eraſme, ut paucis dicam. Optime mihi videtur conſulere Faber doctiſſimus. propterea ſi me audis, eos miſſos faciemus. Crepent, increpent, clamēt, reclament, nihil ad nos. Si tacuerimus, invidia rumpentur. Eraſm. Placet quod mones. Redeamus ergo ad priſtina ſtudia, neque ineptis cuiuſquam ſermonibus ab opere bono deſiſtamus. Auditores, interim valete.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Pro nunc volumus in fine certificare ſtudioſos de commento ſeu lectura multum valde ſubtili, viri cuiuſdam ſpectabilis Magiſtri noſtri Schluntz in Vniverſitate Erfurdienſi, quam compilavit ſuper hoc egregium opus.

ILluſtris ſignificat notabilis, glorioſus & generoſus, & dicitur, quaſi intus habens lucem.

Familia, proprie dicitur illa turba hominum, quæ eſt in domo alicuius, ſicut ſervi & ancillæ: & venit à nomine femur, ſicut ponit vocabularius Gemma gemmarum.

Alumnus, dicitur à verbo alumno, as, are, quod ſignificat paſcere & nutrire, & hinc venit alumnus, quod ſignificat, eum qui alit, & eum qui alitur, id eſt, paſſive & active. Et poſſumus etiam dicere alumniſare, id eſt, alumnum facere.

Erdfurdia, eſt una ſolennis civitas in Thuringia, & habet Univerſitatem, quæ meo tẽpore fuit in flore. Et fuerunt multa ſuppoſita ibi, & etiam nobiliſtæ. Et magiſtri, qui fuerunt regentes in burſis, non permiſerunt legere in Poeſi, & aliis fantaſiis: ſed fuerunt diligentes in Ariſtotele, & fuerunt moderni & reales, & ſciverunt fortiter diſputare contra antiquos & noviales.

Baſilea, dicitur à Baſiliſco, quia olim ibi fuit inventus Baſiliſcus. Vel à Baſile quodam Rege, qui percuſſit ibi unum gigantem, ita quod

uod rogavit eum propter Deum, quod vel-
ɛt ceſſare, & tunc ille Rex ædificavit ibi ci-
itatem: & dicunt, quod ille gigas adhuc eſt
ictus Baſileæ in una turri, ad perpetuam
nemoriam.

Ars dicitur à Græco artos, id eſt, panis,
quia omnes qui ſciunt artem aliquã poſſunt
cquirere panem & victum & amictum. Vel
licitur ab arcu, quia ſicut in arcu poſſumus
vulnerare corpus alicuius, ſic etiam per artem
percutimus mentem alicuius paralogiſando
eum, præcipue per loicam. Vel dicitur ab arx,
quia ſicut arx eſt in altitudine, ſic etiam ars
eſt ſuper ignorantiam. Vel dicitur ab artus,
id eſt, articulus, quia ſicut corpus movetur
particulariter in ſuis articulis, ſic etiam ani-
mus hominis per artes movetur in ſuis ſen-
ſualitatibus.

Zeloſus, eſt pulchrum vocabulum, & ma-
xime Theologicale: quando Theologi vo-
lunt dicere, quod aliquis eſt bonus Chriſtia-
nus, & habet bonam conſcientiam, tunc di-
cunt: iſte homo eſt zeloſus. Et dicitur à ze-
lus, quod idem ſignificat, quod fervor, qui
iacet ſicut ignis in corde alicuius qui amat
fidẽ. Et zeloſi ita ſint ſignificati qui per illum
fervorem vellent libenter facere aliquid bo-
num, etiamſi deberent mori. Status dicitur
à ſtando. quia quando aliquis eſt dives, vel
habet unam bonam præbendam vel dignita-
tem, tunc dicimus: iſte bene ſtat. ſed quan-
do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

do nihil habet, & eſt nulla in dignitate, tunc dicitur, male ſtat.

Finit ſe opus egregium, magna diligentia à ſpectabilibus magiſtris noſtris compilatum, & iam melius quam ante impreſſum in Utopia, in impreſſoria Claudi Sutoris cum ſtella tenebroſa. Anno quo ſupra. Caviſatum etiam eſt ut in aliis, ne quis audeat poſt nos impreſſare per decennium.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ALTERUM VOLUMEN EPISTOLARUM OBSCURORUM VIRORUM,

AD

M. ORTUINUM GRATIUM,

Nil præter luſum continentes & iocum, in arrogantes ſciolos, plerumque famæ bonorum virorum obtrectatores, & ſanioris doctrinæ contaminatores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

AD LECTOREM.

Riſum Heraclitæ eſt, vaſti ridere parati
Arida mutarunt pectora Stoicidæ.
Da mihi triſtem animum, ferales obiice luctus;
Diſpeream niſi mox omnia riſus erunt,
Exerce pulmonem.

Ioan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Ioannes Labia, Dei gratia Prothonotarius Apoſtolicus, venerabili viro Magiſtro Ortuino Gratrio Daventrienſi, ut fratri chariſſimo, ſalutis centum millia ſeſtertia, ſecundum novam Grammaticam.

ACceperam nudiuſterius, honorande vir, unum librum, quem dominatio veſtra miſerit mihi ex Colonia. Et fuit vel eſt talis liber intitulatus, Epiſtolæ obſcurorum virorum. Sancte Deus, quomodo lætatus ſum in corde meo, quãdo vidi illum librum, quia habet multa pulchra in ſe, metrice vel proſaice compilata. Et fuit mihi magnum gaudium in dulci iubilo, quia vidi, quod habetis multos ſocios Poetas & Rhetoricos & Theologos, qui ſcribunt vobis, & ſunt amici veſtri contra Ioannem Reuchlin. Habuimus heri collationem, & fuerunt mecum aliqui Curtiſani periti, & habentes bonam practicam, & ego poſui illum librum ad menſam. Et poſtquam legerunt hinc inde, tunc movi unum dubium, dicẽs: Domini mei, quid videtur vobis? Quare tamen Magiſter Ortuinus intitulavit iſtum librum Epiſtolæ obſcurorum virorum? appellans amicos ſuos, & cohærentes, obſcuros viros? Tunc reſpondit unus Sacerdos, qui eſt Monaſterienſis, & eſt bonus Iuriſta, quod obſcuritas multipliciter capitur. ut in l. Ita fidei. ff. de

ff. de Iure Fiſci. reſponſ. pr. in fine. Et dixit, quod poteſt eſſe nomen proprium alicuius progeniei. Quia ſcribitur, quod Diocletianus, & alii quidam Reges, fuerunt nati obſcuris parentibus. Tunc ergo tetigi eum, & dixi: Cũ licentia, Domine; nihil ad propoſitum: Et conſequenter interrogavi unum Theologum notabilem, qui bibit nobiſcum; ipſe eſt de ordine Carmelitarum, & natus ex Brabantia. Et dixit cum magna gravitate: Eximie vir, Domine Prothonotarie: quoniam, ut dicit Ariſtotel., de ſingulis dubitare non eſt inutile, ergo eximietas veſtra aſſignavit mihi unam quæſtionem: Quare magiſter Ortuinus faciens imprimere novum Epiſtolare, intitulavit illud, Epiſtolæ obſcurorum virorum? Cum venia iſtorum Dominorum, dicam opinionem meam. Quare magiſter Ortuinus, qui eſt vir valde profũdus & ſpeculativus, myſtice appellavit amicos ſuos obſcuros viros? Quia ſemel legi unam auctoritatem, quod veritas latet in obſcuris. Et ergo dicit Iob: Qui revelat profunda tenebris. Item Micheæ ſeptimo legitur: Cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. Et iterum Iob 28, Trahitur autem ſapientia de occultis. Quapropter Virgilius dixit: Obſcuris vera in obſcuris. ſicut ego audivi ab aliis. Et datur intelligi, quod magiſter Ortuinus, & ſui amici, ſunt tales, quod inquirunt ſecreta ſcripturarum, & veritatem, & iuſtitiam, & ſapientiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tiam; quæ non poteſt intelligi ab omnibus, niſi ab his, qui ſunt illuminati à Domino. Unde Regum 13. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Poſtquam alia dixit prædictus religioſus, omnes reſpexerunt me, ſi eſſem contentus. Ego autem cogitavi deſuper. Tunc fuit ibi Bernhardus Gelff, magiſter Parrhiſienſis, qui eſt iuvenis, ſed audio quod habet bonum ingenium, & valde ſtudet, & bene proficit in artibus, & etiam in Theologia habet bonum fundamentum. Ipſe more ſolito movens caput hinc inde, & videns auſteriter, dixit: Scitote, Domini mei, quod eſt magna rationabilis cauſa: Magiſter Ortuinus fecit hoc propter humilitatem. Quoniam, ſicut poteſtis ſcire, quamvis etiam non poteſtis ſcire, ſed præſumendum eſt, quod ſcitis, quomodo ante tres annos Ioan. Reuchlin, faciens imprimere Epiſtolare amicorum ſuorum, intitulavit illud, Epiſtolæ clarorum virorum. Quod conſiderans magiſter Ortuinus, & multum deſuper penſitans, dixit ad ſemet ipſum: Ecce Reuchlin credit quod nemo habet amicos niſi ipſe. Quid vult facere, ſi ego oſtẽdo, quod habeo etiam amicos, & bene digniores quam ipſe, & ſcientes facere carmina, & dictaminas meliores quam ſui amici? Et ergo in deſpectum ipſius dedit ad imprimendum iſtas Epiſtolas, intitulando eas, Epiſtolæ obſcu-

rorum virorum. Sicut dicit Pſalmiſta: Miſit tenebras, & obſcuravit. Sed ipſe fecit hoc humiliter, minorando & humiliando ſe, ut queat dicere cum Pſalmiſta, Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Igitur Dominus Deus videns humilitatem ſuam, olim dabit ei gratiam, quod faciet magna opera, & etiam intitulabit ea cum magnis titulis. Unde Iob: Et rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Non intelligendo, quod iſtud Epiſtolare amicorum magiſtri Ortuini, non eſt artificialiter compoſitum, quia amici Jo. Reuchlin in vita ſua nunquam componerent melius, etiamſi deberent perdere capita ſua. Sed propterea dixi, quia adhuc tamen excellentiora habent poſt ſe. Et favente Deo ſpero, quod videbimus magnalia. Quia magiſter Ortuin. non curat de pompoſis titulis. Et ergo ſic dicit: Dominus illuminatio mea eſt, & ſalus mea, quem timebo? Quia ſcit quod minorādo ſe, maiorabitur olim. Nam dicit Scriptura: Qui ſe exaltat, humiliabitur Et legitur Eccleſiaſtici 20; Eſt propter gloriam minoratio, & eſt qui ab humilitate levabit caput. Hæc prophetizata ſunt per Prophetam Naum, dicentem: Et inimicos eius perſequētur tenebræ. Tunc ego non volens, quod deberent fieri inimici, vel quod unus eorum deberet mihi iraſci, ſi dicerem, Tu, vel tu ſubtilior es. Allegavi Horatium in uno paſſu, qui dicit: Et adhuc ſub Iudice lis eſt. Scribens enim

enim ſcribã M. Ortuino, quod dicat mihi rationem. Et ergo parcatis mihi, quod feci vobis moleſtiam. Et ſic non contenderunt amplius, quamvis magiſter Bernhardus diceret, quod vellet diſputare ad ignem, quod hæc eſt opinio veſtra. Ergo, Domine Ortuine, rogo vos amicabiliter, quatenus velitis mihi reſpondere, quid tamen habuiſtis ita vos intitulando illud epiſtolare, Epiſtolæ obſcurorum virorum? Et ſic valeatis ſane, & cum honore. Datum in Curia Romana.

Ioannes Grapp Magiſtro Ortuino.

SAlutem cordialem, cum multa dilectione optat ſemper, & commendat ſe tanquam humilem ſervitorem, frater & præceptor dilecte. Quia nuper ſcripſiſtis mihi, quod debeo vobis ſemel unum dictamen ſeu Epiſtolam, vel carmen metricum ſcribere, quod poteſtis videre, quid didici à vobis Coloniæ & Daventriæ, in deſpectum Ioannis Reuchlin, & Reuchliniſtarum, qui ſunt inimici veſtri. Sciatis quod feci diligentiam, & mitto vobis hic unam Epiſtolam carminalem ſeu metroſam, ſicut ſunt Epiſtolæ Ovidii, quia ſcio, quod libentius legitis metra, quam proſaica. Sed debetis emendare: Quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. & debetis ſcandere: quia non ſum adhuc bene uſitatus in tali arte.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Epiſtola Ioannis Grapp, novelli Poetæ carminalis, ad Præceptorem ſuum Magiſt. Ortuinum Gratium.

Mittit Epiſtolio ſalutem Grappus in iſto,
Sicut decet iuvenem, qui amat ſuum Præceptorem.
Si non bene ſonant, veluti veſtra quoq; tonant.
Nec ſumus omnes pares magiſtri ſive ſcholares.
Alius eſt Phyſicus, alius medicusque peritus.
Sicut vos etiam, qui vix habebitis parem.
Vbi Curtiſani vexant ſe ſicut Beani.
Sicut nuper aliquis, cũ quo eſt mihi magna lis.
Sed vos in ſtudiis, caretis illis fantaſiis,
Ne iſti ſeculares, qui ſunt veſtri tribulatores,
Scilicet Poetis, & legifluis Iuriſtis,
Contra vos faciant, & hæretica carmina ſcribant,
Et ſchola Francorum, quæ combuſſit illum librum.
Sed volo dimittere iſta ſcandala in ſacra fide.
Doctior Philoſophis, in ſubtilitatibus iſtis.
Necnon ſervitium Magiſtro Ortuino benignũ.
Ergo Ortui, meos velitis haud ſpernere verſus:
Carmina ſcripta quidem: quia non omnes valent idem.
Vnus novit Logicam, alius didicit Poetriam:
Alter habet gratiam, in cunctis rebus mirandã,
In Colonia tota & hic quoque Romæ in rota,
Vnus alium citantes, pro beneficiis litigantes,
Pro una vicaria, nec poteſt fieri concordia

In ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

In ſacra ſcriptura, ubi eſt vobis magna cura.
Reuchlin cum auxilio, nec non populo iſto maligno,
Qui ita vos tentant, ſua nec dictamina probãt.
Vt facit & Tũgarus, & Chriſticola Pepercornus.
Speculũ oculare dictũ, & per vos fortiter victũ
Vobis & Hochſtrato, qui eſt maior quam Plato.
Ergo vos valete, nec non bonam noctem habete.

Deo gratias.

Patcatis mihi, ſi ſint vitia in iſtis carminibus, quia humanum eſt errare, ſecundum Philoſophum, & debetis etiam aliquid novum ad me ſcribere. Datum in urbe Roma, ubi ſunt mirabilia poma: quæ ruſtici ibi vendunt, & per libram bene pendunt: Sicut ego vidi, & per experientiam didici. Amen.

M. Stephanus Romedelantis, M. Ortuino Gratio ſalutem.

CEleriter, non facto præambulo, habeat dominatio veſtra ſcire, quomodo noviter venit huc unus Doct. Theologiæ, qui vocatur Murner. ipſe eſt de ordine S. Franciſci, & eſt ſuperioriſta, & præſupponit ita multa, quod non creditis. Dicunt quod facit cartas, & qui ludunt in illis cartis, diſcunt Grammaticam & Logicam. Et compoſuit unum ludum ſcacci, in quo trahuntur quantitates ſyllabarum. Et prætendit ſcire Hebraicum, & componit verſus in Teutonico. Et dixit mihi unus, quod talis Doctor in omnibus ar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tibus ſcit aliquid. Tunc ego audiens, dixi: In omnibus aliquid, in toto nihil. Et ſteterunt ibi aliqui, qui riſerunt. Eſt autem ille Doctor magnus amicus Ioan. Reuchlin. Diabolus confundat eum. Ego timeo, quod faciet hic cum Canonicis & aliis clericis, quod erunt pro Reuchlin. Dixit nuper multis audientibus, quod unus puer poteſt cognoſcere ſtultitiam, & fantaſias & malitias Theologorum Colonienſium, & ſuorum cohærentium. Et iuravit ad ſancta ſanctorum, quod niſi Papa habeat advertentiam, & corrigit eos de illa perverſitate, quod erit ſchiſma in Eccleſia & fide Chriſtiana. Quid ſi Papa permittit illos facere talia? nemo poſtea ſtudebit, & nemo cogitabit fieri doctus. Et ſuper hoc dixit, quod Reuchlin uno die plus poteſt prodeſſe Eccleſiæ Dei, quam iſti inimici eius in centum annis. Et dixit, ſi ſunt boni aut recti viri, vel habent iuſtam cauſam contra Reuchlin, quare non agunt per ſe? Quare per baptizatum Iudæum volunt expedire negotia ſua? Et faciunt libros ſcandalizativos, contra illum bonum Doctorem, & adſcribunt eos huic trufatori? Si eſſet peior & maledictior homo per totam Almaniam, ipſi etiam ſociaſſent ſibi eum. Sed non eſt mirum: Quia ſchlim ſchlem quærit ſibi ſimilem. Tunc ego non potui amplius tacere, ſed dixi: Domine Doctor, parcatis mihi, Ioannes Pfefferkorn eſt vir honeſtus, & eſt fidelis ſollicitator

Cæſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Cæſa. Maieſtatis, & eſt natus de tribu Nephtalim. Et ſcitis quod eſt una antiqua progenies. Et ipſe poſſet gloriari, quod eſt nobilis, quamvis non facit propter humilitatẽ. Tunc reſpondit Doctor ille: Accipiatis coclear, & guſtate, quid dixiſtis: Tunc dixi: Creditis, quod non etiam vidi homines? Ego ſum magiſter Parrhiſienſis, & Coloniæ ſtudui in Theologia bene duos annos. Domine Doctor, non ſitis ſuperbus, antequam cognoſcitis homines. Reſpondit Doctor Murner, quod non ſcivit, quod fui Magiſter. & dixit: De honeſtate Ioann. Pfefferkorn non multum audivi, ſed quod de eo audivi, bene poſſum dicere, quod niſi Iudæi voluiſſent eum mortificare, propter maleficia ſua, ipſe nunquam fuiſſet factus Chriſtianus. Et dixit, quod quidam Iudæus dixit ſibi: Ecce illud, quod non valet apud Iudæos, bonum eſt apud Chriſtianos. Nos volumus ad mortem iudicare iſtum malefactorem: Vos Chriſtiani habetis eum in honore, quaſi homo probus & doctus cum tamen videtis propter quid eſt factus Chriſtianus. Ibi ego reſpondi: Domine Doctor, audiatis modicum. iudæi faciunt iniuriam Ioanni Pfefferkorn, quia nunquam furavit aliquid, neque male fecit, etiam quando fuit Iudæus, ſicut eſt pie credendum. Et quod hoc ſit verum, debetis ſcire, quomodo duo Iudęi ſemel voluerunt ei imponere infamiam furti, ſed ex invidia duntaxat & execrabili

malicia. Tunc ipſe citavit eos ad Cameram imperialem, & dederunt ſibi 30. florenos pro expenſis. quod fuit contentus. Etiam Ioannes Pfefferkorn natus eſt bona progenie. Sed quando fuit Iudæus, fuit ſicut alii Iudæi. Quia, ut communiter dicitur: Qui eſt inter lupos, oportet ululare cum lupis. Nunc autem comedit carnes de porca, & facit ſicut bonus Chriſtianus. Tunc reſpondit D. Murner: Comedit Pfeffarkorn etiam farcimina? Reſpondi ego: Non vidi eum comedere, ſed præſupponitur, ſi comedat porcas, quod etiam comedit illa, quæ fiunt de porcis. Dixit ipſe: bene excuſaſtis Ioan. Pfefferkorn. Et interrogavit, ſi etiam adhuc habet ambas aures? Reſpondi, quod quando ego adhuc fui Coloniæ, habuit, & credo, quod etiam iam habet, & habebit in æternum. Tunc dixit: Quid tenetis de Ioan. Reuch. Dixi, quod non novi eum, ſed ſcio bene quod Theologi & Eccleſia communiter habent eum pro hæretico, quare criminavit Joan. Pfefferkorn & alios præſtantiſſimos viros, nullis eorum præcedentibus demeritis. Tunc riſit; & dixit: Per Deum vos bene facitis, quia defenditis Joan. Pfefferkorn, & alios præſtantiſſimos viros. Tunc dixi: Audietis adhuc plus: Ille Pfefferkorn eſt valde utilis in Eccleſia Dei, quia obtulit Deo 12. animas, ut ipſemet ingenue fatetur. Reſpondit Doctor Murner: Ubi obtulit Deo illas animas? in ſylva Bohemica?

mica, quia fortaſſe ibi cum aliis latronibus interfecit homines, quorum animæ pervenerunt ad Deum. Reſpondi: Nullo modo, ſed convertendo eos ad fidem Chriſtianam. Tunc ipſe dixit: Quomodo tunc ſcitis, quod tales animæ pervenerunt ad Deum. Reſpondi: quod pie præſumendum eſt. Reſpondit Murner, Quid ergo nunc facit Pfefferkorn? Dixi, quod fortaſſe vadit ad Eccleſiam, audiendo Miſſas & ſermones; & defendendo ſe contra Joannem Reuchlin, expectat diem extremi iudicii. Reſpondit ille: Erit tunc Pfefferkorn ita diu in vita? Tunc dixi, quod ſic, quoad animam, ſed non quoad corpus. Dixit Doctor Murner: Bene eſt: Pfefferkorn dignus eſt habere talem defenſorem. & dimiſit me. & omnes qui fuerunt ibi, riſerunt ibi, dicentes, Per Deum, Domine Stephane, vos audacter reſpondiſtis ei. Tunc dixi: Ego volo omnia verba ſcribere Ortuino, ſicut videtis quod nunc facio: & reſcribite etiam; ego ſum vobis ad mandata. Datum Treveris.

Magiſter Ioannes Pileatoris, Salutem dicit Magiſtro Ortuino Gratio.

QUia ſcriptum eſt in Euangelio: Qua menſura menſuraveritis, eadem menſurabitur & vobis. Igitur ego ſimiliter non deberem vobis ſcribere, ſicut & vos non ſcribitis mihi. Et tamen ſcio, quod magnam importantiam habetis, quod ſcribam vobis no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

valiæ ex urbe Roma, videlicet quomodo ſtat in cauſa Magiſtri noſtri Jacobi de Hochſtraten, viri proculdubio zeloſi, qui defendit fidem Catholicam contra illos Juriſtas & Poetas ſeculares, qui non habent Deum præ oculis ſuis, ſicut Theologi in Colonia & Parrhiſia, qui combuſſerunt Speculum oculare Joan. Reuchlin. Sed ego deberem vobis facere, ſicut vos facitis mihi, & non deberem vobis ſcribere unam guttam: ſed tamen non faciam, & adhuc ſemel volo indulgere vobis, ita tamen, quod ſcribatis mihi ſtatim. Et debetis ſcire, qualiter iſti Juriſtæ & adverſarii cum adiutorio Diaboli, qui eſt hoſtis fidei Chriſtianæ, per ſuas blanditias, ſicut pie creditur, acquiſiverunt multos fautores, & præcipue Curtiſanos, qui ſunt de partibus ſuperioribus, & non habent bonam conſcientiam, & inferunt magnas iniurias prædicto Magiſtro noſtro, vexantes eum ſicut beanum, & dicentes, quod ipſemet eſt hæreticus, & quod Theologi in Colonia ſunt buſones. Sancte Deus, quid debemus dicere? Non eſt magnum miraculum, quod ſacra Theologia debet ſcandalizari, & haberi pro una fraſcharia, & Theologi qui ſunt ſicut Apoſtoli Dei, debent ſperni quaſi eſſent ſtulti: Credatis mihi firmiter, quod fides Catholica habebit magnum malum exinde, & ego timeo, quod erit una confuſio in Eccleſia Dei. Etiam dicūt, quod Dominus Apoſtolicus eſt pro parte Joā. Reuch.

Reuch. quia ipſe etiam eſt Poeta, & favet Iuriſtis. Sed tamen ſpero, quod ſua ſanctiſſimitas illuminabitur per gratiam Spiritus ſancti, & non dabit malam ſententiam, quod velit Dominus Deus, qui regnat in terris & per cœlos, & ſua mater virgo Maria, quæ liberet nos ab iſta Poetria. Datum Roma.

Frater Ioannes de VVerdea, M. Ortuino Gratio.

HUmiles & devotas rationes cum numeroſa ſalute. Venerabilis vir: Vos ſcribitis mihi, quod audiviſtis, quod cauſa veſtra male ſtat, & Ioan. Reuchl. acquiſivit unam inhibitionem Apoſtolicam, & ſcribitur mihi, quod timetis valde, ne habebit victoriam contra Theologos & ſanctiſſimum ordinem noſtrorum, & poſtea ſcandalizabitur Eccleſia Dei. O modicæ fidei! vultis eſſe ita perterritus, quod vultis ſtatim deſperare? Tamen olim quando fui vobiſcum in Daventria, non fuiſtis ita timax, ſed habuiſtis magnam audaciam. Quia ſcio adhuc bene, quomodo ſemel percuſſiſtis illos duos beanos, venientes ad vos cum longis cultris, & vos non habuiſtis unum armum, ſeu defendiculum. Et tamen percuſſiſtis eos cum adiutorio Dei, realiter cum effectu, ita quod unus præ timore perminxit ſe. Et viderunt multi homines, & dixerunt, Per Deum, iſte Ortuinus habet m agnum cor. Vos debetis ſcire, quod hic in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Curia Romana non eſt, ſicut vos putatis, ſed unus una vice lucratur, & alia vice perdit. Et licet aliquis habet aliquãdo duas vel tres ſententias pro ſe, tamen adhuc poteſt perdere litem. Sed poteſtis dicere: Papa permiſit, quod Speculum oculare debet vendi, legi, & imprimi. Quid tunc eſt? Si permiſit, ergo non poteſt prohibere? Non ſequitur: quia ſanctiſſimus habet poteſtatem ligandi & ſolvendi, & non debet corrigi, quia habet plenariam poteſtatem, hic & ubique, ſicut ſcitis ex Euangelio. Quia mirabiliter eſtis ſolidatus in ſacra Scriptura. Sed ego volo allegare Ius Canonicum. Primo, quod Papa obtinet principatum totius orbis, 9. quæſt. 4. cap. Cuncta per mundum. Et poteſt deponere Imperatorem ſolus, etiam ſine Concilio, ut dicit gloſſa in cap. ad Apoſtolicæ: de ſententia & re iud. Et habetur 2. q. 6. de cætero. Et Papa non eſt ſub lege, ſed ipſe eſt lex animata in terris: ut habetur in gloſſ. ſuper cap. 11. de offic. Iud. dele. Et ſi Papa eſt lex, poteſt facere quod vult, & neminem reſpicere. Et quamvis ſemel dixit ita, tamen poſtea poteſt dicere non. Et debetis habere bonam confidentiam: quia nuper audivi hic ex uno auditore Rotæ, qui eſt vir notabilis, & habet magnam experientiam, quod non eſt poſſibile, quod Papa poteſt ſentẽtiam dare contra vos, quia habetis optimam cauſam, & eſt cauſa fidei. Ergo eſtote fortes in bello, quia licet iſti

fantaſtæ

fantaſtæ dicunt vobis de illa inhibitione, nihil debetis dare ſupra, quia non habet affectum. Sed ego ſpero, quod ſtatim volo vobis ſcribere bonas novitates: Quia Dominus Magiſter noſter Iacobus de Hochſtraten facit magnam diligentiam. Et nuper habuit convivium, & invitavit multos Curtiſanos antiquos, bene experimentales, & unum ſcriptorem Apoſtolicum, qui eſt bene viſus apud ſanctiſſimum, & aliquos auditores Rotæ. Et dedit eis comedere perdices & faſianos, & lepores, & piſces recentes, & optimum vinum Corſicum, nec non Græcum, & dixerunt omnes, quod tractavit eos cum ſumma reverentia. & dixerunt: Per Deum, iſte eſt notabilis Theologus. Volumus eſſe pro parte ipſius. Et ſic habet bonam ſperantiam. Sed oportet concludere, quia nuncius non vult expectare. Valeatis, & ſalutetis mihi omnes Magiſtros noſtros & Magiſtros, & Ioan. Pfefferkorn. Datum Romæ.

Magiſter Cornelius Storati, M. Ortuino ſalutem plurimam.

SEcundum poſtulata veſtra, quæ miſiſtis mihi in urbem, quando adhuc fui Curiæ Romanæ, quod debeo vobis articulariter ſignificare, quomodo ſtat negotium in cauſa fidei, inter vos & alios Theologos, & Ioan. Reuchlin. Advertatis rogo. Ego ita celeriter abivi, quod non potui ſcribere unum verbũ.

Et

Et propoſui mihi, quod ego volo vobis ſcribere ex Poetria. & ergo nunc facio. Ergo ſciatis, quod quando ego ſui Romę, tunc non bene ſtetit. valde doleo. Nam Magiſter noſter Iacobus de Hochſtratē eſt in magna paupertate. Non habetis verecundiā vos Theologi, quod non mittitis ei pecuniam? Vos vultis expedire magnalia, & non vultis exponere pecuniam. Credatis quod eſt faciendum. Quando ille Magiſter noſter intravit Romam cum duobus vel tribus equis, habens pecuniam in Banco, & dat propinas, tūc Curtiſani valde honoraverunt ipſum. Et dixit unus ad alium: Quis eſt iſte? Reſpondit alius: ipſe eſt unus Doctor de Almania, ita notabilis ſicut eſt poſſibile, & eſt ſpeculativus & argumentifex ſingularis, quod non habet ſimilem. Ipſe habet hic cauſam fidei contra unum Iuriſtam ſecularem. Tunc Curtiſani laudaverunt eum, & ſæpe dixerunt mihi: Domine Corneli, commendate me huic notabili Theologo. Pro tunc habuit fautores, & cauſa ſua bene ſtent. Nunc autem derelinquitis eum, non mittentes ei ſatis de pecunia. Ego ſemel fui in Camera ipſius, tunc vidi ibi iacere cappam ſuam, & vidi quod fuit plena pediculorum. Et ipſe videns quod ego vidi, allegavit Scripturam, dicens: Animalia tua habitabunt in ea. Paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Et iterum dixit: Tabeſcere me fecit zelus meus. Ego autem ex commiſera-

tione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tione flevi. Debetis ergo eſſe pro eo, quod tamen fratres prædicatores mittant pecuniã. Si dicant, quod non habent, tunc dicatis, quod accipiant de illa, quam collegerunt ex indulgentiis. Quia eſt cauſa fidei, & quæ impetrantur in illa cauſa, impetrantur pro fide Chriſtiana. Valete. Datum Auguſtæ.

Frater Albertus Acuficis, M. Ortuino Gratio.

HOnorabilis vir: Nuper venit huc una litera à dominatione veſtra mihi deſtinata. Et cum lætitia aperui, quia cognovi ſigillum veſtrum. & legi: & intelligo, quod D. veſtra cupit ſcire, quomodo tamen homines loquuntur hic de cauſa fidei, inter vos Theologos & Ioannem Reuchlin. Volo vobis ſcribere, ſed non debetis mihi dare pro malo, quia non ſunt pro parte veſtra. Omnes dicunt, quod Theologi faciunt Ioan. Reuchlin., ſicut Scribæ & Phariſæi fecerunt Chriſto, & quod ipſe ſemper fuit probus vir, & fuit in Concilio duorum Imperatorum. Et ſua Iuriſtria iuvavit multas Civitates & Principes, & omnes invenerunt eum probum & fidelem. Et quod Theologi invident gloriæ ipſius, & voluerunt declarare eum hæreticũ, per devia & nullitates. Quando talia audio, tunc teneo oppoſitum. Sed ſcitis bene, quod multi canes ſuperlatrant unum. Dixerunt nuper duo Magiſtri, venientes ex Colonia, &

unus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

unus ex eis eſt nobilitatus, quod omnes qui agunt contra Reuchlin, ſunt communiter ſpurii, vel infames, vel buſones: quod fuit mihi magna verecundia. Sed ipſorum unus audacter dixit, quod omnes circumſtantes audierunt: Domini, ut intelligatis qualis ſit iſta cauſa contra Ioannem Reuchlin, illa cauſa habuit principium à Ioan. Pfefferkorn, qui eſt ſimilis re & nomine, & omnibus modis huic Ioan. Pfeff. qui fuit hic cum forcipibus calidis laceratus. Quia etiam eſt Iudæus baptizatus. & etiam propter nequitias quas fecit, dereliquit fidem ſuam. Et ſi deberet hic ſedere in turri, & ſpiculator deberet eum interrogare quid fecit, ipſe deberet non minus confiteri, quam ille alius. Ipſe inſtigavit Theol. Coloniæ, & ipſi etiam inſtigaverunt eum, & voluerunt libros Iudæorum per totam Almaniam comburere. Et hoc fecerunt propterea, quod Iudæi deberent venire ad Theologos & præfatum Pfefferkorn, cum magna pecunia, occulte dicentes: Permittatis mihi libros meos: ecce hic habetis quadraginta aureos. Et aliqui Iudæi dediſſent libenter centum, aliqui mille. Tunc venit Reuchlin, & impedivit illud propoſitum. irati ſunt ſuper eum, & ſcribunt libros, & ſcandalizare volunt eum, & dicunt quod eſt hæreticus. Etiam ſcribunt aliquos libros in Latino, & intitulant eos nomine Ioan. Pfefferkorn, cum tamen ipſe non ſcit Alphabetum

in La-

in Latino. Sed igitur faciunt, quia ſciunt, quod nemo reſpondebit ei, quia nemo cum iſto malefactore vult ſe permaculare. Ergo videbitis, quod ſi eſſent veri Theologi, aut probi viri, ipſimet facerent facta ſua, & non vearent & occultarent ſe cum iſto trufatore. Fecerunt etiam alios libros, quorum aliqui ſunt intitulati nomine Arnoldi de Tungaris, qui inventus eſt falſarius, ita quod nunquam poteſt negare, & nunquam poteſt excuſare, quod non eſt falſarius, quia manifeſtum eſt per totam Almaniam, quomodo falſificavit ſcripta Ioan. Reuchlin. Alius Scriptor Theologorum eſt Magiſter Ortuinus, qui eſt filius preſbyteri, qui etiam eſt concubinarius, & deprehenſus in adulterio. Deinde habent Vilium, de quo bene audiviſtis, Doctorem Vigandum Wirt, ordinis Prædicatorum, qui ſimiliter eſt infamis. Ipſe compoſuit librum, quod beata virgo eſt concepta in peccato originali. & fecerat magnam ſeditionem cum prædicationibus ſuis. Et ergo fuit coactus revocare verba & ſcripta ſua publice Heydelbergæ, quod egomet audivi & vidi. Sic poteſtis ſcire, quales ſunt inimici Ioan. Reuch. Quando audivi talia, tunc dixi: Domine mi, non debetis talia dicere coram populo, etſi eſſent vera. Quia ſcandalizatur per hoc totus ordo, & homines accipiunt malum exemplum. Reſpondit ille. Etiam vos non debetis iſta feciſſe contra Reuchlin, quem etiam

voluiſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

voluiſtis ſcandalizare. Ergo ipſe nunc poteſt ſe purgare ſine veſtro ſcandalo. Per Deum, Magiſter Ortuine, ego vellem quod haberet finem iſta cauſa, quia eſt nobis multum incommodoſa. Homines amplius non volunt nobis Eleemoſinas dare. Ego ivi ſeptimana proxima pro caſeis, & per decem dies non plures quam 15. collegi. Quia dicunt omnes: Vade ad Ioannem Reuchlin, & dic, quod det tibi caſeos. Dominus Deus tribuat bonum finem. Et ſic valeatis in Domino. Datum Hallis in Saxonia.

Matthæus Finck Bacculaurius, M. Ortuino Gratio.

INenarrabiles ſalutes, & amores ineffabiles, honorabilis vir. Quoniam quidem ſufficienter ſcitur, quomodo ſto hic in urbe Roma, & ſum in Copiſtria, & de gratia Dei habeo bonum ſervitium: ergo non eſt neceſſe, quod ſcribo vobis de eo, quia etiam non libenter legitis productas literas. Sed ſecundum hoc, quod promiſi vobis ſcribere novitates ex urbe Rom. ad minus ſemel in menſe, & quandocunque irent Curſores vel poſtæ, tunc vellem certificare vos, quomodo ſtat hic in bellis, & in aliis, & de Rege Franciæ, & de Imperatore, propterea poteſtis cogitare: Ecce iſte eſt ſuperbus, quia habet bonam ſtantiam Romæ, & propterea non curat mihi ſcribere, & eſt oblitus quod fui præceptor
ſuus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ius, & docui eum in Poeſi, & in artibus, &
um hoc etiam in Græciſmo, ita quod pro
arte eſt bonus Græcus. Dico quod non, &
iabolus auferat me, ſi non habeo vos in me-
moria, & in orationibus meis erga Deum.
Quia dicit Gregorius, quod ingratitudo eſt
radix omnium vitiorum. ergo qui peccat in
gratitudine, peccat in omnibus peccatis. Sed
i ego non ſcriberem vobis per ſuperbiam,
unc eſſem vobis ingratus, qui feciſtis mihi
alia bona. Sed habeo rationabiles cauſas,
quod non direxi literas ad dominationem ve-
ſtram. Quia pro magna parte fui infirmus, &
neſcio quid fuit mihi. Medicus dicit quod
habeo aliquid in ſtomacho, & non ſcio dige-
rere. Etiam nudiuſtertius ſumpſi unam pur-
gationem, & ſalva reverentia coram domi-
natione veſtra, ego merdavi unam merdam
ita tenuem, quod aliquis poſſet ſorbere cum
cochleari: & cum hoc exivit una petia alba,
bene ita magna ſicut pirum. Et dixit medi-
cus: illa eſt materia indigeſta, & cauſat fe-
brem. Sed pro nunc ſcio iterum bene come-
dere, quia habeo bonum appetitum. laude-
tur Deus. Et ſi maneo ſanus, tunc ſemper vo-
lo ſcribere vobis. Et pro iſta vice debetis ſci-
re, quod Sanctiſſimus adhuc eſt Florentiæ, &
Curtiſani hic maledicunt ei, quod non ve-
nit, quia non poſſunt expedire negotia ſua.
Sed ego dico, quod debēt habere patientiam;
& non debent ei maledicere, alias ſunt ex-
commu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

communicati: & allego eis Iura ſupra hoc, quia vado hic ad Sapientiam, & ſtudeo. Iam feci magnum profectum in utroque Iure, in uno ita bene, ſicut in alio. Sed dicunt aliqui, quod oculi dolent Sanctiſſimo, ergo non poteſt ambulare per aerem. Debetis etiam ſcire, quod Rex Franciæ revertit in Franciam: vult portare magis populum ad bellandum contra Imperatorem. Et Hiſpani volunt auxiliare Imperatori. Et habetis ſcire, quod erit magna guerra. Quapropter debemus dicere in orationibus noſtris: Da pacem Domine in diebus noſtris: quia non eſt bonum, quod eſt guerra in iſtis locis, pro Curtiſanis. Si eſſet pax, tunc ſemel deberetis mihi ſcribere de vacantia unius beneficii, ſive eſt curatum, ſive non curatum, ſive de iure patronatus, ſive aliter. Quia ego nunc habeo bonam experientiam, & vellem bene impetrare aliquid. Et ſi habetis unam litem, tunc ego volo ſolicitare vobis hic, etiam de cauſa cum Ioanne Reuchlin. Debetis ſcire quod Magiſrer noſter Iacobus de Hochſtraten collegit adhuc alios articulos in ſpeculo oculari: & ſunt ita bene hæreticales ſicut alii. Et ipſe iam eſt Florentiæ cum Curia: & diligenter ſolicitat. Non debetis dubitare, quod non habebitis victoriam. Scribatis mihi ſimiliter nova, & valeatis cum gloria. Datum Romæ.

Magiſter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Magiſter Philippus Schlauraff, M. Ortuino Gratio.

SAlutem ſeſquipedalem, venerabilis Magiſter. Sciatis quod accepi literam veſtram valde poeticaliter ſcriptam: ſicut eſt conſuetudo veſtra. Et ſcripſiſtis: Datum in Colonia: quando habuimus bona convivia: & viximus in hilaritate: & non curavimus de gravitate. Et conſideravi, quod fuiſtis bene vinificatus, id eſt, vino repletus, dicendo, poetaliter. & credo quod fuiſtis ebrius, quando ſcripſiſtis illud dictamen. Et ſcribitis mihi, quod debeo vobis mittere illud Carmen, quod compilavi de ambulatione mea hinc inde per Almaniam: quando viſitavi Univerſitates: habens mandatum à Theologis, quod debui ſeminare favorē eorum contra Ioannē Reuchlin: & quomodo fui ibi tribulatus à Poetis, qui ſunt hinc inde. Faciam utique: ſed vos iterum debetis mihi aliquid mittere de veſtris operibus. Et dedi huic nuncio, quod portaret vobis. Etiam ſciatis, quod compoſui rithmice, non attendens quantitates: videtur mihi quod ſonat melius ſic: Etiam ego non didici illam Poetriam, nec curo. Valete. Ex Bruneck in Flandria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Carmen Rithmicale Magiſt. Philippi Schlauraff. quod compilavit & comportavit, quando fuit Curſor in Theologia, & ambulavit per totam Aimaniam ſuperiorem.

CHriſte Deus omnipotens, in quem ſperat
omne Ens:
Qui eſt Deus Deorum, per omnia ſecula ſeculorum.
Tu velis mihi eſſe propitius, quando tribulat me inimicus.
Mitte unum diabolum, qui ducat ad patibulum
Poetas & Iuriſtas: qui dederunt mihi vexas:
Præſertim in Saxonia: ubi fui ſtudens in loica:
Quam docuit mihi Sibutus, qui eſt in medicina imbutus:
Et habet antiquam vetulam, quæ vendit bonam cereviſiam.
Tunc eſt ibi unus Poeta, qui vocatur Balthaſar de Facha.
Qui me tribulavit. quod mihi valde doloravit.
Tunc Philippus Engentinus, qui non eſt vexator minus,
Incepit unã guerrã. tunc quæſivi aliam terrã,
Et cogitavi bonam rem, ut ad Roſtoch irem:
Vbi Hermannus Buſchius, mortificavit unum carminibus.
Tunc audivi in via, quod viget ibi peſtilentia.
Et ivi ad Gribſvvaldiam, quæ habet modicam companiam.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Et ſic abivi mox, quamvis fuit ſtatim nox.
Et veni ad Franckfordiam, quæ iacet apud Oderam:
Ibi Hermannus Trebellius cũ ſuis Poematibus
Multum me infamavit, & audacter blaſphemavit.
Nec non duo Oſthenii, qui ſunt huius diſcipuli,
Qui multis cognominibus vexabant me in civibus,
Do hieſz mich die gantze Statt das Colniſch Copulat.
Ita quod ambulavi in Auſtriam, ad meam malam fortunam.
Quia Collimitius (veniat ei ſanctus Anthonius)
Fuit ibi Rector, & meus inimicator,
Vocans me traditorem, & volens ponere ad carcerem.
Niſi feciſſet Heckman. Sed Ioachimus Vadian
Novum infortunium, propter Pepercornum,
Mecum ibi incepit: quia eum vilipendit
In ſua defenſione: quamvis cum magna ratione.
Tunc dixi quod ſum innocens, & rogavi eum flens,
Quod vellet me dimittere. tunc dixit eis tacite
Rector Burſæ lilii, quod retineret me cum vi.
Et dixit Cuſpinianus, quem amat Rex Maximilianus,
Quod Magiſtri in artibus, ſunt Doctores in peccatis mortalibus.
Tũc incepi inde trãſire, & ad Ingolſtadt venire:
Hic Philomuſus habitat, & contra Theologos metrificat. Tunc

Tunc timens eius furiã, tranſivi ad Nurbergã,
Vbi quidam Pirckheymer, qui non eſt Magiſter,
Fecit mihi inſtantiam: ſed audivi ibi clam,
Quod cum multis ſociis, in partibus diverſis,
Magna in cõiuratione, vellet ſtare pro Capnione,
Et contra nos Theologos facere multos libros.
Et fuit mihi dictum, quod noviter unũ librum
Scripſit de uſura, quam admittit Theologia.
Sicut Bononiæ eſt diſputatum, & per Magiſtros
noſtros probatum.
Sic ivi poſt unum menſem ad Vniverſitatem Li-
pſenſem,
Vbi Richardus Crocus, qui dicitur eſſe Anglicus,
Vidit me per viam, & dixit: illam beſtiam
Ego novi Coloniæ: Reſpondi, noli dicere,
Quia ego non ſum. Tunc dixit ad ſuum ſocium:
Iſte pro Theologis eſt proditor Capnionis,
Et eſt magnus pultronus. Quod dixi Magiſtris
in artibus.
Qui iuraverunt invicem, accipere ei lectionem,
Ita quod in poſterum non amplius haberet ſti-
pendium.
Venit Moſellanus: dicens, ille Beanus
Deberet ad patibulum ſuſpendi, per ſuum collũ.
Et fui licentiatus, & ad Erfordiã intẽtionatus.
Vbi Aperbachius me incepit tribulare acrius,
Et Eobanus Heſſus, qui nunquam fuit feſſus
Quærere in plateis, ut percuterent me cũ pugnis.
Et multum terribiliter vexavit me bis vel ter.
Et dixit ad ſtudentes: frangatis ei dentes,
Quia Theologus Reuchlin eſt inimicus.

Tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Tunc dixit Crocus Rubianus: Vnde venit iſte Beanus,
Qui non eſt nobis notus: dixi, quod ſum promotus.
Reſpondit, eatis. utique tunc volui revertere
Statim ad Coloniam, vadens per Buchoniam.
Sed dixit quidam ſocius, quod Mutianus Ruffus
Eſſet in itinere, & poſſet me percutere.
Tunc ivi per Campaniam, & veni iterum in Miſniam.
Quod fuit ibi ſubito dictum Eſticampiano.
Qui miſit ſuos diſcipulos. qui traxerunt me cum crinibus.
Et dixit Spalatinus, qui eſt eius vicinus,
Quia etiam ex parte ſua darent mihi verbera.
Ergo ſatis percuſſus, veni ad quoddam nemus.
Ibi quidam diabolus, vel certe malus Angelus
Sturnum ad me portavit. qui ubi cognovit,
Dedit mihi alapam. Tunc ivi ad Franconiam,
Vbi eſt fluvius Mœnus. ibi Vlricus Huttenus
Iuravit levatis digitis, quod vellet me percutere virgis,
Si vellem ibi ſtare. Tunc cogitavi meũ ſalutare,
Vadens hinc in Sueviam, ad civitatẽ Auguſtã:
Ibi Cõradus Beutinger, cui non placet Bruliſer,
Noluit me permittere, quod poſſem hic quieſcere.
Tunc præterivi Studgardiam, quia habet ibi ſtantiam
Reuchlin ille hæreticus, qui fuit mihi ſuſpectus.
Tunc ad Tubingam abii. hic ſedens multi ſocii,
Qui novos libros faciũt, & Theologos vilipẽdũt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quorũ eſt viliſſimus Philippus Melãchthonius,
Sicut ego cognovi: & igitur Deo vovi,
Si viderem illum mortuum, quod irem ad ſanctum Iacobum.
Fuit & Bebelius, & Ioannes Braſſicanus,
Et Paulus Vereander, die ſchvvoren alle mit einander,
Quod vellent me percutere, ſi non vellẽ recedere.
Sed quidã hic Theologus, cũ nomine Franciſcus,
Sua caviſatione portavit me ex illa regione.
Tunc cogitavi ire, & ab illis Poetis venire.
Et ivi ad unam patriã, quã dicunt Argentinã:
Ibi in media via, facta eſt una rebaldria,
Quia Nicolaus Gerbelius, cum ſuis diſputationibus,
Confudit me in populo: quod ſteti in magno ſcandalo.
Venit Sebaſtianus Brant, der nam mich bey der hand,
Dicens: mihi ſequere, nos volumus navigare
Abhinc in Narragoniã, propter tuam ſtultitiã
Et fuit ibi Schurerius, qui eſt pinguis ſocius.
Ipſe me deriſit, & dixit: Herr ihr muſſet mi
Biſs ins Schlauraffen land, do ſeind ihr vaſ vvol bekant.
Collegi meam tunicam, & cepi inde fugam,
Pergens ad Sletſtadiũ, Cũ vidi VVimphelingium
Qui habet unum pellicium, quod eſt bene im pinguatum.
Net non Iacobum Spigel, qui dixit: vvoher d daubengiegel.

Reſpon

Reſpondi: quod ex Suevia. Tunc dixit, quod ſum beſtia.
Et ego fui iratus. Tunc dixit mihi Kirherus,
Quod irẽ ad Athenas, & diſcerẽ Græcas literas.
Et fuit etiam Sapidus cũ multis ſuis Scholaribus.
Dans mihi diſciplinam; Tunc invocavi cœlolorum Reginam.
Tunc exclamavit Storckius: volvamus hunc de gradibus.
Reſpondit ei Phrygio: parcamus ſacerdotio.
Venit Beatus Rhenanus, quærẽs an ſũ Almanus.
Reſpondi: ſum ex Flandria: tunc ſtatim duo verbera
Accepi ſuper capite, quod vix potui audire.
Et ivi hinc ad Hagenavv, do vvurden mir die augen blavv,
Per te VVolffgange Angſt, Gott gib daſz du hangſt.
Quia me cum baculo percuſſeras in oculo.
Accurrit autem Setzerius, qui vix eſt baccalaurius,
Cum uno magno volumine percutiens me in latere,
Quod non habui ſpiritũ. Tunc oravi illũ ſociũ,
Quod facerem confeſſionem: quia haberem contritionem,
Sed ego in noctis medio ſurrexi de cubiculo.
Et ivi ad Friburgiam, quærens miſericordiam.
Sed ibi multi nobiles armati & horribiles,
Reuchlin defenderunt, & mihi mortem minaverunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Nec non unus vetulus, qui vocatur Zaſius,
Ille antiquus Iuriſta, quæſivit an ſum Scotiſta.
Reſpondi: Doctor ſanctus, eſt mihi autor ſummus.
Tunc fecit me riſibilem, quod habui pudorem.
Et ſtatim quidam Amerbach ſpricht, ich vvil ein anders machen,
Und, langet mir die pritſchen her, ſo vvil ich ihn ein nevves lern.
Sic fui hinc fugatus: quia ſum ad miſeriã natus.
Et veni Baſileam. ubi vidi quendam,
Qui Eraſmus dicitur, & multum honoratur.
Tunc dixi cum licentia: dicat veſtra excellẽtia,
Si eſtis Magiſter noſtrandus, vel ſtatim qualificandus.
Reſpondit ipſe; utique. tunc ſivi eum ſtare.
Sed in domo Frobenii ſunt multi pravi hæretici,
Nec non Glarianus, qui impoſuit mihi manus,
Percutiens in dorſum, & proiiciens deorſum.
Et dixi, per tuam lauream fac mecum miſericordiam.
Tunc ivi ad naviculam, abiens VVormaciam.
Vbi in hoſpitio cum Theobaldo medico
Fuit mihi lis: quia de Theologis
Dicebat multa ſcandala. Tunc dicebam cum modeſtia:
Vos eſtis homo ſtolidus. Et ſtatim unus caſeus
Stetit mihi in capite. Et ſic receſſi cum vulnere
Vſque ad Moguntiam. Vbi mihi gratiam
Fecit prædicator Bartholo decimator,
Dans mihi hoſpitium, & iurãs per Deũ vivum,
Si iviſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Si iviſſem ad Coroxam, quod accepiſſem vexationem bonam,
Quia ibi commenſales ſunt valde nequitiales.
Nicolaus Carbachius, qui legẽs pro ſcholaribus,
Exponit Titum Liviũ. Tunc reperi Huttichiũ,
Qui ex antiquo odio percuſſit me cum ſcamno,
Quia feci unum bombum. Tunc dedit mihi pugnum
Doctor Conrad VVeydman: ich ſprach, vvie ſol ich das verſtahn.
Tunc truſit me Ioan. Konigſteyn, quod cecidi de gradibus.
Et ſic poſt hoc periculum contuli me ad Rhenũ.
Vbi cum ambulavi, viſus eſt mihi in navi
Doctor Thomas Murner, ordinis minorũ frater.
Qui dixit: niſi parcerem propter meam dignitatem,
Statim coram omnibus iaceres hic in fluctibus.
Reſpondi; quare hoc? tunc dixit: ſchvveig du holtzbock.
Es leyt mir noch im ſinn, *quod feciſti Doctor Reuchlin.*
Sic ivi ad Coloniam, & inveni bonã companiã.
Quamvis mihi Buſchius cum ſuis auditoribus,
Et Ioannes Cæſarius, qui legit ibi Plinium,
Facerent inſtantias, quia non curavi has.
Sed ſteti cum Theologis, & vixi in lætitiis,
Und gab nit ein har auff den Graven von nevven Ar,
Quamvis ſit Poeticus, quia Pepercornus
In ſuis dictaminibus dicit de nobilibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Qui quamvis ſunt clari, non poſſunt excuſari,
Et debent ſibi ſolvere pro ſua obſcuritate.
Et ſic eſt finis propter honorem Univerſitatis.

Magiſter noſter Bartholomæus Kuckuk Magiſtro Ortuino.

SAlutes innumerabiles, cum ſumma veneratione à parte ante. Venerabilis Magiſter, non facto præambulo, aut multo circuitu verborũ, habetis ſcire, ſicut nuper ſcripſiſtis mihi, quod deberem vobis notificare, qualiter negotium in cauſa fidei ſtat hic. Sciatis quod bene ſtat, ſed nondum exivit ſententia diffinitiva. Et eſt hic unus Iuriſta, qui vocatur Martinus Groningen, Doctor Senenſis, ut ipſe dicit, ſatis prætenſus & ſuperbus. Ipſe debet latiniſare Speculum oculare, & eſt valde præſumptuoſus, quia cupit videri. Aliqui laudant eum, & quæſivi nuper ex eis, quid plus ſcit, quam alius? Tunc dixerunt, quod habet bonam notitiam in Græco. Et ſic videtis, quod non eſt curandum de eo, quod Græcum non eſt de eſſentia ſacræ Scripturæ. Et credo, quod non ſcit unum punctum in libris Sententiarum, nec ipſe poſſit mihi formare unum Syllogiſmum in Baroco aut Celarent, quia non eſt logicus. Ipſe nuper vocavit me aſinum. Et dixi ei, ſi es ita audax, tunc diſputa mecum. & tibiſavi eum, & dixi: Ego arguo, quod tu ſis aſinus. Primo ſic: Quicquid portat onera, eſt aſinus: Tu

portas

portas onera: ergo es aſinus. Minorem probo, quia tu portas iſtum librum. Et fuit verum: quia ipſe portavit unum librum, quem dedit Iacob Queſtenberg ad ſtudendum intus, contra M. noſtrum Iacobum de Hochſtrate. Tunc non fuit ita prudens, quod negaret mihi Maiorẽ: quia non potuiſſem probare. Sed ſcio, quod nihil ſcit in logica. Dixi ergo ad eum: Domine Doctor, vos vultis vos intromittere in negotia Theologorum, quod non eſt in facultate veſtra. Ego ſuaderem vobis, quod dimitteretis, quia vos non intelligitis materiam iſtam, alias poteſtis venire ad damnum. Quia Theologi non volunt, quod Iuriſtæ debent tractare cauſas fidei. Et ſtatim ille iratus dixit: Ego non ſolum intelligo iſtam materiam, ſed etiam video, quod tu es una maledicta beſtia. Tunc fui etiam cõmotus, & ſurrexi, & fuit inter nos magna rixa in die illa. Dixit tunc mihi M. noſter Petrus Meyer, Plebanus Francofordienſis: Eamus ad hoſpitium pro comedere, quia eſt tempus ad prandium. permittatis ſtare illum bonum virum, quia non intelligit facta ſua: ipſe adhuc deberet ire ad ſcholas deſuper. Sed debetis ſcire, Magiſter Ortuine, quod volumus pulcherrime vindicare iſtam iniuriam. Ipſe eſt ſtudens Colonienſis, & ſtetit in Burſa Montis, quod ego pro certo ſcio. Ergo faciatis, quod Univerſitas citat eum. Tunc volumus eum declarare periurum, quia eſt im-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

matriculatus in matricula Univerſitatis, & fecit iuramentum, quod vult procurare bonum Univerſitatis, ſed nunc ſtat cum Ioanne Reuchlin, contra Univerſitatem: & rogo quod velitis hoc ſtatim facere. Et mittatis mihi librum Ioannis P., qui intitulatur: Defenſio Ioannis Pepercorni, contra famoſas. Ego vidi nuper unum ſocium portare huc, & vellem ita libenter habere, quod cor dolet mihi inde: quia talis liber habet multas propoſitiones ſubtiles. Dominus Deus in æterna gloria, det vobis ſalùtem & pacem, Amen.

Iodocus Sartoris, Magiſtro Ortuino Gratio.

SAlutem ſempiternam: & novum annum cum bona fortuna, ſicut eſt in mundo, & plus, ſi eſt poſſibile, opto veſtræ dominationi. Quæ debet ſcire, quod adhuc bene ſuccedit mihi, de gratia Dei, qui tribuit mihi miſericordiam ſuam. Et, ſicut dicit Pſalmus, Exaudivit Dominus deprecationem meam. Dominus orationem ſuſcepit, quia oro quotidie pro peccatis meis, & peto quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus velit mihi cuſtodire animam & corpus: ſed tamen magis animam: quia corpus eſt pulvis. Et, ſicut dicit ſacra Scriptura: Pulvis es, & in pulverem reverteris. Etiam ſpero, quod non male ſuccedit vobis: quia quando unus habet iſtã gratiam à Deo, quod ſemper pœnitet de peccatis ſuis, & orat devote

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

devote orationes ſuas, etſi non ſæpe ieiunat, tamen Dominus Deus non vult, quod male ſuccedit ei. Ego ſcio quod habetis bonam conſcientiam, & ſemper eſtis in ſtudio, volens procurare bonum Eccleſiæ. Quia ſcio bene, quomodo nuper ſcripſiſtis unum librum contra quendam hæreticum Ioannem Reuch. & fuit ita magiſtraliter compilatus, quod habui admirationem exinde, & dixi ad unum Curſorem de ordine Prædicatorum, qui circumportavit talem librum; Ego credo, quod iſte homo habet duo capita, quod poteſt ita ſcientifice practicare unam rē. Sed intellexi etiam ab illo curſore, quod ſcribitis commentum ſuper librum M. Arnoldi de Tungaris, quem articulatim compoſuit de propoſitionibus hæreticalibus Speculi ocularis. Mittatis mihi quando eſt perfectum tale commentum: quia ſcio, quod proculdubio erit mirabile, exponens omnia argumenta & notabilia, & propoſitiones, & cōcluſiones, & corolaria, quæ pauci bene intelligunt, quia ille Magiſter noſter eſt nominis ſubtilis in Scripturis ſuis, ſicut communiter Albertiſtæ in via ſua. Sed non debetis mihi pro malo habere, quod laudo Albertiſtas, cum vos eſtis Thomiſta, quia non eſt magna differentia, & multum concordant in aliquibus. Sed Doctor ſanctus eſt profundior, & hoc habet ex ſpeciali inſpiratione Spiritus ſancti: quapropter etiam dicitur Doctor ſanctus, quam-

vis Reuchlin non vocat eum ſic in ſuis ſcripturis, & propterea eſt hæreticus, & maneat in nomine diaboli. Ego nuper fui iratus ſuper unum Iuriſtam, qui defendit eum, & ſcripſi unum carmen metricum contra eum. Etenim ſoleo poeticare etiam, quando ſum ſolus, ex arte metrificandi Bebelii, quæ eſt multum ſubtilis.

Eſt autem hoc Carmen.

Astripotẽtis Dei mater venerabilis Chriſti,
Da precibus famuli aures benignas tui.
Qui te orat Maria pro ſancta Theologia,
Contra quã ſcribit Reuchlin Iuriſta malus:
Non clarificatus nec deſuper illuminatus,
Qualiter eſſe debet, qui vult placere tibi.
Ergo tuum natum memento habere rogatum,
Vt ſubvenire velit huic facultati ſua.

Et eſt Elegiacum, & ſcanditur ſicut primum metrum in Boetio, incipiens: Carmina quæ quondam ſtudio, &c. Sed nuncius non dixit mihi, quod vult ita cito recedere, alias volui vobis miſiſſe plura metra, quæ ſcripſi pro defenſione Eccleſię & fidei. Ergo cogitate, quod mittatis mihi tale commentum à vobis practicatum, tunc iterum volo vobis aliquid novi mittere. Valete. Raptim fauſtim zeloſe. Datum Olmuntz in Moravia.

Magiſter

Magiſter Guilhelmus Lampartius M. Ortuino Gratio ſalutem.

REverende vir, ſecundum quod dixiſtis & mandaſtis mihi, quod ſtatim, quando venio ad Romam, debeo vobis ſcribere, quomodo trãſivit mihi in via per omnia, & quomodo ſto, quoad ſanitatem corporis, ſciatis quod de gratia Dei, adhuc ſum ſanus, & vellem etiam de vobis libenter audire, quod eſtis ſanus: ſed ſpero, ſi vult Dominus Deus, quod eſtis ſanus. Et facio vobis notum, qualiter ſtatim, quando veni ad Maguntiam in hoſpitium Coronæ, tunc inveni ibi quoſdam viros, qui loquebantur de cauſa fidei, & erant pro Doctore Reuch. & quando viderunt, quod ego ſum Colonienſis, adhuc magis loquebantur, & fecerunt mihi in deſpectum, & laudaverunt Ioan. Reuch. & parvipenderunt Magiſt. noſtros in Colonia, & dixerunt, quod eſſent veſpertiliones, quæ nihil habent agere in luce, ſed volant in tenebris, tractant obſcuritates. Tunc ego dixi: Audiatur pars altera. & allegavi flores legum. & ipſi inceperunt me irritare multis verbis, quod dixi, Quid mihi cum Reuchlin? Permittatis me comedere pro pecunia mea. Et poteſtis dicere, D. Wilhelme, vos debuiſſetis perſeveraſſe, & audacter reſpondiſſe ipſis. Sciatis, quod non eſt faciendum in iſto loco. & audivi, quod nu per unus in iſto hoſpitio fuit percuſſus cum

uno ſcamno, quod defendit M. noſtrum Iacobum de Hochſtraten, quia iſti ſocii, qui vaduntibi ad menſam, ſunt valde terribiles, & habent gladios & ſpados. Et unus ex eis eſt comes, & eſt longus vir, & habet albos crines. Ipſi dicunt, quod accipit cum manibus ſuis unum virum armatum, & iactat eum ad terram, & habet gladium ita longum, ſicut gigas. Quando vidi eum, tunc tacui, & permiſi eos loqui. ſed cogitavi, quod vellem vobis ſcribere, ſed pro tunc non ſtatim habui nuncium. Sed quando veni ad Wormaciam, intravimus ad unum hoſpitium, ubi ſunt multi Doctores, qui ſunt in Iudicio Cameræ. Ibi dicebant mirabilia contra Theologos. Et audivi, quod citaverunt Ioan. Pfeffer. propter Sturmglock. Et dixit unus: Vos videbitis, quod adhuc in paucis annis auferentur iſti M. noſtri, & non eruntamplius. Tunc dixi: Quis tunc prædicabit vobis, & docebit in fide Catholica? Reſpondit ille: Hoc facient docti Theologi, qui intelligunt ſcripturas, ſicut Eraſmus Roterodamus. Paulus Ricius, Ioan. Reuch. & alii. Tunc tacui, & cogitavi mecum: Stultus ſtulta loquitur. Et ſedit unus in menſa, nomine Theobald. Fertich, qui pro nunc eſt doctor Medicinæ, & cognovi eum, quia olim ſtetit Coloniæ in Burſa montis. Ipſe multo plura dixit quam alii. Et dixi ei: Vos debetis recordare, quod feciſtis iuramentum Rectori & Univerſitati Colo-

Colonienſi. Reſpondit, quod merdaret ſuper nos omnes. Sed tranſeant illa. Poſtea quando eximimus Wormaciam, venerunt quidam viri terribiles in equis, habentes balliſtas cũ telis, & volentes nos ſagittare. Tunc ſocius meus clamavit: Ieſus, Ieſus. Et ego habens bonum cor, dixi, quod non debet ita clamare. Et dixi ad illos viros: Domini gratioſi, nolite ſagittare nos, quia non ſumus induti cum armis, & non ſumus inimici veſtri, ſed ſumus clerici, & tendimus Romam pro beneficiis. Tunc unus dixit: Quid ego curo beneficia? Detis mihi pecuniam, & ſociis meis, quod habemus bibalia, vel diabolus debet vos confundere. Tunc ſi voluimus venire de ipſis, oportuit, quod dedimus ipſis duos florenos. Et ego dixi occulte: Bibite quod diabolus benedicat vobis. Et poſtea ſocius meus dixit: quid vobis videtur? volumus illos citare ad Curiam Romanam? Tunc dixi, quod non eſt poſſibile, quia non ſcimus nomina ipſorum. Deinde per multam merdam ivimus ad Auguſtam. Et valde pluit. Et ita etiam ninxit quod non potuimus aperire oculos noſtros. Tunc dixit ſocius: O diabole, quomodo friget me! ſi eſſem adhuc Coloniæ, ego non vellem ire ad Curiam Romanam. Et ego riſi. In hoſpitio autem erat una pulchra virgo, & de nocte fecerunt choream, & ſocius meus choriſavit eam. Et dixi ei, quod non deberet facere, quia eſt Magiſter. Et non deberet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

beret exercere iſtas levitates. ſed ipſe non curavit, & dixit mihi: Si illa virgo vellet mecum dormire per unam noctem, ego vellem de merda eius comedere unam libram. & non potui amplius audire, ſed allegavi Eccleſiaſten, id eſt: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. & ivi dormitum. De mane venimus ad Lanſzperg, ubi ſocius meus ſuppoſuit ancillam hoſpitis per noctem. Et de mane quando exivimus hoſpitium, tunc equus ſuus claudicavit. Et dixi, ſupponatis cras amplius ancillas. ſed unus faber iuvavit ei. Et poſtea ivimus ad Schongavv, ubi emimus pulchra ſpecula. Deinde ivimus verſus Iſpruck. tunc fuit ita mala via, quod equi non potuerunt ire, & fuit ita profunda merda, quod tranſivit equis ad ventres ſuperius. Et ſic poſt multas tribulationes venimus Iſprucken: ubi fuit Dominus Imperator, & eius Vaſalli, & Curiales & ſatrapæ, & milites & armigeri, habentes veſtes ſericas & cathenas aureas in collibus ſuis. Et aliqui fuerunt terribiles cum barbis & birretis ſciſſis militariter. Et timui comedere in hoſpitio, quia audivi unum dicentem, ſi eſſet Imperator, ipſe vellet ſuſpendere omnes Curtiſanos, quia vadunt Romã, & dicunt nequitias. Ibi etiam decipiunt ſe invicem pro beneficiis, & vexant alios beneficiatos in Almania, & faciunt quod pecunia venit ad Romam de Almania. Et ſic vidi, quod iſti Curiales non curant Deum, neque homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

homines. & ergo peribunt ſicut pulvis à facie venti. Poſtea tranſivimus per unum montē, qui fuit plenus nive, & eſt ita altus, quod credo, quod tranſit ad medium cœli, & fuit ita magnū frigus ſuper illum montem, quod putavi habere febrem, & cogitavi de ſtufa mea Coloniæ. Dixit autem ſocius meus: O ſi haberem pellicium meum. Tunc dixi ei: Vos ſemper queritis de frigiditate, quando eſtis in campo, & quando venitis ad hoſpitium, tunc vultis ſupponere. non ſcitis quod coitus etiam infrigidat? Reſpondit ipſe, quod non videtur ſibi quod infrigidat, ſed calefacit. Et debetis ſcire, Magiſter Ortuine, quod in vita mea non vidi unum hominem ita luxurioſum. ſemper quando intravimus unum hoſpitium, tunc primum verbum fuit ad famulum hoſpitis: O famule, non habemus aliquid pro genibus? Dactilus meus ſtat mihi ita dure, ego ſcio quod vellem cum eo nuces ſupra percutere. Deinde venimus ad Tridentum, & parcat mihi Dominus, & vos etiam non habeatis mihi pro malo, quod ſcribo vobis veritatem: quia ibi etiam ſemel purgavi renes, vadens occulte ad proſtibulum, ſed poſtea de nocte oravi horas de beata virgine pro peccato illo. Fuerunt ibi multæ gentes, volentes ire ad Veronam, & facere ibi mirabilia. & dicebantur nobis grandia, quomodo Imperator velit captivare Venetiam. & vidimus Bombardas & alia multa, qualia non

vidi

vidi in vita mea. Et una Sabbatorum venimus ad Veronam. illa eſt pulchra civitas, habens muros, caſtra & fortalitia. & vidimus ibi domum Ditheri de Bern, ubi ipſe habitavit, & ibi ſuperavit & mortificavit multos gigantes, qui bellaverunt cum ipſo. Poſtea volentes procedere, diu non potuimus, propter metum Venetianorum, quia dicebatur quod eſſent in campo. & fuit verum: Quia poſtea apud Mantuam audivimus eos bombardare, quia iacebant ante Brixiam. Et dixit ſocius meus: hic natus fuit Virgilius. Reſpondi, quid curo illum paganum? Nos volumus ire ad Carmelitas, & videre Baptiſtam Mantuanum, qui in duplo eſt melior quam Virgilius, ſicut ego audivi bene decies ab Ortuino. Et dixi ei: quomodo ſemel reprehendiſtis Donatum, quando dicit: doctiſſimus Poetarum fuit Virgilius, vel optimus plebis? & dixiſtis: ſi eſſet Donatus hic, ego vellem ei in faciem dicere, quod mentitur: quia Baptiſta Mantuanus eſt ſuper Virgilium. Et quando venimus ad Clauſtrum Carmelitarum, dicebatur nobis quod Baptiſta Mantuanus eſt mortuus. Tunc dixi: Requieſcat in pace. Deinde venimus ad Bononiam. ubi fuit Sanctiſſimus, & etiam Rex Franciæ. Ibi audivimus Miſſam Papalem: & accepimus multas indulgentias pro omnibus peccatis, tam venialibus quam mortalibus, & fecimus confeſſionem. Tunc fuit ibi Reverendus pater, frater Iacobus de Hoch-

Hochſtraten, Magiſter noſter, & inquiſitor hæreticæ pravitatis. Et ego videns eum, dixi: O pater Reverende, quid excellentia veſtra facit hic? Ego putavi, quod eſtis Romæ. Tũc dedi ei literas veſtras, & literas Magiſtri noſtri Arnoldi de Tungaris. Tunc reſpondit mihi, quod vult impetrare per Regem Franciæ, quod Reuchlin debet declarari hæreticus, & ſpeculum oculare debet comburi. Interrogavi autem eum: Intelligit tunc etiam Rex iſtam materiam? Reſpondit: Licet ipſe non intelligit per ſe, tamen Theologi in Parrhiſia inſtruxerunt eum. Et confeſſor ſuus Wilhelmus Parvi, qui eſt vir zeloſus, dixit ei in confeſſione, quod non vult eum abſolvere, niſi vult facere cum Papa, quod Reuchlin declarabitur hæreticus. Et gaviſus ſum valde. & dixi: Det Dominus Deus, quod fiat ſecundum verba veſtra. Et inveni ibi multos Curtiſanos mihi notos, & invitavi eos ad hoſpitium. Deinde ivimus ad Florentiam. quæ eſt ita pulchra Civitas, ſicut eſt in mundo. Et poſtea Senam. ubi eſt Univerſitas, ſed ſunt pauci Theologi. Poſtea ſunt parvæ civitates. Et una vocatur Monte Flaſcon. Ibi bibimus optimum vinum, quale non bibi in vita mea. Et interrogavi hoſpitem, quomodo vocatur illud vinum? Reſpondit quod eſt lachryma Chriſti. Tunc dixit ſocius meus: Utinam Chriſtus vellet etiam flere in patria noſtra. Et ſic bibimus bonam poſitionem, & poſt duos

dies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

dies intravimus Romam. Laudetur Deus, qui liberavit nos de multis tribulationibus quæ ſunt in tota via: nec non in mala Scarparia. Sed nunc in Curia non intellexi aliqua nova, niſi quod vidi hic unum animal bene ita magnum, ſicut quatuor equi, & habet roſtrum ita longum, ſicut ego: & eſt mirabilis creatura. Quando vidi, tunc dixi, Mirabilis Deus in operibus. Ego vellem dare unum florenum, quod videre deberetis illam beſtiam: ſed credo per Deum, quod ſatis bene expedivi me ſcribendo. Vos ſimiliter faciatis, alias nunquam vobis ſcribam. Et valete ſaniter. Datum raptim Romanæ Curiæ.

Thomas Klorbius humiliter Theologiæ Doctor, M. Ortuino Gratio.

Quia ſcriptum eſt: Vexatio dat intellectum, ergo non debetis mihi habere pro malo, quod modicum teneo vobis oppoſitum: cum ego facio in bonam partem. Vos nuper ſcripſiſtis in uno dictamine, de uno Magiſtro noſtro, quod eſt valde doctus, & eſt doctor multorum annorum, & eſt profundus Scotiſta: & eſt valde curſivus in libris ſententiarum: etiam ſcit mente tenus totum librum doctoris ſancti de Ente & Eſſentia: & fortalitium fidei, eſt ei ſicut Pater noſter, & per artem memorativã impreſſit ſibi formalitates Scoti, ſicut ceram: & ultimo ſcribitis, quod eſt membrum decem Univerſitatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

um. Parcatis mihi; vos eſtis incongruus: quia unum membrũ non poteſt habere plura corpora: ſed per contrarium, unum corpus humanum habet plura membra: quia corpus humanum habet caput, pedes, manus, brachia, ventrem, priapum, vel vulvam ſi eſt mulier, & eſt mem brum hominis: & caput eſt membrum hominis, &c. Et totum corpus hominis habet ſub ſe illa membra: & illa membra ſubſunt huic corpori: ſicut ſpecies ſuo generi. Sed nullum iſtorum membrorum habet ſub ſe plura corpora. Sed ſi velitis dicere, quod talis Magiſter noſter eſt corpus decem Univerſitatum, iterum ego vellem reprehendere vos. Quia ibi putaret aliquis, quod decem Univerſitates eſſent membra illius Magiſtri, & quod ipſe conſtaret ex decem Univerſitatibus. quo poſito, fuerit ſcandalum illis decem Univerſitatibus, & ipſæ minorarentur exinde, cum unus homo (quia etiam Magiſtri noſtri, ſicut ſcitis, ſunt homines) diceretur eſſe dignior tot Univerſitatibus: quod eſt caſus impoſſibilis. Quia etiam doctor ſanctus non eſt plus quam decem Univerſitates. Quomodo ergo volumus emendare, quod dicimus recte? Advertatis, quia eſt quæſtio multum difficilis. Et quamvis pertinet ad Grammaticalia: tamen etiam plures Magiſtri noſtri non ſciunt. Ille ergo qui eſt immatriculatus in decem Univerſitatibus, etiam ad tempus ſtuduit in eis: audiens le-

ctiones,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ctiones, & ſervans ſtatuta: facto etiam & ſervato iuramento, exhibens honorem magiſtris & doctoribus: poteſt dicere: Ego ſum membra decem Univerſitatum, & non membrum. Et non eſt oratio incongrua, quamvis ſit ibi diſconvenientia in numero. Quia fit ibi appoſitio, ſicut in Virgilio: Formoſum paſtor Coridon ardebat Alexim, Delitias Domini. Quia ibi etiam Alexis, qui eſt ſolum unus ruſticus, dicitur eſſe delitiæ per appoſitionem. Et credatis mihi, quod eſt una ſubtilitas valde notabilis. Ego didici quando ſteti Lovaniæ, & nondum fui Bacculaurius, quando hęc materia fuit diſputata per quatuor dies. Non habeatis pro indignatione: quia ex bono ſcripſi vobis. & valete. Datum Confluentiæ.

Magiſter Otho Hemerlin, M. Ortuino Gratio.

SAlutis maximam copiam, venerabilis Magiſter. Dominatio veſtra magnã gratiam fecit mihi mittendo illum notabilem librum Ioann. Pfeffer. qui intitulatur, defenſio Ioan. Pfefferkorn contra famoſas. Ego non poſſum admirari ſatis, quod ſic notabiliter & excellenter ille vir reprehendit Ioan. Reuchlin. Et dixi, quando legi: iſte Reuchlin deberet libenter eſſe mortuus. Sed plebanus quidam ex noſtris bonus Reuchliniſta, ſemper opponit mihi, arguens à maiori ad minus. Et heri ante veſperas, quando ivi ſecum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

cum ſpaciatum, hæc verba exiverunt ab ore ſuo: Si Theologi non obtinuerunt contra Ioan. Reuchlin in Almania, multo minus obtinebunt in Curia Romana, quia in Italia ſunt doctiſſimi viri, & ſtatim intelligent ſtultitiam & vanitatem Theologorũ, quia Romæ non curantur tales Fraſcariæ. Et etiam dixit: Quale ſignum eſt hoc? quod Theologi non audent nominibus propriis ſcribere contra Ioannem Reuchlin & cohærentes, ſed ſubordinant unum Buſonem, qui neque honorem, neque bona habet perdere? & huic adſcribunt libros? Tunc reſpondi ego: Pfefferkorn quidem compoſuit materiam, ſed Magiſter Ortuinus poſtea latiniſavit. Dixit plebanus: Bene ſcio, quod Ortuinus compoſuit hoc latinum, quia ſtatim cognovi ſtilum ſuum. etiam ſcio quod ipſe Ortuinus eſt de bona progenie, ſcilicet Sacerdotali. Sed dicatis mihi unum. Vos habetis fateri, quod Pfefferkorn non ſcit Alphabetum Latinum: Et ſi non ſcit Alphabetum, multo minus ſcit legere: & ſi non ſcit legere, multo minus ſcit intelligere: Et ſi non ſcit intelligere: multo minus ſcribere & componere. Et ſi non ſcit legere, neque intelligere, neque ſcribere, multo minus ſcit diſputare de iſtis quæſtionibus quas nemo poteſt ſapere, niſi ſit profundiſſimus literatus. Quomodo ergo eſt poſſibile, quod ipſe compoſuit hanc materiam, vel latine, vel theutonice, vel hebraice? Reſpõdi, quod videtur mihi, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quod Pfefferkorn habet ita illuminatum intellectum: & ita ſæpe audivit iſtam materiã, quod adiuvante Deo, & ex inſtinctu Spiritus ſancti, bene poteſt diſputare deſuper. Et cauſa illa eſt ita facilis, quod Reuchlin poſſet vinci in ea etiam, per uxorem Pfefferkorni. Dixit Plebanus: Verum eſt hoc: quia credo quod uxorem Ioannis Pfefferkorn non vincerent quinque iuvenes quadrati ruſtici ex Weſtphalia: multo minus Ioan. Reuchlin, qui eſt ſenex & debilis, & per conſequens, impotens poterit eam vincere. Sed miror quod ſanctiſſimus dominus Papa, & etiam Imperator noſter permittunt tanta ſcandala fieri, per iſtum Iudaicum Bufonem, quod debet ſtare in loco ſacro, & prædicare populo, & dare benedictionem, & facere talia, quæ ſi faceret unus laicus, qui fuiſſet ſemper Chriſtianus, tamen nihil boni deberemus ſuſpicari de eo, multo minus de Iudæo baptizato, qui non debet probari, quod fuerit bonus Chriſtianus, niſi poſt mortem. Et ſi non deberent hoc pati, multo minus deberent pati, quod ipſe intromitteret ſe in diſputationes doctiſſimorum virorum, & ſcandalizaret honeſtiſſimos viros. Ipſe deberet ſuſpendi cum libris & ſcandalis ſuis, ſicut diu meruit. Reſpondi, quod prædicatio Ioannis Pfefferkorn non fuit Pontificalis, ſed fuit laicalis & ſimplex inſtruxio: ſed de libris eius manifeſtum eſt, quod ipſe defendit ſe contra Ioannem

Reuch-

Reuchlin, qui parvipendit eum. Et in Speculo ſuo manuali, corrigit iniuſtitiam Ioannis Reuchlin. Et quod ſit bonus Chriſtianus, præſumitur ex hoc, quod ſi non ſemper maneret bonus Chriſtianus, ipſe non eſſet ita iratus ſuper Iudæos, & faceret eis tanta mala. Dixit Plebanus: Scribere ſeu componere libros, eſt una magna res, & non competit niſi magnis & doctis viris, qui ſunt altiſſime graduati, multo minus Ioanni Pfefferkorn, qui eſt Idiota. Et ergo Theologi Colonienſes nunquam debuiſſent prætendere, quod vellent hominibus perſuadere, quod Pfefferkorn componit talia. Sed ſi ego eſſem Imperator, ego vellem Pfefferkorn & Hochſtrat ſuſpendere ad unum patibulum. Reſpondi: quid fecit Magiſter noſter Iacobus de Hochſtraten? tamen eſt bonus Imperialis. quod ego volo probare per Epiſtolā ſuam ad Imperatorem, in qua ſic ſcribit: Valeat, & in æternum gaudeat Cæſarea Maieſtas, quam Deus optimus maximuſque ſuæ Eccleſiæ conſervare dignetur per milia tempora felicem. Dixit Plebanus: ego vidi decem malefactores mortificari, & nullus fuit ita dignus mortis, ſicut Hochſtrat, qui tam bonum & innocentem virum ſic iniuſte tribulat & adhuc petiit etiam adiutorium a Rege Franciæ, qui eſt publicus inimicus Imperii, contra Ioannem Reuchlin; quod eſt crimen læſæ maieſtatis; & ſuper hoc Romæ lamentavit. Reſpondi, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quod Hochſtrat facit talia zelo fidei, & fides maior eſt quam Imperator, & Theologi non curant ſuperioritatem ſecularem. Tunc plebanus abſceſſit, dicens: O innocentiſſime Reuchlin, debes tu ſic tractari à peſſimis & nequitioſiſſimis tribulatoribus? Deus te conſervet. Sed ſi ulla eſt iuſtitia, tu non potes ſuperari in iſta cauſa. Poſſum dicere: zelabunt gẽtes, & nihil adverſum te poterunt. Reſpondi occulte: Fiant dies eius pauci, & Epiſcopatum eius accipiat alter. Per Deum, domine Ortuine, nos habemus multas tribulationes. Vellem quod iſta cauſa eſſet expedita: & ergo ſcribatis mihi tamen, quomodo ſtat in Curia Romana, & valeatis per tot annos, quot vixit Mathuſalem. Datum Vratiſlaviæ.

Magiſter Petrus Steinhart, M. Ortuino Gratio.

MUltum vellem vobis ſcribere, domine Ortuine, de novitatibus hinc inde, & bellis & guerris, & etiam de cauſa Ioa. Reuchlin. Sed iam ſum ita iratus, quod non poſſum ſedere præ ira, & ego non poſſum ſcribere talia, quia cor palpat mihi, quaſi unus percuteret cum pugno, quia eſt hic unus Almanus de partibus Miſnenſium, & ipſe promiſit mihi dare unum vocabularium Iuris. nunc non vult dare. ſed non iuvat. Et video, quod prætendit me vexare. Sed quia ſcitis, quod omne promiſſum cadit in debitũ, propterea feci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

feci eum citare. Tunc hodie ſcripſit mihi unam literam vituperativam, & ſcandaliſavit me quaſi bufonem. Ergo ſum ita iratus, quod neſcio quid debeo facere: Sed volo ire ad gubernatorem, & impetrare unum mandatum de accipiendo, quia iſte ſocius eſt mihi ſuſpectus de fuga. Et quando non mittit mihi ſtatim librum, tunc afferam famulos Pariſelli ad captivandum eum, & mittere in Pręſunam, & ſi tunc habebit, unam ſtrapecordam vel duas capiat ſibi: Quia volo eum docere, quomodo debet unum circumducere, & non tenere promiſſum. Et credatis mihi firmiter, quod volo rectificare illum ſocium, vel eſt damnum quod vivo: quia oportet me habere talem librum. Quia iam pono ſtudium meum in ordine, & emi libros in Iure, & in aliis, vadens quotidie quatuor horas ad Sapientiam, audiendo Inſtituta, & Infortiatum, & etiam in Iure Canonico, & Regulas Cancellariæ. Et inveni hic unum librum multum practicum, & eſt excellens, & ex illo diſco multa: ego credo quod in Almania non habetis eum: ipſe eſt mirabilis, & eſt valde declarativus & intitulatur, Caſus longi ſuper inſtitutis, & practicat pulcherrimas materias: & ita profunde declarat inſtituta, quod ſępe dividit unum paragraphum in decem partes, & procedit per modum Dialogi: eſt etiam quantum ad latinitatem valde elegans: Non poſſum vobis ſcribere quantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

eſt utile, habere talem librum. Sed non debetis dicere Iuriſtis in Colonia, qui ſunt fautores Ioanni Reuchlin, quia ſi haberent illum librum, magis ſubtiliter poſſent practicare. Ego bene ſcio, quod non habetis libenter, quod ſtudeo in Iure, quia ſæpe dixiſtis mihi, quod debeo ſtudere in Theologia, quæ beatificat, & eſt de maiori merito, quam illa jura, quæ faciunt curvum rectum & rectum curvum. Et allegaſtis mihi Richardum in uno paſſu. Attamen dico, quod oportet me facere: quia ſcientia Iuris eſt de pane lucrando. Unde verſus: Dat Galenus opes, ut ſanctio Iuſtiniani: Ex aliis paleas, ex iſtis collige grana. Et ſcitis bene, quod alias ſum pauper, & mater mea ſcripſit mihi, quod debeo cogitare ad habendum victum & amictũ. Quia amplius non vult mittere mihi pecuniam, & ſic eſt per Deum. Sed iam iterum cogito de iſto ſocio qui fecit me iratum. Valete cordialiter. Datum Romæ.

Magiſter Ioannes Pileatoris, M. Ortuino Gratio.

Salutes vobis plures
Quam ſunt in Polonia fures,
In Bohemia hæretici,
In terra Suicenſium ruſtici,
In Italia Scorpiones,
In Hiſpania Leones:
In Vngaria pediculi,

In Pap-

In Parrhiſia Articuli:
In Saxonia Potatores
Et in Venetia Mercatores:
Et Romæ Curtiſani:
In Almania Capellani:
In Friſia Caballi,
In terra Franciæ Vaſalli:
Piſces in Marchia,
Sues in Pomerania:
Oves in terra Angliæ,
Boves in regno Daniæ:
Meretrices in Bamberga,
Artifices in Nurmberga:
In Praga Iudæi,
Coloniæ Phariſæi:
Clerici Herbipoli,
Naves in Neapoli,
Buſco ducis acufices,
Francofordiæ Pellifices:
Nobiles in Franconia,
Nautæ in Selandia:
Sodomitici Florentiæ,
Ex ordine prædicatorum indulgentiæ:
Textores Auguſtæ,
Per æſtatem Locuſtæ:
Columbæ in VVetteravia,
Caules in Bavaria:
Haleces in Flandria,
Sacci in Turingia.

Id eſt, infinitas ſalutes vobis opto, venerabilis M. quia eſtis mihi ita charus, ſicut eſt

poſſibile in charitate non ficta. Sed poſſetis nicere, quod fingo illam dilectionem, quia non creditis quod eſt ita cordialis. Ita non volo multum ſcribere de illa. Unde verſus: Laus propria ſordet in ore. Teutonice. *Eigen Lob ſtinckt gern.* Sed in ſignum dilectionis mitto vobis hic duo munera, ſcilicet unum Pater noſter factum de cornu Bufli, & tetigit ſepulchrum SanctorumPetri & Pauli, & multas alias reliquias Romæ. Et cum hoc feci: tres miſſas ſuperius legi. Et dicunt, quod valet contra latrones & omnes interfectionales nequitias, quando aliquis orat Roſarium in eo. Secundo mitto vobis unam rem, quæ eſt ligata in panniculo, & habet virtutes contra ſerpentes, quia vidi experimentum, & quandocunque (Deus cuſtodiat) mordet vos unus ſerpens, tunc non nocet vobis, ego dedi unum Carlinum pro. Fuit hic unus in Campoflore, qui facit mirabilia per virtutem ſancti Pauli, & habuit multum de Serpentibus terribiliter formatis, ita quod eſt mirabile ad videndũ. Ipſe tangit eos, & non nocet: ſed quando mordet unum alium, tunc ipſe liberat eum per talem virtutem, dans homini illam materiam ſic ligatam. Et dicũt, quod eſt de illa progenie, cui ſanctus Paulus conceſſit talem virtutem. Quia quando ſanctus Paulus ambulavit in terris, tunc ſemel fuit hoſpitatus ab uno viro, qui tractavit eum cum ſumma reverentia, & faciens ei bonam compa-

companiam, præbendo comedere & bibere, & bona lectiſternia. & de mane quæſivit eũ: O bone Domine, non habeatis mihi pro malo. ego video, quod eſtis unus magnus vir, & habetis ſpecialem gratiam à Deo, & non dubito quod eſtis ſanctus, quia heri vidi vos facere miracula: rogo dicatis mihi, quis eſtis? Reſpondit ei ſanctus Paulus: Ego ſum Paulus Chriſti Apoſtolus. Tunc ilie vir cecidit in genua ſua, dicens: O ſancte Paule, parcatis mihi, quia neſcivi quis eſtis: & ego rogo, velitis Deum orare pro peccatis meis, & velitis mihi dare pro valedictione unam ſpecialem gratiam propter Deum. Dixit ei ſanctus Paulus: Fides tua ſalvum te fecit. & dedit ei talem gratiam, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, quod poſſunt ſanare homines, qui ſunt veneficati à ſerpentibus. Et iſte vir qui dedit mihi hoc, eſt de tali progenie, ſicut multotiens probavi. Ergo accipiatis pro bono, & ſcribite mihi novalia de guerris: & mittatis me ſcire, an ille Iuriſta Ioannes Reuchlin compoſuit adhuc alia contra vos, quia poſſibile eſt, quod fecit propter ſuam audaciam, quamvis nullis veſtris præcedentibus demeritis. Sed ſpero quod etiam bene confundetis eum: quia hic Dominus Magiſter noſter Hochſtrat dixit mihi, quod cauſa ſua bene ſtat, & quod debeo hoc vobis ſcribere. Valete, Romæ datum.

Fridericus Glantz, M. Ortuino Gratio.

SAlutis cumulum, honorabilis vir. Si non ſcitis prius, tunc volo vobis certificare nova, quod fui hic in guerra cum quodam Cantore; qui putat ſe eſſe magnum Dominum, ſed eſt adhuc ita bene pauper ſocius, ſicut ego & alii. Nos bibimus in ſimul. & ipſe dixit, quod portaſſet mihi unum totum cantharum cereviſiæ. & ego dixi quod non. & ita me Deus iuvet, quod non vidi, quod bibit. Tunc dixi: Domine cantor, ego non vidi quod bibiſtis, ſi vidiſſem, tunc libenter vellem reſpődere vobis, quia adhuc ſum imperterritus contra unum cantharum cereviſiæ. Tunc iuravit, quod portaſſet mihi, & dixit quod debeo bibere. Reſpondi: Portate mihi unum, & faciam vobis æquum. Tunc dixit quod portaſſet mihi, & ergo eſſem ei ſatisfacere obſtrictus. Reſpondi quod non vidi, & poſito caſu quod vidiſſem, tamen non tenerer ei, & de nullo iure poteſt me cogere, ad bibendum, quando no volo. Dixit ille: Imo poſſum vos cogere; Reſpondete. Ubi hoc legiſtis? Dixit, in l. vinum. ff. Si certum petatur. Reſpondi, vos allegatis mihi Iura, ego non ſum Iuriſta, ſed volo vobis interrogare deſuper. Et ſic ſolvi zecham & receſſi. Et dixit ipſe, quod nunquam in vita ſua vellet mihi portare aliquid. Reſpondi: dimittatis. Sic eſt factum, Magiſter Ortuine. Vos etiam per contrarium ſcribite mihi novalia,

& va-

& valete tam diu, donec unus paſſer ponderat centum libras. Datum Monaſterii.

F. Simon VVorſt Sacræ Theologiæ Doctor, M. Ortuino Gratio ſalutem.

POſtquam venit huc defenſio Ioannis Pfefferkorn contra famoſas, quam compoſuit in Latino, ſemper omni die audivimus hic nova. unus dicit ſic, alius ſic, unus eſt pro eo, alius pro Reuchlin, unus defendit eum, alius culpat, & eſt magnum certamen, & volunt invicem percutere ſe. Si deberem vobis ſcribere omnes guerras, quæ ſunt de hoc libro, olympiæ me tempus ſit defecturum. ſed tranſeantur. dicam pauca: Simpliciter plures dicunt, & communiter ſeculares, Magiſtri & Preſbyteri, & fratres de ordine Minorum, quod non eſt poſſibile, quod Pfefferkorn compoſuit iſtum librum: quia nunquam didicit unum verbum latinum. Reſpondeo quod hæc obiectio nihil valet, licet magnos etiam viros in hunc uſque diem pervertit, & male. Quia Ioan. Pfefferkorn, qui ſecum fert calamare & atramentarium, ea poteſt annotare, quæ audit, vel in ſermonibus publicis, vel in conventiculis, vel quando ſtudentes & fratres Prædicatores veniunt in domum ſuam, vel quando ipſe vadit ad balneum. Sancte Deus, quot prædicationes intra duodecim annos audivit? Quot admonitiones? quot ſanctorum patrum authoritates?

tes? quas ipſe, vel per ſe ipſum retinere, aut uxori ſuæ dicere potuit, vel ad parietem ſcribere, vel ad tabulam ſuam ponere. Et dixi ei nuper, quod Ioan. Pfefferkorn de ſe ipſo profitetur (citra iactantiam tamen) quod omnia illa quæ in Biblia vel in ſacris Euangeliis habentur, per ſe ipſum allegare poteſt ad omne propoſitum, ſive malum, ſive bonum, Iudaice ſive Almanice: & etiam ſcit mente tenus omnia Euangelia, quæ per totum annum exponuntur, & poteſt ea recitare ad unguem; quod non poſſunt facere iſti Iuriſtæ & Poetę: etiam habet filium nomine Laurentium, ingenuum profecto adoleſcentem, qui ſtuduit ita, quod eſt pallidus: ſed ego miror, quod permittit eum ſtudere in illis diabolicis poetis: ipſe recolligit patri ſuo ſententias Oratorum & Poetarum, tum ex ſuo, tum Præceptorum ſuorum ore, ad omnem materiam, & omne propoſitum, & ſcit allegare Hugonem: & ipſe Io. Pfeff. intelligit multa ex tam ingenuo adoleſcente, ita ut quæ ipſe indoctus facere non poteſt filius eius perficiet. Doleant igitur omnes, qui falſe circumtulerunt, quod ipſe non compoſuit ſuos libros, ſed Doct. & M. in Colo. componunt eos. Erubeſcat quoque, & in æternum ingemiſcat Ioan. Reuchlin, qui etiam dixit, quod Ioan. Pfefferkorn non compoſuit ſuum Manuale ſpeculum. de quo ſæpe apud doctos fuit cōtentio: quia tres viri dederunt ei illas authori-

ritates, quas ibi allegavit. Tunc unus dixit: Qui ſunt iſti viri? Reſpondi quod neſcio: ſed credo, quod ſunt iſti tres viri qui apparuerunt Abraam, ut legitur in Geneſi. Et quando dico talia, tunc ſubſannant me, vexantes ſicut ſcutonem. Ego vellem, quod diabolus percuteret eos plaga magna, ſicut ſcribitur in libro Iob, quem pro nunc in Monaſterio noſtro legimus ad menſam. Dicatis Ioanni Pfefferkorn, quod habeat patientiam; quia ſpero, quod ſemel Dominus Deus faciet miraculum. & ſalutate eum nomine meo. Etiam debetis mihi ſalutare uxorem eius, ſicut bene ſcitis: ſed occulte. & valeatis. Datum raptim, non valde ſpeculative. Antuerpiæ.

Conradus Vnckebunck, Magiſt. Ortuino Gratio.

NOnne mirabile eſt, venerabilis Domine Magiſter, quod parentes mei non mittunt mihi pecuniam, & tamẽ ſciunt quod non habeo unum obulum, & ſcripſi eis bene viginti literas. Si non volunt mittere mihi pecuniam, tunc per Deum, ego volo aliter facere. & credatis mihi, quod nuper habui in voluntate, quod volui me obligare ſub pœnis Cameræ, accommodando duos florenos Rhenenſes aut tres, & redire in patriam, & dicere eis opinionem meam ita groſſe, quod deberent tangere. Diabole, credunt quod ſum natus ſuper arborem? vel debeo come-

dere fœnum ſicut animal? Diabolus auferat me, ſi habui unum Carlinum in ſex menſibus. & ſemper nihil comedo, niſi ſalarum & cæpe, & allium, & aliquando unũ meneſtrum de fabis, vel herbis, vel ſpinaciam more Italico. Ego bene ſcio, quod fratres mei in patria comedunt piſces, & aves, & bona fercula, & non cogitant ſuper me. Sed ego non volo diutius pati, & debetis ipſis dicere: tunc ego etiam volo diligenter hic inſtare apud DOMInum meum quod promovebit negotium veſtrum, ſicut ſcripſiſtis mihi. Ego rogo vos; quando parentes mei dabũt pecuniam, quod velitis mihi mittere. Et cum hoc mittatis mihi unum fruſtum de certa: quia in tota Roma non habent bonam cretam, etiamſi velitis dare unum florenum pro ea: ſed ſicut ſcitis, quod oportet habere cretam, quia ſum logicus: & quando volo facere ſyllogiſmum, tunc non habeo atramentum ſuper. Etiam eſt faſtidioſum facere cum atramento. Et mittatis mihi ligas teutonicas ad ligandum caligas: quia faciunt ita malas ligas in Italia, quod eſt mirabile. Mitto vobis hic unam Veronicam, quæ tetigit capita ſanctorum Petri & Pauli, & multas alias reliquias: & mitto vobis unum Agnus DEI. Et debetis mihi ſalutare DOMINUM Valentinum de Geltersheym, Magiſtrum noſtrum colendiſſimũ, per DEUM. ego nunquam ita potuiſſem diſcere logicam, ſi non ſtetiſſem in Burſa ſua: quia ipſe eſt valde

de declarativus ; & ſuppoſita cito capiunt, quando ipſe legit. Valete plurime cum ſanitate mentis & corporis. Datum Romanæ curiæ.

Magiſter Marquardus Fotzenhut, Magiſtro Ortuino Gratio.

SAlutem cum ſervitute amicabili, venerabilis D. Magiſter. Sicut ſcribitis mihi, quod debeo notificare vobis de Magiſtro noſtro Jacobo de Hochſtraten : Scitote, quod Iuriſtæ faciunt ei magnam inſtantiam. Sed ſicut ego audivi : diabolus confundet eos : Quia multi Cardinales ſunt pro vobis, & præcipue Cardinalis S. Crucis : qui debet fieri Papa, quando ille Papa moritur. & audivi quod dixit : Ego volo defendere illum notabilem Theologum Iacobum de alta Platea, contra Reuchlin, etſi omnes Iuriſtæ in toto mundo ſtarent pro eo. ſicut etiam fecit, cum habuit ſemel articulos contra Petrum Ravennatem, qui etiam fuerunt multũ hęreticales. Et debetis pro certo habere, domine Ortuine : quod ille Cardinalis adhuc confundet omnes Iuriſtas, quia eſt bonus pro Theologis, & eſt etiam bonus pro Rege Franciæ, & Univerſitate Parrhiſienſi. Antiquus rex Francię voluit ipſum facere Papam. Etiam alias habetis bonam cauſam. Cum hoc, Magiſter noſter Iacobus dedit ante octo dies unam pinguem propinam vini, referendario cuiuſdam Cardinalis,

lis, quem non volo nominare, qui debet eum promovere apud Reverendiſſimum, ſicut bene ſcit. Fuit hic rumor, quod Epiſcopus Colon. eſt mortuus, & Comes de nova Aquila eſt electus in novum Epiſcopum. Si eſt verum, tunc volo dicere, quod Canonici Colonienſes ſunt magni ſtulti: quia Poeta & Epiſcopus proprie ſunt duo contradictoria. Etiam non eſſet bonum pro cauſa fidei: quia talis Comes eſt magnus fautor Ioannis Reuchlin. Quia dixit mihi quidam Curtiſanus, quod quando ex Colonia ivit ad Italiam, tunc ipſe dedit ei unam Epiſtolam, quã portavit Ioanni Reuchlin. & audivit ab aliis quod habet ſocietatẽ cũ multis poetis & novis Theologis, ſicut eſt Eraſ. Rotero. Qñado ego fui in Herbipoli, tũc fuit unus Poeta, qui vocatur Ulricus Huttenus, qui ſẽper ridet, & vexat Theologos & Magiſtros artium. Ipſe dixit in menſa, in uno hoſpitio, ad quendam alium nobilitarem: quod in illo die ſcripſit unam literam ad illum Comitem. Tunc reſpondit ille nobilitaris: quid tamen ſcribitis ad invicem? Reſpondit ille; quod ſcripſit ei, quod debet facere magnam diligentiam in cauſa fidei: & debet laborare pro Reuchlin contra Theologos, ne comburant Speculum oculare: & quod multum commendavit ei Ioan. Reuchlin tanquam patrem ſuum. & ego tacui, ne notaret, quod ſum fautor veſter. Et propterea dico vobis: quod non eſt bonum, ſi iſte

debet

debet eſſe Epiſcopus: ſed ſpero quod non eſt verum. Ergo ſcribatis mihi veritatem. Et vale à planta pedis uſque ad verticem capitis. Sicut dicit Eſaias. Datum in urbe Roma.

Iohannes Holckot Magiſtro Ortuino Gratio.

AMicabilitatem pro ſalute, excellens vir. Accepi literam veſtram quam compilaſtis in Colonia, & notetis, quod talis litera fuit compilata in die S. Margaretæ. Et ego accepi eam in die S. Bartholomæi, & quando accepi eam, tunc dixi: O diabole, iſta litera eſt diu ſcripta, & Dominus Ortuinus iraſcabitur mihi, & poteſt dicere: Quoniam iſte eſt ſuperbus, & non reſpondet mihi. Ergo peto venerabilitatem veſtram, quod habeatis me excuſatum, & non debetis dubitare, quod non eſt ita. Quia vos putatis, quod fui adhuc in Caſſel, & hoſpes meus, quando accepit eam, miſit mihi poſtea ad Margburck. Et ſic tranſivit multum tempus, quia actū ſum in Margburg, & reſumo duos iuvenes domicellos. Quando ergo vultis mihi literas mittere, debetis eas deſtinare huc. Et intellexi à vobis, quod componitis ſeu practicatis unum notabilem librum, quem vultis intitulare Defenſio Ioan. Pfefferkorn contra famoſas, & vultis eum dare ad impreſſurā, & ſcribitis, quod non vultis ponere nomen veſtrum; & cogitatis, quod eſt melius intitulare

tulare cum nomine Ioan. Pfeffer. quia Pfefferkorn non curat talia, & non timet Ioannem Reuchlin & ſuos cohærentes, ſi vellent aliquid componere contra eum. Sed volo vobis unũ aliud dicere: Quid ſi Reuchlin diceret? Ecce Pfefferkorn non ſcit Latinum, ergo non poteſt compilare talia, ſed Theologi in Colonia, & Ortuinus, qui eſt Poeta eorum, componunt tales ſcandalizationes, & poſtea dicunt, Pfefferkorn ſcripſit, nos non ſcripſimus. Ergo vellem quod conſiderabitis bene ante factum, ſi velletis poſtea negare quod ſcripſiſtis. tunc Reuchlin poſſet cognoſcere veſtrum ſtylum, & probare, quod vos compoſuiſtis, & ſic incurretis ſcandalũ. Er perdonate mihi, quod ſcribo ex amore. Valete. Datum Margburg.

Iodocus Klynge Baccalaurius, M. Ortuino Gratio.

VEnerabilis vir, quamvis ſum remotus à vobis corporaliter, tamen habetis ſcire, quod quoad mentem ſemper ſum vobis propinquus, cogitando de ſodalitate noſtra, quam habuimus invicem, cum ſtetimus Daventriæ. Ergo nuper ille Beanus veniens huc, & portans mihi illud veſtrum dictamen', dixit, quod dixiſtis ei: O ille Iodocus pro nunc eſt in patria, & habet bonos dies, & non curat pro me. Ego reſpondeo quod nihil eſt: Quia non ſum de talibus, & bene

bene ſcio, quomodo ſemper Daventriæ ſcripſiſtis ad parietem: Qui procul eſt oculis, procul eſt à lumine cordis. Et per Deum, heri quando fuimus in cœna, & habuimus de illis piſcibus de patria mea, qui vocantur Amæ, quia pater meus portavit mihi, tunc optavi vos, & dixi: O ſi Magiſter Ortuinus deberet eſſe præſens, & comedere de talibus piſcibus, tunc cor deberet mihi lætari. Reſpondit pater meus, Quis eſt ille Ortuinus? Tunc dixi ei, quod eſtis ſocius meus antiquus, & fuiſtis mecum Daventriæ, & quando ego fui ſecum domi, vos fuiſtis primarius: & poſtea in Univerſitate Colonienſi, fuiſtis depoſitor meus, quando depoſui Beanium, quia vos veniſtis unum annum ante me ad Coloniam: & poſtea ſteti vobiſcum uſque ad gradum Bacculaureatus: tunc vos accepiſtis magiſterium: ſed ego promotus in Bacculaurium, de gratia Dei receſſi ad Univerſitatem Wittenbergenſem: tunc fui ſcholiregahinc inde, & ſic non vidi vos. & dixi ei multa de vobis. Et dixi ei, quomodo ſemel feci vos ridere, quando allegavi vobis illud metrum: Veni Spandavvaggere. tunc inſpexerunt me Amæ: & dixi vobis, quomodo Beani in Spãdavv compoſuerunt tale metrum de teutonico in latinum, quia teutonicum ſic ſonat: *Ick kam gen Spandavv opp den dam, Dar ſegen mick die Plotzken an.* Et pro tunc dixiſtis mihi, quod prius neſciviſtis, quod ille piſcis,

ſcilicet

ſcilicet *Plotzken*, latinæ vocatur Amæ: & allegavi tale metrum, & vos riſiſtis intime: & conſequenter dixi vobis, qualiter ille piſcis eſt in magna copia apud nos: & unus, qui eſt ita longus ſicut brachium meum, vix ſolvit unum groſſum. dixiſtis: O Deus, ſi eſſemus ibi! Et ego heri optavi quod eſſetis mecum. Dixit autem Pater meus: credis quod etiam non habet piſces Coloniæ? Dixi ei, quod piſces Coloniæ ſunt in caro foro. Sed ſcripſiſtis mihi, quod negotium veſtrum non bene ſtat, & male procedit vobis in urbe Roma, & quod fautores Ioannis Reuchlin faciunt vobis magnas inſtantias. Debetis mihi credere, quod ita doleo de vobis, ſicut eſſetis mater mea. Sed ſpero quod Dominus Deus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. Id eſt, vos Colonienſis Theologi, poſtquam combuſſiſtis libros hęreticales, fructificabitis in Eccleſia Dei, prædicando, argumentando, diſputando novas materias, ſcribendo, & talia faciendo. Sic faciat filius Dei Chriſtus, qui ſit vobis clemens & propitius, Amen. Datæ Berlin in Marchia, ubi ſunt bona piſcalia.

Magiſter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Magiſter Bertholdus Hackſtro, M. Ortuino Gratio.

DIlectionem fraternalem loco ſalutis, honorabilis vir. Secundum quod reliqui vobiſcum, quod volo vobis notificare ſingula, & ſcribere quomodo ſto, ſcire debetis, quod nunc fui per duos menſes in urbe Roma, & non poſſum habere Patronum. Unus auditor Romę voluit me ſuſcipere. tunc fui lætus, & dixi: Bene eſt, Domine; ſed magnificentia veſtra velit mihi dicere, quid debeo facere. Reſpondit quod debeo eſſe in ſtabulo, & unum mulum ſervare in ordine, dando ei comedere & bibere, & ſtrigilando & mundificando. Et quando ipſe vult equitare, quod ſit paratus, & habeat frenum & ſellum & omnia. Et poſtea debeo currere cum eo ad audientiam, & iterum ad domũ. Ego dixi, quod non eſt pro me, quia ſum Magiſter artium Colon. & non poſſum talia facere. Reſpondit ipſe: Si non vis facere, tuum damnum. Et ſic credo, quod volo iterum ad patriam. Deberem ſtrigulare mulũ, & purgare ſtabulum, ego potius vellē, quod diabolus auferret illum mulum cum ſtabulo. Etiam credo quod eſſet contra ſtatuta Univerſitatis noſtræ: quia Magiſter debet ſe tenere ſicut Magiſter. & eſſet magnum ſcandalum Univerſitatis, quod Magiſter Colonienſis deberet facere talia. Ego volo redire in patriam

patriam propter honorem Univerſitatis. etiam alias non placet mihi Romæ, quia Copiſtæ & Curtiſani ſunt ita ſuperbi, quod non creditis. Unus heri dixit mihi, quod velit merdare ſuper unum Magiſtrum Colonienſ. Reſpondi, quod deberet merdare ad patibulum. Tunc dixit, quod ipſe eſt Magiſter, ſcilicet Curiæ, & unus Mgiſter Curiæ prævalet Magiſtris artium de Almania. Reſpŏdi, quod nō eſt poſſibile: & dixi, tu velles eſſe ita bonus ſicut ego, cum tamen non ſtetiſtis in examine ſicut ego, ubi quinque Magiſtri rigoroſe examinaverunt me, & ergo es Magiſter bullatus. Tunc incepit diſputare mecum, dicens: Quid eſt Magiſter? Reſpondi: eſt perſona qualificata, promota & graduata in ſeptem artibus liberalibus, præcedente examine magiſtrali, privilegiata, quod poteſt portare annulum aureum & ſericum ſub cappa, habens ſe ad ſuos diſcipulos ſicut Rex ad ſuum populum. Et Magiſter dicitur quatuor modis: Uno modo à magis & ter, quia Magiſter ter magis debet ſcire, quam ſimplex perſona. Secundo dicitur à magis & terreo, quia Magiſter debet eſſe terribilis in conſpectu ſuorum diſcipulorum. Tertio à magis & therom, id eſt, ſtatus, quia Magiſter in ſuo ſtatu debet eſſe maior, quam ſui diſcipuli. Quarto à magis & ſedere, quia Magiſter debet eſſe maior in ſua ſede, quam aliquis ſuorum diſcipulorum. Tunc ille interrogavit,

quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quis eſt author? Reſpondi, quod legi in Va-de mecum. Statim ipſe voluit reprehendere illum librum, & dixit, quod non eſt autenticus. Reſpondi, tu vis reprehendere illos antiquos, & tamen tu non ſcis melius. Ego neminem vidi Coloniæ reprehendere talem librum. Non habes verecundiam? Et cum indignatione magna receſſi ab eo. Et ergo noſtetis, quod volo redire in Almaniam, quia ibi Magiſtri ſunt Domini, & merito. Probo per Euangelium: quia Chriſtus etiam vocavit ſe Magiſtrum, & non Doctorem, dicens: Vos vocatis me Magiſter & Dominus, & bene dicitis, ſum etenim. Sed non poſſum plus ſcribere, quia pro nunc non habeo amplius papyrum, & eſt longum ad Campum Floræ. Valete. Datum in Romana Curia.

Magiſter Philippus Meſue; M. Ortuino Gratio.

HUmilem ſubiectionem loco ſalutis, venerabilis Magiſter. Quandoquidem promiſi vobis omnia ſcribere, quæ audio & video in cauſa veſtra, quæ merito vocatur cauſa fidei, quia univerſaliter concernit fidem Chriſtianam: Ergo ſciatis quod primo, quando veni huc, tunc magiſtri dixerunt mihi: Quid novi, quid novi, magiſter Philippe, quid novi de Colonia? Reſpondi, quod nihil novi ſcio, niſi quod noviter Domini Theologi & Inquiſitor hæreticæ pravitatis de or-

de ordine prædicatorum, combuſſerunt unum librum hæreticalem, qui intitulatur, Speculum oculare Ioan. Reuchlin. Reſpondit magiſter Ecbertus de Harlem, qui eſt vir doctus & probus, & debetis mihi credere, quod non eſt partialis. Ipſe dixit: Bene audivimus hic, quod combuſſerunt illum librũ, ſed etiam audivimus, quod non debite & iuſto modo proceſſerunt in illa cauſa, & commiſerunt maximum ſcandalum, quia nos hic etiam vidimus talem librum, & non videtur nobis, quod hæretica pravitas ineſt. Sed quod eſt maius, Theologi dederunt ſententiam, quando cauſa pendebat in Curia Romana, & Sanctiſſimus commiſit illam duobus Cardinalibus, & mandavit ſilentium ex utraque parte. Illo non obſtante Theologi Colonienſes combuſſerunt librum. Tunc dixi, quod fecerunt hoc propter Parrhiſienſes, & alias quatuor Univerſitates, quæ ſunt contra Reuchlin. Reſpondit magiſter Ecbertus: Etiam ſi decem univerſitates eſſent contra illum Doctorem, tamen debuerunt eſſe obedientes ſummo Pontifici, tanquam capiti Eccleſiæ. Reſpondi, quod præſumitur, quod tot Univerſitates non errant. Reſpondit ipſe, quod talis præſumptio non valet. Et ergo credatis mihi, quod iſtud negotium habebit malum finem. Tunc non volui amplius reſpondere. Et dixit: ſit a, vel b, ego non curo. Ergo, Domine Ortuine, notifico vobis

vobis talia, quod velitis eſſe cautus, quia timeo, quod Sententia erit contra vos, quia Papa eſt iratus, & ſi etiam Romæ perditis litem, tunc diabolus tenebit candelam. Roſtochienſes ſunt magni inimici Parrhiſienſium: Parrhiſienſes habent unum ſtatutum, quod non accipiunt ad facultatem ſuam Mag. Roſtochienſes. Sed vos forte ſcitis, quid debetis facere. Commendo me vobis. Datum Roſtock.

Magiſter Adolphus Klingeſor, M. Ortuino Gratio.

SAlutis tantum ſit magiſtro Ortuino, quã-tum non poteſt in hac litera ſtare, & nũcius non poteſt portare, & nemo poteſt dicere, & nemo poteſt ſcribere. Et cum hoc etiam vellem, quod eſſetis lætus, & non cruciaretis vos ſic in cauſa fidei. Ego nunquã ſuadeo vobis, quod debetis eſſe ita triſtis, ſed permittatis vobis requiem. Ipſi etiam multa dicunt mihi hic, quia ſum Colonienſis, ſed ego rideo, quaſi non curans, aliquando etiam reſpondeo ipſis, vexans eos iterũ. Sicut nuper, quando unus (qui etiam ſtetit Coloniæ ante decem annos) dixit mihi, quod non credit quod Pfefferkorn adhuc eſt bonus Chriſtianus: quia dixit, quod vidit eum ante unum annum, & adhuc fœtebat ſicut alius Iudæus, & tamen dicunt communiter, quod quando Iudæi baptizantur, non amplius

amplius fætent: ergo credit quod Pfefferkorn habet adhuc nequam poſt aures. Et quando Theologi credent, quod eſt optimus Chriſtianus, tunc iterum erit Iudæus. & fides non eſt ei danda, quia omnes homines habent malam ſuſpicionem de Iudæis baptizatis. Tunc dixi: Sancte Deus, vultis arguere ex ſuſpicionibus? Homines credunt, quod Iudæi baptizati ſunt mali Chriſtiani, ergo Pfefferkorn eſt malus Chriſtianus. Non ſequitur. Ego etiam poſſum ſuſpicari quod magiſter noſter Arnoldus de Tungaris eſſet Sodomita, ſed tamen non eſſet verum, quod Coloniæ omnes tenent, quod eſt purus virgo. Sed reſpondeo vobis ad illud obiectum: Vos dicitis quod Pfefferkorn fœtet. Poſito caſu quod eſt verum, ſicut non credo, neque unquam intellexi: dico quod eſt alia cauſa huius fœtoris. Quia Ioan. Pfefferkorn, quando fuit Iudæus, fuit macellarius, & macellarii communiter etiam fœtent. Tunc omnes qui audierunt dixerunt, quod eſt bona ratio. Sic etiam rogo vos, quod non velitis nimis triſtari in illa cauſa, quia ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Valete. Datum Francofordiæ ad Oderam.

Henricus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Henricus Schaffmulius, M. Ortuino Gratio S. P. D.

CUm priuſquam ambularem ad Curiam, dixiſtis mihi, quod ſæpe debeo vobis ſcribere, & aliquando debeo dirigere aliquas quæſtiones Theologicales ad vos, tunc vultis mihi eas ſolvere, melius, quam Curtiſani Romæ: ergo nunc quæro dominationem veſtram, quid tenetis de eo, quando unus in die Veneris, id eſt, feria ſexta, vel alias quando eſt ieiunium, comedit ovum, & eſt pullus intus. quia nuper in Campo Floręſedimus in uno hoſpitio, & fecimus collationem, & comedimus ova, & ego aperiens ovum, vidi quod iuvenis pullus eſt in eo. oſtendi ſocio meo. tunc ipſe dixit: Comedatis cito antequam hoſpes videt, quia quando videt, tunc oportet ei dare unum Carlinum vel Iulium pro gallina, quia eſt hic conſuetudo, quod quando hoſpes ponit aliquid ad tabulam, tunc oportet ſolvere, quia non volunt recipere. Et ſi videt, quod iuvenis gallina eſt in ovo, ipſe dicit: Solvatis mihi etiam gallinam. quia computat parvam ſicut magnam. Et ego ſtatim bibi ovum, & ſimul illum pullum intus, & poſtea cogitavi, quod fuit dies veneris, & dixi ſocio meo, vos feciſtis, quod feci peccatum mortale, comedendo carnes in feriis ſextis. Et dixit ipſe, quod non eſt peccatum mortale, imo non

eſt

eſt peccatum veniale, quia ille pullaſter non reputatur aliter quam ovum, donec eſt natus, & dixit mihi, quod eſt ſicut de caſeis, in quibus aliquando ſunt vermes, & in ceraſis & in piſis & fabis recentibus, ſed tamen cõedantur in ſextis feriis, & etiam in vigiliis Apoſtolorum. Hoſpites autem ita ſunt pultroni, quod dicunt, quod ſunt carnes, ut habeant plus pecuniam. Tunc ego abivi, & cogitavi ſuper: Et per Deum, magiſter Ortuine, ego ſum multum turbatus, & neſcio quo debeo me regere. Si vellem libẽter conſilium quærere ab uno Curtiſano, tunc ſcio, quod non habent bonas conſcientias. videtur mihi, quod iſtæ iuvenes gallinæ in ovis ſunt carnes, quia materia eſt iam formata & figurata in membra & corpus animalis, & habet animam vitalem. aliud eſt de vermibus in caſeis & aliis, quia vermes reputantur pro piſcibus, ſicut ego audivi ab uno medico, qui eſt valde bonus Phyſicus. Ego rogo vos multum cordialiter, quatenus velitis mihi reſpõdere ad propoſitam quæſtionem. Quia ſi tenetis quod eſt peccatum mortale, tunc volo hic acquirere unam abſolutionem, antequam vado ad Almaniam. Etiam debetis ſcire quod Magiſter noſter Iacobus de Hochſtraten acquiſivit mille florenos, & Banco, & credo quod lucrabit cauſam, & diabolus confundet illum Ioannem Reuchlin, & alios Poetas & Iuriſtas, quia volunt eſſe contra Eccleſiam

Dei,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Dei, id eſt, contra Theologos, in quibus eſt fundata Eccleſia, ut Chriſtus dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et commendo vos Domino Deo. Valete. Datum in urbe Romana.

VVilhelmus Storch Magiſtro Ortuino Gratio ſalutem P. D.

QUid eſt quod multſt ſcribitis mihi de vobis, & tamen non repræſentatis mihi ſemel illum librum, quem ſcripſiſtis contra Ioan. Reuchlin. Et ſcribitis mihi quod habuiſtis bonum ingenium, quando compoſuiſtis illum librum, & creditis quod talis liber erit multum notabilis, ita quod unus impreſſor voluit vobis dare viginti florenos, quod mitteretis eum imprimere, & ſcribiris mihi, quod vultis mihi mittere copiam, quod debeo oſtendere hic Curtiſanis & Copiſtis, & vexare eos. Quia non vult credere, quod in Almania ſunt etiam ita bene Poetæ, ſicut in Italia. Et eſſet bonum, quod mitteretis mihi eum. Sed non facitis: & tamen ſemper ſcribitis, quod vultis facere. Et ego rogo vos, quod velitis mihi mittere illud dictamen ſeu librum. Quia volo hic vexare aliquos copiſtas: qui credunt, quod nemo ſcit aliquid quam ipſi. Etiam reprehendunt hic carmina mea, quando aliqua ſcribo, dicentes: quod non ſunt bene compilata. Videatis tamen ſi eſt verum, quia hic mitto vobis unum, quod

compoſui nuper quando Magiſter noſter Hochſtrat advenit, & poſui ad Paſquillum in honorem illius Doctoris. Quia eſt vir ſingularis, & defendit fidem Catholicam contra multos hæreticos. Et eſt tale carmen.

Carmen Magiſtri Wilhelmi Storch, Daventrienſis, quod compoſuit ad Intronisationem R. Patris Fra. Iacobi de Hochſt. Ordinis Prædicatorum, Magiſtri noſtri, & Inquiſitoris hæreticæ pravitatis.

NOtum ſit hic omnibus, parvis nec non ſenibus:
Qualiter unus Magiſter noſter, qui eſt doctus excellenter,
Et vocatur Iacobus de Hochſtraten, quod eſt ſuum proprium nomen,
Eſt in hac civitate: & vadit cum magna gravitate.
Sed venit ex Almaniæ partibus, ubi collegit multos caſeos
In magna quantitate. & in una Vniverſitate
Tandem fuit graduatus, & in Theologia qualificatus:
Quia ibi ſubtiliter diſputavit, & multos ſyllogiſmos formavit
In Baroco & Celarent, ita ut omnes admirarent.
Quod videntes ibi Theologi, qui ſunt in fide zeloſi,

Fecerunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Fecerunt eum inquiſitorem contra hæreticam pravitatem.
Sed poſſet aliquis quærere: quid vult talis hic facere?
Advertatis diligenter, quia dico vobis libenter.
Eſt ibidē in Almania unus Doctor in Iuriſtria,
Qui Ioannes Reuchlin vocatur. ille per hunc Magiſtrum noſtrum citatur
Ad Romanam Curiam: Quia ſcripſit unam materiam,
Quæ non eſt Theologicalis, ſed videtur eſſe hæreticalis,
Quia habet multas propoſitiones in fide ſcandalizativas.
Et debet notum eſſe vobis, quod ille liber favet Iudæis,
Et propterea eſt ſuſpectus. Ergo nuper ab illo inquiſitore perlectus,
Fuit ad ignem damnatus, & auctor ad revocationem vocatus.
Etiam ſciatis, iſtum librum Speculum oculare dictum.
Sed ille Magiſter noſter iam venit ad Romanam Curiam,
Ad perficiendum illud negotium, quia Theologi non permiſerunt ei ocium:
Donec huc veniret, & faceret, quod ille Iuriſta periret.
Ergo debetis eum honorare, atque reverenter ſalutare,
Quando eſt vobis obvius, quia eſt valde diſputativus,

Et quantum ad primas intentiones, paucos habet ſimiles.

Ipſi dicunt, quod non eſt recte compoſitum ſeu comportatum in pedibusſuis. Et ego dixi: Quid ego curo pedes? Ego tamen non ſum Poeta ſecularis, ſed Theologicalis, & nec curo nec habeo reſpectum ad iſta puerilia, ſed tantum curo ſententias. Quapropter, Domine Ortuine, debetis mihi omni modo reſpondere ad hoc dictamen, & debetis literas ponere in Bancum. Etiam volo vobis nova ſcribere, quod quidam homines, qui vocantur Hiſpani, vadunt ad Lombardiam, & dicunt quod Imperator vult expellere Regem Franciæ. quod non eſſet bonum pro Magiſtro noſtro de Hochſtraten, quia ipſe per Regem Franciæ ſollicitat negotium ſuum apud ſanctiſſimum, & Chriſtianiſſimus Rex multum petit pro eo, propter honorem Univerſitatis Parrhiſienſis, quæ ſcandalizaretur ex hoc, ſi Speculum oculare non combureretur. Sed iam nihil magis ſcio. Valete in gaudio. Datum Romæ.

Magiſter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Magiſter Bernhardus Gelff, unus ex minimis, Magiſtro Ortuino Gratio ſalutem.

VEnerabilis ſeu præſtans vir, quamvis non habeo notitiam veſtri, quoad perſonam, tamen quoad famam novi vos. Et iam dudum eſt, quod intellexi de cauſa veſtra; quæ vocatur cauſa fidei contra Ioan. Reuchlin. & habeo mecum totum proceſſum. & diſputo quotidie cum Curtiſanis & Copiſtis. qui defendunt Ioan. Reuchlin. Et quando iſte Curſor præſentium lator dixit mihi, quod vult ire ad Almaniam, & per Coloniam habet facere iter, dixi tunc: per Deum ſanctum, ego volo contrahere notitiam cum M. Ortuino, & ſcribere ei unum dictamen. Tunc iſte dixit: O per Deum faciatis, ipſe multum gaudebit. & dixit mihi, quando exivi Coloniam: Dicatis omnibus Theologis & Magiſtris, & Artiſtis & Poetis, qui ſunt Romæ, quod ſcribant mihi. quia libenter habeo quod docti viri, & qui ſunt bene qualificati, ſcribunt mihi dictaminas. & quando ſic ſcribunt mihi, tunc ego colligo illas literas, & poſtea facio unum librum ex illis, & facio eas imprimere. Reſpondi ei: Bene ſcio, quia vidi bene unum librum, qui intitulatur Epiſtolæ obſcurorum virorum, & multum delectat me, quando lego, quia eſt notabiliter bonus: habens in ſe de multis ma-

teriis hinc inde. Ergo M. Ortuine rogo, dominatio veſtra velit me habere commendatum, quia ſum mirabilis fautor veſter, & amo vos incredibiliter. Etiam debetis me cõmendare Ioanni Pfefferkorn, quondam Iudæo, ſed nunc feliciter in Chriſto baptizato. Liber ſuus, qui intitulatur Defenſio Ioannis Pfefferkorn contra famoſas, eſt mihi portatus ex Almania, & legi eum per totum: & ſignavi notabilia, & cõtinuationes in margine, & multum teneo de tali libro. Sed debetis ei dicere, quod eſt unus Officialis Curię, qui eſt ſingulariſſimus fautor Ioan. Reuchlin. Ipſe collegit aliquos articulos ex tali libro Ioannis Pfefferkorn, & vult probare, quod in talibus articulis, partim eſt hæreſis, partim crimẽ læſæ maieſtatis, & dicit, quod fiat inquiſitio contra Ioannem Pfefferkorn, de hæreſi & crimine læſæ Maieſtatis. Mitto vobis hic unam ſchedulam, in qua ſcribuntur illi articuli, & continentur contra ipſos ſolutiones, quas ego replicavi. Quia diſputavi cum illo Officiali, & defendi Ioan. Pfefferkorn pro poſſe meo. Et ſic valete, habens me pro noto & amico veſtro. Datum in Curia Romana.

Articuli extracti de libro Ioannis Pfefferkorn contra Reuchlin & quoſdam Reuchliniſtas, qui liber intitulatur Defenſio Ioannis Pfefferkorn contra famoſas. Et ſunt tales articuli à Reuchliniſtis excerpti pro hæreticis, & habentibus in ſe crimen læſæ Maieſtatis,

quod

quod favente Deo, non eſt, nec fuit, nec erit verum.

Primus Articulus.

Dicit Reuchliniſta: quod Ioan. Pfefferkorn in libro ſuo, qui intitulatur Defenſio Ioan. Pfefferkorn contra famoſas, in Epiſtola ad ſanctum D. Leonem X. Pont. Max. blaſphemat & committit crimen læſæ Maieſtatis, appellando Papam miniſtram Domini, quaſi ſit fœmina, ſicut legimus quod ſemel una fœmina fuit Papa. Sic enim ſcripſit A. 2. col. Tuam itaque ſanctitatem velut Domini noſtri in terris locum tenens ac miniſtram. Etiam habet in ſe hæreſim iſte Articulus, quia vult ibi Pfefferkorn innuere, licet non expreſſe, tamen implicite, quod tota Eccleſia erraverit faciendo mulierem in Papam: quia ille error eſt maximus: ſed qui Eccleſiam dicit errare, de facto eſt hæreticus. Ergo reſpondeo, quod Ioan. Pfefferkorn qui non eſt bonus Grammaticus, & non intellexit latinum, putavit, quod Papa eſt generis fœminini, ſicut Muſa: quia ut ipſe audivit ab aliis: Nomina in A ſunt generis fœminini, exceptis excipiendis. unde alter: Sit tibi nomen in A muliebre: ſed excipe plura. Unde patet quod Ioan. Pfeffer. in præſenti tractatu ſcribit ſicut Theologus: ſed Theologi non curant Grammaticam, quia non eſt de ſua facultate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

SECUNDUS ARTICULUS.

Reuchliniſtæ arguunt Ioan. Pfeffer. in multis locis, ſicut a.i. & k.iij, quando vult jurare, quod aliquid ſit verum, dicit medius fidius, quaſi diceret, per meum Deum fidium. Nam medius fidius interpretatur meus Deus fidius: unde manifeſtum eſt, quod ipſe Ioan. Pfeffer. eſt Idololatra, & non habet Chriſtum pro Deo ſuo, ſed Fidium, qui fuit idolum apud veteres paganos. Reſpondeo, quod Pfeffer. iuravit ibi medius fidius non reſpiciendo ad hunc terminum fidius quod eſt forſitan proprium alicuius Idoli: ſep ipſe utitur illo termino, in quantum eſt adverbium. Et ſic ponit Donatus, qui eſt autenticus, & legitur in ſcholis, & eſt dicere medius fidius, id eſt, certe, vel ſerioſe. Vel dic, ut prius, quod Ioannes Pfeffer. non curet Grammaticam: vel dic, quod medius fidius eſt idem quod per meam fidem; & ſic audivi ab uno Poeta.

TERTIUS ARTICULUS.

Dicit Reuchliniſta. Quiſquis dicit ſe ſuſtentare Eccleſiam, eſt hæreticus, ſed Ioan. Pfeffer. dicit ſe ſuſtentare Eccleſiam, ergo eſt hæreticus. Maiorem probo, quia qui dicit ſe ſuſtentare Eccleſiam, præſumit, quod tota Eccleſia eſt in errore, & niſi ipſe ſuſtentaret eam, caderet & deſtrueretur. Etiam talis videretur eſſe Antipapa, id eſt, volens eſſe Papa con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

pa contra illum Papam quem elegit communis Eccleſia. Quia ſuſtentare Eccleſiam eſt officium Papæ. Sed Pfeff. arrogat ſibi hoc officium, ergo eſt Antipapa, & hæreticus, innuens, Papam errare, & non eſſe bonum Paſtorem. Minor patet ex verbis Ioan. Pfeff. qui ſcribit in eodem libro: Se eſſe humile Eccleſiæ membrum. Sed humile membrum in corpore eſt pes, quia pedes ſtant humi, id eſt, in terra: Pedes autem ſuſtentant corpus, & amotis pedibus cadit corpus. Ergo Pfeff. præſumit, quod Eccleſia ſtat in ſe, & ipſe ſuſtentat Eccleſiam. Reſpondeo quod Pfeffer. non ſumit terminos ſic ſtricte, & prout in ſua prima impoſitione ſignificat. Sed dicit ſe mẽbrum, id eſt, partem Eccleſiæ, ſicut omnis homo Chriſtianus, dicitur eſſe pars Eccleſiæ, vel etiam membrum largo modo utẽdo terminis. & ſumitur ibi humilis pro devoto & ſimplici, ſicut etiam in Epiſtola ad Papam idem Ioan. Pfeffer. dicit: Quanquam minime dignus ſum, ut vel ad ſacratiſ. pedes tuos, &c. Ergo non debet intelligi quod Pfeffer. loquitur contra Papam.

QUARTUS ARTICULUS.

Dicit Reuchliniſta, Pfeffer. tenet, quod fides Chriſtiana eſt falſa, & hoc ſuiſmet verbis affirmat. Sic etiam ſcribit ſe dixiſſe ad Moguntinenſem Epiſcopum in libro pręfato, D. 1. Si fides Chriſtiana eſt vera, Reuchlin

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

nullam perfidiam mihi facturus eſt. Sed poſtea plus quam in ducentis locis, & etiam in aliis ſuis libris prius ſcriptis, vocat Ioannem Reuchlin perfidum. Ergo manifeſtiſſime dat intelligere, quod non credat fidem Chriſtianam eſſe veram. Reſpondeo: quod illa verba ſunt limitanda. Quia quando dixit Pfeffer. Si fides Chriſtiana eſt vera, ſubintelligendum eſt, & Reuchlin eſt verus Chriſtianus: quia ſi Reuchlin fuiſſet verus Chriſtianus, nunquam feciſſet tantam perfidiam. Vel dico & melius. Quia Ioan. Pfeffer. pro tunc ita ſenſit, quia omnes ſumus homines, & humanum eſt errare. Sed tunc ſtatim fuit ab Epiſcopo caſtigatus, & patienter tulit illam correctionem, faciens pœnitentiam. Quia ſcribit quomodo Epiſcopus dedit ei alapam, quando dixit illa verba, & ſic habuit illam correctionem pro peccato ſuo.

QUINTUS ARTICULUS.

Dicit Reuchliniſta, Pfeffer. facit ſe maiorem Chriſto, quia in hoc libro ſic dicit F.i. Sic me tradidit Reuchlin, ſicut Iudas Chriſtum: & multo peius. quaſi diceret, peius eſt quod Pfeff. traditus eſt, quam quod Chriſtus: vel magis merito Chriſtus eſt traditus quam Pfeffer.: vel Chriſtus dignior fuit paſſione quam Pfeffer. Sed talia dicere ita aperte eſt hæreticum, quod aliquis poſſet tangere cum digitis ſuis. Reſpondeo, quod quando Pfeffer.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

fer. ibi dicit, quod ſit peius traditus quam Chriſtus, vult intelligere, quod Reuchlin tradidit eum Cæſari. Sed Chriſtus tantum fuit traditus Scribis & Sacerdotibus, qui ſunt minores quã Cæſar. Et ſic videtur eſſe peius, id eſt, terribilius, quod aliquis traditur Cęſari quam Sacerdotibus, & Scribis, qui non habent ita magnam poteſtatem.

Sextus Articulus.

Dicit Reuchliniſta, Pfeffer. committit iterum crimen læſæ Maieſtatis, & hoc multipliciter. Dicit enim O. i., omnes amicos & fautores Ioan. Reuchlin, Principes & alios, doctos, & indoctos, peccare in hoc, quod Ioanni Reuchlin favent; ſed tales ſunt in Germania bene decem Principes, & Dominus Imperator met, & multi Cardinales & Epiſcopi Romæ, & ipſe ſanctiſſimus Dominus Papa Leo, qui nuper, quando legit Epiſtolam Ioannis Reuchlin, multum laudavit talem virum, & dixit, quod vult eum defendere contra omnes fratres, & talia dixerunt Reverendiſſimi Cardinales, S. Marci, & S. Gregorii, & S. Chryſogoni, & alii plures. Reſpondeo quod Pfeffer. fecit hoc amore veritatis, quæ eſt maior quam Papa & Imperator, & omnes Cardinales & Epiſcopi, & Principes. Et ergo in proteſtatione ſua finali O. iiij. ſic excuſat ſe: Me ipſum duce veritate, & ſine alicuius defendi. Nam Hieremiæ

vaticinio: Maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine, & melius eſt incidere in manus hominum, quam in manus omnipotentis Dei. Et ergo putat, quod melius eſt offendere Papam & Imperatorem, quam veritatem, id eſt, Deum: quia Deus eſt veritas.

SEPTIMUS ARTICULUS.

Dixit Reuchliniſta, Pfefferkorn in eodem libro uno eodemque loco committit hæreſim, & crimen læſæ Maieſtatis. Quia dicit O.i. colum. 2. Non pugnatur hic gladio, non viribus, non haſta progreditur in campum (quod ſuperbiæ crimen eſt) cum Rege miles: ibi enim dicit, quod bellare & ire in cãpum ſuperbiæ crimen eſt: ſed hoc faciunt Papa & Imperator, & ſemper fecerunt, & etiam multi qui ſunt in Catalogo ſanctorũ. Si ergo ire in campum eſſet crimen ſuperbiæ, tunc illi ſancti & Imperator modernus, & etiam Papa, eſſent in peccato mortali, & per conſequens erraret Eccleſia, quæ habet pro ſanctis. Ergo Pfeff. directe eſt contra ius Canonicum & Civile, contra Imperatorem & Papam, contra Eccleſiam & Imperium. Reſpondeo, quod hæc verba ſunt limitanda. quorum talis erit intellectus, quod bellantes cum armis, & vadentes in campum, cõmittunt crimen ſuperpiæ, in quantum ſine iuſta cauſa aliis faciunt iniuriam. Sed quando Imperator & Papa gerunt bellum, tunc præſumi-

ſumitur, quod faciunt pro defenſione Eccleſiæ: & ſic Pfeffer. non reprehendit eos.

OCTAVUS ARTICULUS.

Dicit Reuchliniſta, Pfefferkorn arguit Imperatorem quod mentitur, quia ſic ſcribit O. ij. colum. prima, contra Reuchlin. Ego contradico, eum eſſe proditorem Dei & hominum, & Cæſareæ Maieſtatis perfidum conſultorem. In his aperte tenet oppoſitum Imperatori, & vocat eum mendacem, quia Dominus Imperator in Epiſtola ſua ad Papam, & etiam in multis mandatis & commiſſionibus, hinc inde vocat Ioannẽ Reuchlin ſuum fidelem conſiliarium & conſultorem. Quomodo ergo poſſet maiorem blaſphemiam facere, quam vocare eum mendacem? Unde irremiſſibiliter meruit pœnam læſæ Maieſtatis. Reſpondeo, quod ille textus diſtinguendus eſt & punctandus, ita ut poſt hoc verbum Maieſtatis ponatur duo puncta. Quia Reuchlin forte eſt fidelis conſultor Imperatoris in ſuis rebus, ſed non fuit fidelis in Ioãnis Pfeffer., ut ipſe probat multis argumentis. Et ergo nemo debet putare, quod Ioannes Pfeffer. loquitur contra Imperatorem, quia ipſe eſt bonus imperialis, ut apparet in ſuis libris hincinde, teutonicis & latinis.

NONUS ARTICULUS.

Dicit Reuchliniſta. Quod omnium maximum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

mum & grandiſſimum & horribiliſſimum & diabolicíſſimũ & infernaliſſimum eſt: Ioannes Pfefferkorn reprehendit Papam & Curiam, attribuendo eis crimen falſi. Sic enim ſcribit I.iiij.Cæterum omnia hęc, id eſt, ipſius ex urbe Roma commiſſionem, nimis iuſte imo iniuſtiſſime acquiſitam, hæreticæ pravitatis Magiſter non curavit, &c. Sed Papa dedit illam commiſſionem, ergo Papam vituperat Ioan. Pfeffer., quod non bene adminiſtrat iuſtitiam: quod eſt ita hæreticum, ut mereatur tres ignes. Reſpondeo: Pfefferkorn non dicit ibi, quod Papa vel Curia Romana iniuſte dedit illam commiſſionem, ſed vult intelligere, quod Reuchlin iniuſte acquiſivit eam. Et ergo Ioannem Reuchlin appellat iniuſtum, & non Papam.

DECIMUS ARTICULUS.

Dicit Reuchliniſta. Pfefferkorn iterum cõmittit crimen læſæ Maieſtatis, quia manifeſte mentitur de Imperatore & Epiſcopo Colonienſi. Quia dicit, quod quidam inquiſitor hæreticæ pravitatis ex commiſſione Cæſareæ Maieſtatis, cum appoſitione manus Epiſcopi Colonienſis, combuſſit Speculum oculare Coloniæ. quod eſt falſiſſimum: quia neque Cæſarea Maieſtas commiſit hoc, neque Epiſcopus unquam appoſuit manum, quia ſi Imperator commiſiſſet hoc, non iam laboraret pro Reuchlin, ſctibendo ad Papam, quod debet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

debet ſibi conſiliarium defenſum habere cõtra infidos & captioſos Theologos. Ergo Pfefferkorn manifeſte eſt falſarius, quia falſificat vel mentitur commiſſiones Imperiales. Reſpondeo, quod de Epiſcopo Colonienſi non curatur, quia eſt mortuus. Sed de Imperatore Ioannes Pfeffer. loquitur intentionaliter, & implicite, quantum ad primam Imperatoris mentem. Quia primo quando Ioannes Pfefferkorn incepit iſtud laudabile negotium in cauſa fidei, ut faceret comburere libros Iudæorum, tunc Imperator fuit intentionatus, ut videbatur, quod vellet comburere omnes libros, qui ſunt contra fidem Chriſtianam. Sed liber Ioannis Reuchlin eſt talis. Ergo Imperatori videbatur, quod vellet etiam eum committere ad comburendũ. Igitur Pfeffer. ſcribit, quod Imperator commiſit, videlicet implicite, non expreſſe. Et ipſe putat, quod ſatis fuit, quod Imperator commiſit ei ſemel de libris Iudæorum, ſub quibus reprehenduntur etiam libri hæreticales. Quia audivi ego, quod ſi Imperator manſiſſet in illo laudabili propoſito, tunc Theologi voluerunt omnes librarios per totam Almaniam viſitare, & omnes malos libros comburere, præſertim libros iſtorum novorum Theologorum, qui non habent fundamentum ſuum ex Doctore ſancto, ex Doctore ſubtili, & ex Doctore Seraphico, & Alberto Magno. Quod fuiſſet utique laudabi-

dabile & valde proficuum, & credo quod adhuc erit. quod tribuat Omnipotens, qui regnat per omnia, & ſuper omnia & omni tempore, Amen.

Eckbertus Vngenant, Magiſtro Ortuino Gratio ſalutem.

VEnerabilis Domine & amice ſingulariſſime: Diu eſt quod non habui nuncios, ut poſſem dirigere literas ad dominationem veſtram, alias diu ſcripſiſſem vobis. Parcatis ergo mihi, quia libenter ſcripſiſſem vobis, ſi habuiſſem nuncium. Sed ſicut ſcripſiſtis mihi, quod Magiſter noſter Valentinus de Geltersheym dixit vobis, quod debetis mihi ſcribere, quod adhuc duos florenos debeo ei pro lectionibus, quando ſteti in burſa ſua: Sciatis quod nihil volo ei dare, quia ipſe etiam promiſit mihi multa, & dixit, quod vellet mihi dare bonas propinas, quod irem omni die bis vel ter ad Rhenum, videndo quando naves veniant ex partibus inferioribus vel ſuperioribus: & quando Beani ſunt intus, tunc deberem eis ſuadere, quod viſitarent in burſa ſua. Et per Deum, ego bene portavi viginti beanos, & perdidi multum tempus, currendo hin inde, & fuiſſet melius, ſtudere illo tempore, ſed ipſe nunquam dedit mihi aliquid. Etiam dedit nobis mala burſalia, & macras carnes, & acerbum potum, & poteſtis ei bene dicere, quod debet iſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

recordare. Sed vos valete in charitate. Datum Lo.

Balthaſar Schlaug, Baccalaurius Theologiæ formatus, M. Ortuino Gratio ſalutem.

GRatiarum actiones vobis immenſas, infinitas, inenarrabiles, innumerabiles, incomparabiles, ineffabiles: quod miſiſtis mihi librum D. Ioannis Pfefferkorn, qui intitulatur, Defenſio Ioannis Pfefferkorn contra famoſas: Ego fui ita lætus quando accepi illum librum, quod ſaltavi præ gaudio. Et certiſſime credo, quod Ioan. Pfeff. eſt ille de quo prophetizatur Ezech. 9. ſic: Et vocavit virum, qui indutus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis. Quia Ioan. Pfeffer. ſemper habet atramentarium ſecum, & ſcribit in prædicationibus vel conventiculis auctoritates & notabilia, unde poſtea componit talia. Vos exhilaratis me valde, quando mittitis mihi libros ſuos: quia ſunt ita attificialiter compoſiti, quod miror. Ego etiam Viennæ multum glorior, quod ſum notus ſibi, & quādo nomino eum, dico, Ioannes Pfeffer., amicus meus. Sed in illo libro intellexi, quod Theologi ſunt diſcordes ſuper Speculum oculare: quia aliqui damnant eum ad ignem, ſicut Parrhiſienſes & Colonien. Aliqui vero ad ſuſpenſionem, ſicut M. noſter Petrus Meyer. qui quando vidit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

vidit Speculum oculare, clamavit voce magna, Ad patibulum, ad patibulum cum tali libro. Vos deberetis eſſe cõcordes, tunc poſſetis habere victoriã contra illũ hæreticum. Ego fui multum perterritus, quando legi iſta, & dixi: Nunc diabolus tenebit candelam, ſi Theologi volunt eſſe diſcordes: ſed ſpero quod eritis iterum concordes. Sed mihi videtur, quod Magiſter noſter Petrus non eſt iuſtus, ipſe & ſui cohærentes, qui tenent, quod Speculum oculare debet ſuſpendi ad patibulum. Quia eſt ille liber hæreticus, & hæretici merentur pœnam ignis. Quia hæretici comburuntur, ſed fures ſuſpenduntur. Quamvis illi fortaſſe dicunt, quod Speculum oculare etiam commiſit furtum. Quia Joannes Pfeffer. dicit, quod in hoc libro Ioannes Reuchlin furavit ei honorẽ ſuum, quem non daret pro viginti florenis: quia duo Judæi, qui ſimiliter furaverant ei honorẽ ſuum, dederunt ei triginta florenos pro eo. Sit a, vel b, ego vellem, quod eſſetis concordes. Non habemus hic nova, niſi quod ille Poeta Joachimus Vadianus, qui eſt unus ex Reuchliniſtis, eſt factus Rector Univerſitatis. percutiat Deus omnem ſocietatem Poetarum & Juriſtarum, & non derelinquat unum ex eis, mingentem ad parietem. Ego cogitavi, quod volo recedere: quid deberem in illa Univerſitate facere, ubi Poeta eſt Rector? & ſunt hic ita multi Reuchliniſtæ, ſicut in nulla

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

alia Univerſitate. Scilicet Joach. Vadianus Rector, & Georgius Collimitius Tanſtetter, pro nunc Medicus, olim Mathematicus, & Cuſpinianus, qui eſt ſervitor & conſiliarius Cæſaris: Et quidam qui vocatur Thomas Reſch, & Simon Leſſius, qui eſt compatriota Joan. Reuchlin, & alii multi. Sed Magiſter noſter Heckman eſt de via noſtra, & dixit, quod tenebit cum Theologia uſque ad finem vitæ ſuæ. ipſe etiam multum ſalutat vos, & Joannem P. Vale. Datum in Vienna. Iterum valete, tam diu, donec Pfefferkorn manet Chriſtianus.

Albertus Strunck, Magiſtro Ortuino Gratio Daventr.

REverentialem obedientiam loco ſalutis, venerabilis Domine Magiſter. Rogo vos cordialiter, quatenus velitis mihi indulgere, quod non ſcribo vobis ſæpe, quia eſt per Deum ita magnus calor in Roma, quod unus non poteſt ire in plateis, vel ſedere in domo, & non poſſum ſcribere aliquid vel componere præ calore. Sed vos ſcitis, quod eſt magnus labor facere dictamina, & dixiſtis mihi in Colonia, quod in ſeptem diebus vix facitis unum bonum dictamen. Et allegaſtis mihi Horatium, dicens: quod talis Poeta domihi docet, quod novem annos debemus conſumere faciendo unum bonum dictamē. & credo, quod ſic eſt faciendū, quia oportet eſſe cautum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tum, & videre quod eſt bona congruitas. Et aliquando non eſt ſatis, quod eſt bona cungruitas: quia requiritur etiam Ornatus ſecundum viginti præcepta elegantiarum & modum epiſtolandi Pontii vel Pauli Niavis, qui fuit Magiſter Lypſenſis. Etiam iſti Poeæ ſunt nunc valde reprehenſivi. & quando aliquis ſcribit aliquid, tunc dinunt: Ecce ibi & ibi non bona latiniſatio. veniunt huc cum ſuis novis terminis, & cõfundunt antiquam Grammaticam. Ego non poſſum ſcribere in iſtis caloribus, ergo habeatis me excuſatum, & valete. Datum Romæ.

Magiſter Henricus Cribelinioniatius, Magiſtro Ortuino Gratio ſalutem.

VEnerabilis Magiſter, primum & ante omnia ſciatis, quod perdidi duas ſententias, & ſi perdo tertiam, tunc diabolus erit Abbas. & timeo valde, quia auditor dixit mihi: Per DEUM, ſi eſſem ſicut vos, ego non vellem appellare, quia non habetis Ius. Ergo non ſcio, quid debeo facere. Ergo credo, quod Theologi hoc anno non debent fortunam habere: quia eximius vir Dominus Magiſter noſter Petrus Meyer, ſatis male ſtat in cauſa ſua contra Canonicos Frãcofordienſes; quod vexat illum bonum & devotum patrem. Sed credo, quod iſti Canonici faciũt hoc propter Ioan. Reuchlin, quem diligunt propter ſuam poetriam, & propterea volentes

tes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tes ei placere, tribulant illum bonum paſtorem, quia ipſe mirabiliter inimicatur Ioan. Reuhlin, & merito, quia ſtat pro facultate ſua. Quia Ioan. Reuchlin eſt inimicus Theologorum, ſed Magiſter noſter Petrus eſt Theologus, ergo. Et eſt bene licitum, quod unus defendit facultatem ſuam. Etiam D. Iacobus de Hochſtraten Magiſter noſter, & hæreticæ pravitatis Inquiſitor, non habet bonam fortunam in cauſa fidei: quia iſti Curtiſani nunc omnes volunt eſſe Poetæ, & ſic parvipendunt Theologos, & ſunt contra eos. ſed tamen ſpero, quod parum lucrabunt: quia Dominus reſpiciet famulos ſuos, & liberabit eos. Ego audivi nuper, quod Imperator ſcripſit unam literam ad Papam, pro Joan. Reuchlin, & ſcripſit ita, quod ſi ſanctiſſimitas ſua non vult finem facere in iſto negotio, & dare ſententiam, tunc ipſemet vult videre, quomodo poteſt defendere ſuum conſiliarium. Sed quid eſt? Si Papa eſt pro Theologis, tunc non timeo. Etiam audivi ab uno notabili viro, qui eſt Officialis Curiæ, qui dixit: Quid nobis hic cum literis? Si Reuchlin habet pecuniam, mittat huc: quia in Curia oportet habere pecunias, alias nihil poteſt expedire. Et alius occulte dixit mihi, quod Magiſter noſter Jacobus iterum dedit certas propinas quibuſdam referendariis. Et ſic quādo iam vadunt ante eum, tunc faciunt ei maiorem reverentiam & loquuntur amicabiliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

biliter cum eo. Ergo nunc ſemper meliorem ſpem habemus. Si perdo illud beneficium; tunc adhuc volo contendere pro illa vicaria in Muſſia, ſicut ſcitis. Quia Procurator meus informavit me, quod habeo bonum ius: ſed iam recordor, quod nuper venit unus huc, qui dixit, quod Univerſitas Erfordienſis vult revocare ſententiam ſuam, ſeu determinationem contra Joannem Reuchlin. Et ſi faciat, tunc volo dicere, quod omnes Theologi qui ſunt ibi, ſunt perfidi & mendaces, & volo ſemper de eis dicere hoc ſcandalum, quod non manent cum facultate ſua, nec defendunt zeloſiſſimum virum Dominum Iacobum de Hochſtraten, qui eſt lux Theologorum, & lucet ſicut ſtella per ſuas doctrinas & argumentationes pro fide Catholica, & credo, quod ſi hæretici vel Turci venirẽt, ipſe diſputaret contra eos, & confunderet eos cum ſubtilitate ſua, & converteret eos ad fidem Chriſtianam. Quia ille Theologus non habet æqualẽ. & nuper diſputavit hic in Sapientia valde doctrinaliter. Tunc dixit quidam Italus: Ego non credidi prius, quod Almania habet tales Theologos. ſed quidam alius dixit, quod non eſt bene profundatus in textibus Bibliæ, & non bene ſcit intelligere Hieronymum & Auguſtinum. Reſpondi: O bone Deus, quid dicitis? ille Doctor præſupponit talia, & iam ipſe habet curare alia, & bene maiores ſubtilitates. Deus det

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quod recte eat, tunc volumus triumphare: & poſtea ex tota Almania pellere, quod iſti Iuriſtæ non audent dicere unum verbum, quando ſunt cum Theologis. Quia timebũt, ne mittant ſuper eos Inquiſitorem, & comburant eos pro hæreticis. Sicut nunc ſpero, quod fiet Ioanni Reuchlin adiuvante Deo: cuius nos ſumus iudices. Quia ſicut milites ſeculares defendunt iuſtitiam in terris: ita nos defendimus Eccleſiam per diſputationes & prædicationes. Sed parcatis mihi de longiloquio. Et valete. Datum Romæ Curiæ.

Petrus Lapp ſacræ Paginæ Licentiatus, M. Ortuino Gratio ſalutem.

SEcundum quod ſemel ſcripſiſtis mihi, vir venerabilis, quod habetis valde magnum miraculum abinde, quod pro nunc ſunt ita multi excellentes Doctores in Colonia: & etiam alii non adhuc promoti, ſed propediem Magiſtri noſtri, & multi egregiiſſimi Theologi: & nominaſtis mihi Magiſtrum noſtrum de Hochſtraten, Magiſtrũ noſtrũ Arnoldum de Tungaris, & Magiſtrũ noſtrũ Remigium, & Magiſtrũ noſtrũ Valentinum de Geltersheym, & Magiſtrũ noſtrũ Petrum, qui tempore meo regebat in burſa Kuck: & D. Rutgerum Licentiatum, & multos alios, qui actu ſunt Coloniæ, & etiam Ioannem Pfeffer., qui quamvis eſt laicus, & indoctus in artibus liberalibus, & numquam viſitavit ſcholas Chriſtianorum,

ſtianorum, & non didicit loicam, tamen, ut ſcribitis, habet profundum intellectum, & cor illuminatum. Etiam Apoſtoli non fuerunt docti, tamen ſciverunt omnia: Et ſic putatis, quod Spiritus ſanctus poteſt prædicto Ioanni Pfeffer. infundere omnem ſcientiam ſanctorum, ſicut dicit Scriptura. Etiam nominaſtis mihi in Moguntia duos Magiſtros noſtros, D. Bartholomæum Zehner, prædicatorem in ſummo, & D. Petrum Bertram Plebanum: & in Franckofordia D. Petrum Meyer: qui eſt mirabilis in ſermonibus ſuis: & quando vult, ipſe facit homines ridere: & quando vult, facit eos flere: & facit mirabilia prædicando. Secundum hoc vellem, quod faceretis omnes ad unum, & expelleretis iſtos Iuriſtas & Poetas ſæculares: vel imponatis eis ſilentium, quod non auderent ita ſcribere libros. Et quando vellent aliquid compilare, tunc deberent prius oſtendere Magiſtris noſtris, ad videndum, ſi debet imprimi. Et ſi non placet Magiſtris noſtris, non debet imprimi, vel debet comburi. Etiam deberent Magiſtri noſtri facere mandatum, quod nullus Iuriſta, vel Poeta, aliquid ſcriberet in Theologia, & non introducerent illam novam latinitatem in ſacroſanctã Theologiam, ſicut fecerunt Ioannes Reuchlin, & quidam, ut audio, qui appellatur Proverbia Eraſmi, quia non ſunt fundamentales in ea: & poſſibile eſt, quod nunquam diſputaverunt publice,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

blice, vel tenuerunt concluſiones, ſicut eſt mos. Ipſi volunt mittere falcem in meſſem alterius. quod Theologi non debent pati. Ergo rogo vos, quod velitis rogare illos, de quibus ſcribitis, quod diſponant diſputare contra illos novos latiniſatores, & ſcommatizare eos bene. Et ſi dicunt, quod ſciant literas Græcas & Hebraicas, habetis reſpondere, quod tales literæ non curantur à Theologis. Quia ſacra ſcriptura ſufficienter eſt tranſlata, & non indigemus aliis tranſlationibus. Et potius non debemus diſcere tales literas, propter deſpectum Iudæorum & Græcorum: Quia Iudæi videntes quod diſcimus ſuas literas, dicunt: Ecce Chriſtiani diſcunt noſtras ſcientias, & ſine illis non poſſunt fidem ſuam defendere. & fit magna verecundia Chriſtianis, & Iudæi fortificant ſe in ſua fide. Sed Græci receſſerunt ab Eccleſia, igitur etiam debent haberi pro inimicis. & eorum ſcientiæ non debent practicari à Chriſtianis. Talia vellem libenter, quod faceretis, & poſtea ſcriberetis mihi, quod fieret. Valete. Datum in Halberſtadt.

Magiſter Ioannes Schnerckius M. Ortuino Gratio.

SAlutem ſimpliciter annunciatam, & non per pompoſum ornatum verborum, ſicut conſueverunt poetales Magiſtri, non ambulantes in via ſimplici cum Theologis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Sed ſalutẽ in Chriſto, qui liberet nos in die iſto,
Ab omni tribulatione: nec non à Ioanne Capnione,
Qui eſt Iuriſta ſecularis, ſed in Theologia vix ſcholaris:
Et ſi deberet diſputare, cum Theologis ſe exercitare,
Ita quod aliquid ſolveret, per Deum ipſe perderet
In ſacra Scriptura: quia ibi eſt magna cura,
Quia poſſet aliquis bene ſtare, vel unum alium vexare:
Ita quod eum concludat, & concludendo bene confundat.
Sicut nuper Hochſtratus, qui eſt ad ſalutem Eccleſiæ natus:
Vt expellant iſtos ſocios, Poetas & Hiſtoricos,
Qui tenent malas opiniones, & non valent diſputationes.

Sancte Deus, ego non habui voluptatem ſcribere vobis metra, & tamen ſcribo, ſed factum eſt ex improviſo. Etiam illa metra non ſunt de Poetria ſeculari, & nova, ſed de illa antiqua, quam etiam admittunt Magiſtri noſtri in Parrhiſia, & Colonia, & alibi. Et tẽpore meo, quando ſteti Parrhiſiis, dicebatur, quod unus antiquus Magiſter, qui habitavit in Collegio Montis, componeret totam Bibliam metrice: ſcilicet cum iſtis metris. Debetis autem ſcire novitates, quæ ſunt bene pro vobis: videlicet, quod Reuchlin non po-

teſt

teſt amplius ita multum ſtudere, ſicut prius, quia oculi volunt ei decreſcere: Sicut dicit Scriptura in Geneſi: Et caligaverunt oculi eius, nec videre poterat. Quia nuper venit unus Baccalaurius de Stutgardia, qui fuit ibi in domo eius, & ego feci, quaſi non ſcirem de inimicitia veſtra, quam habetis invicem, & dixi ad eũ: Bone Domine Baccalaurie, non habeatis mihi pro malo, quod interrogo vos: & cum ſupportatione. primo libenter vellem ſcire, an Reuchlin eſt adhuc ſanus. Reſpondit, quod ita, ſed tamen, quod non poteſt bene videre ſine brillo. Tunc dixi: Ergo pro ſecundo dicatis mihi, quomodo tamen habet ſe, quoad cauſam fidei? Ego audivi, quod habet certas lites cum certis Theologis, ſed credo quod faciunt ei iniuriam, (ſed dixi ironice) quomodo ergo habet ſe? Ego credo, quod ſemper componat aliquid cõtra Theologos. Reſpondit ille: neſcio, ſed tamen volo dicere vobis, quid ego vidi ab eo. quando veni in domum eius, dixit mihi: Bene veneritis Domine Baccalaurie: ſedeatis. Et ipſe habet brillum in naſo, & librum ante ſe, qui fuit ſcriptus mirifice, ita quod ſtatim vidi, quod non erat Almanice, neque Bohemice ſcriptus, neque etiam Latine. Et dixi ei: Egregie Domine Doctor, quomo vocatur talis liber? Reſpondit, quod vocatur Plutarchus in Græco, & tractat de Philoſophia. Tunc dixi, legatis in nomine Domini. Et ſic

credo, quod ſcit artes mirabiles. Tunc vidi iacere unum parvum librum noviter impreſſum ſub ſcamno, & dixi ei: Egregie Domine Doctor, quid iacet hic? Reſpondit, eſt unus liber ſcandalizativus, quem nuper quidam amicus meus miſit mihi ex Colonia, & ipſe eſt ſcriptus contra me, & Theologi Colonienſes compoſuerunt eum, dicentes nunc quod Ioannes Pfefferkorn fecit talem librum. Tunc dixi: quid facitis ergo deſuper? Non vultis vindicare vos? Reſpondit, nullo modo, ſed ſum ſatis vindicatus. ego nunc non curo amplius iſtam ſtultitiam, ſed vix habeo ſatis oculos ad ſtudendum ea, quæ ſunt mihi utilia. Fuit autem talis intitulatus: Defenſio Ioan. Pfefferkorn, contra famoſas. Aliud non ſcio de Doctore Reuchlin. Talia dixit prædictus Baccalaurius. Ergo, D. Ortuine, habeatis bonam confidentiam: quia ſi ille habet malos oculos, quod non poteſt amplius legere aut ſcribere ſuum damnum. Vos autem non debetis quieſcere, ſed debetis recenter ſcribere contra eum. Valete. Datum Ulmæ.

Magiſter VVilhelmus Lamp Magiſtro Ortuino Gratio ſalutem.

EXimie, & promotoriali reverentia celeberrime vir: Vos ſcripſiſtis mihi, qualiter litera mea, quam compoſui vobis de ambulatione mea ad Curiam, fuit vobis præſentata, & ſcribitis, quod poteſtis exinde notare, quod

quod diligo vos valde. Et bene ſcribitis talia, etenim vera, quia vos eſtis mihi in corde, & ego amo vos cordialiter. Sed etiã ſcribitis mihi, quod debeo vobis intimare ſeu declarare, quomodo tranſit mihi pro nunc. Sciatis, quod ſum apud unum Notarium Rotæ, & habeo parare menſam, & ire ad forũ pro comparando herbas & fabas, & panes, & carnes, & talia, & facere domum in ordine, quando Dominus venit ex audientia, & commenſales ſui, quod omnia ſunt parata. & cum hoc etiam ſtudeo. Et Dominus meus nuper dixit mihi, quod per Deum, quando ſto unum annum vel duos ſecum, ipſe vult mihi iuvare ad unum beneficium, ſicut prius iuvavit multis. Et eſt bene credendum, quia amat me multum. & præcipue nuper, quando vidit, quod ſum Poeta, tunc dixit, quod vult me ſemper amantius habere. Et factum eſt ita. Eſt unus ex commenſalibus, qui eſt Poeta in iſta poetria nova, & ſemper in menſa loquitur de poeſi, & multum reprehendit illos antiquos patres, & Grammaticos, Alexandrum Græciſtam, Verba deponentalia, Remigium, & alios. Et nuper dixit, quod aliquis volens diſcere bona carmina facere, debet ſcire Diomedem, & dixit multa de tali Diomede. Reſpondi. Ego miror, quomodo tamen veniſtis ſuper illos novos Grammaticos, & tamen habetis omnia metrice in tertia parte Alexandri, de pedibus & quantitatibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſyllabarum, & artem ſcandendi, & cætera. Et cum hoc, iſte Diomedes non fuit bonus Chriſtianus: Quia legi ſemel, qualiter ipſe habuit equos, qui comederunt homines, & ipſe dedit eis comedere homines. Tunc ille Curtiſanus multum riſit, & ſubſannavit me: & poſtea dixit, quod debeo ei dicere, quomodo Abacuk habet primam ſyllabam? Reſpondi; Ego diſtinguo. Quia prout eſt proprium, habet primam indifferentem, ſecundum Alexandrum. ad placitum poni propriorum multa notavi. Sed prout quæritur, quantam habet primam naturaliter reſpiciendo ad naturas appellativorum, tunc habet primam brevem, ſecundum Alexandrum, dicentem, quod a ante b in primis ſyllabis, exceptis excipiendis, eſt brevis. Tunc ille adhuc magis deriſit me, & dixit: Vade tu Colon. copula iſta cum tuo Alexandro, qui fuit aſinus Parrhiſienſis, ſicut adhuc ſunt plures. Et ſic multum ſcandalizans illum bonum Alexandrum, abivit. Et dixi ego: Cras videbitis. Et de mane portavi unum carmen, quod compilavi per noctem, in laudem Alexandri, & mitto vobis exemplum. Et quando Dominus meus vidit illud carmen, tunc laudavit me, & dixit: Iſte ſocius eſt pro me. & dixit: O Wilhelme, ſcis tu ita compilare metra? ego ignoravi. & propterea plus volo te diligere in poſterum. Et ſic ſpero, quod volo bene ſtare. Et quando vult Dominus Deus quod

acquiro

acquiro aliquid, tunc iterum volo me conferre ad patres fiendo preſbyter. Valete igitur. Datum Romæ Curiæ.

Metrum Epigrammaticum, confectionatum per Wilhelmum Lamp ſeptem artium liberalium Magiſtrum Colonien. In laudem Alexandri Galli.

QVi vult diſcere Grammaticam, legat prius Alexandri materiam:
Quæ eſt diviſa in quatuor partes, docens multas bonas artes:
Præbens lac & mel pueris, ſicut docet gloſa notabilis.
In Colonia facta: præcipue quoad metra.
Collige partem tertiam, ipſa tollet tibi omnem inertiam:
Sicut fecit mihi, qui multum ex hac didici.

Ioannes Arnoldi, Magiſtro Ortuino Gratio ſalutem dicit plurimam.

CRediderim utique, quod audiveritis, vel fuerit vobis pluſcule dictum, qualiter ex quadam affectione animali bona, contulerim me nuperrime viatica ambulatione ad urbanam Romæ Curiam, cauſa lucruli, ad conſarcinandum unum beneficiolum ſeu præbendiolam, vel parrhochiam aliquam miſſam, unde poterit mihi nunc uſque ad finem vitæ meæ, ſufficere ac ſuppetere victus & amictus, ſi divina voluerit Dei gratia. Quamobrem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

obrem me Hercule vel medius fidius, debueratis mihi non rariuſcule unam literulam amicioſe conflatam ſeu compilatam adſcribere, & in ea affectionaliter ſignificare, quomodo ſteteritis in omni qualitate, corporali ſeu animali, & quomodo fueritis fortunatus fataliter ex prædeſtinatione divina, quæ fuit ante ſecula, ſicut dixit Lactantius. Quem nuperrime audiveram, ſtudio intentionali, quando lectus fuerat formaliter hic in Sapientia. Præterea enimvero venerat unus ſociolus ex Colonia, & gelidis Almaniæ partibus, apportans Epiſtolia miſſiva hinc inde ſibi aſtipulata. Quo videlicet intellexeram, qualiter feciſtis imprimere arte caracterali unum librulum,, qui intelligitur eſſe vel fuiſſe intitulatus ſeu prænominatus Epiſtolæ obſcurorum virorũ, ad Magiſtrum Ortuinum Gratium. In quo utique codiculo ſeu libello, ſicut talis dederat mihi intelligendum, continentur omnes literulæ ad veſtram dignitatem hinc inde deſtinatæ charitative & fraternaliter à veſtris amicis & notis. Etiam poſueratis meum epiſtolium intus, & valde miratorie ſtupefactus fuerã, quod dignamini me tantiſper honore ſeſquipedali, & facitis mihi æternalem famam. Quapropter habueritis ſcire, quatenus voluerim vobis gratiam referre, in quantum potuero. Etiã ſciveritis, qualiter ſtuduerim hic per totum in poeſeos artificiolo, & ergo fuerim aliter ſtilatus quam

prius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

prius. Valete ſeſquipedaliter. Datum Romæ.

Frater Georgius Bleck, M. Ortuino Gratio ſalutem.

HUmilem orationem meam, cum ea quæ decet ſubiectione, Magiſter. Quia vos miſiſtis mihi huc librum Ioan. Pfefferkorn, qui eſt prætitulatus: Defenſio Ioan. Pfefferkorn contra famoſas; quem utique petiviſtis: oſtendi omnibus Magiſtris noſtris per totam Parrhiſiam, & ſimiliter de noſtro ordine Theologis. Qui unanimiter dixerunt: Ecce Almania habet notabiles Theologos: Si unus ſimplex ſcribit talia, quid deberent facere docti & promoti? Et unus interrogavit me, an etiam Principes in Almania faciunt magnam reverentiam Ioanni Pfefferkorn? Reſpondi quod pro parte non. Et qualiter ipſe eſt verus & dilectus ſollicitator Imperatoris, ad procurandum negotium de libris Iudæorum & augmentum fidei Chriſtianæ. Et quod Epiſcopus Moguntinenſis piæ memoriæ, defunctus iam, ſolebat valde eum amare, & promiſit ei auxilium in rebus omnibus, quantum fuit ei poſſibile: & quando ambulavit hinc inde in negotio fidei, tunc dedit ei magni pretii nummum pro viatico. Reſpondit unus Theologus: Fecit tunc etiam magnam diligentiam ipſe Pfefferkorn in dicto negotio? Dixi, velut ſcripſiſtis mihi, quod ſic, quia ſine moleſtia circumivit per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

totam Almaniam, quamvis pro tunc fuit ei inconveniens, cum uxorem & liberos ſuos educare & alere conveniret, quos dereliquit, quamvis in abſentia ſua, Theologi fecerunt multa bona uxori eius, conſolantes eam, quia vident, quod vir eius eſt occupatus in cauſa fidei. Etiam aliquando fratres de Monaſterio noſtro accedunt eam, dicentes: Miſeremur veſtri, quod eſtis ſic ſola. & ipſa reſpondit: Veniatis aliquando viſitantes me, quia ſum quaſi vidua, & detis mihi conſolationes veſtras. Attamen modernus Epiſcopus Moguntinenſis non favet Ioanni Pfeffer. & hoc propterea, quia habet aliquos Conſiliarios, qui multum promovent Ioannem Reuchlin & odunt Theologos. Etiam dictus Epiſcopus non voluit admittere Ioannem Pfefferkorn, quando voluit ei præſentare ſuam defenſionem contra famoſas, ſicut intellexi ex veſtra litera. Talia dixi, Tunc reſpondit unus: Quis eſt tamen ille Pfefferkorn? Reſpondi, quod olim fuit Judęus, & nunc eſt feliciter in Chriſto baptizatus, & eſt vir proculdubio integerrimus, & eſt de tribu Nephtalim. Dixit ille: Vere benedictio quæ data eſt Nephtalim completa eſt in Ioan. Pfefferkorn: Quia Iacob dixit filio ſuo: Nephtalim, Nephtalim cervus emiſſus, dans eloquia pulcritudinis, Geneſ. 49. Poſtea multi Licentiati, & alii Theologi, per totum legerunt iſtum librum, de folio ad folium, de verbo ad verbum,

bum, de articulo ad articulum. Sed eſt unus ſuperioriſta, qui ſtudet in Græco, ipſe vadit ubique, & dicit, quod non eſt verum, quod Pfefferkorn eſt ſollicitator Cæſaris, & quod nunquam etiam fuit: & quod Imperator pro Reuchlin ſcripſit ad Sanctiſſimum, & ſimpliciter vult, quod Theologi non debent ſibi vexare ſuum conſiliarium fidelem & probũ. Item Iacobum Fabri Stapulẽſis, de quo audiviſtis multa. Ipſe aperte favet Ioanni Reuchlin, quamvis Theologi dixerunt ei, ne deberet facere. Et dictum fuit, quod ſcripſit in una litera in Almaniam, quod Theologi Parrhiſienſ. tractaverunt Ioannem Reuchlin, non aliter quam Iudæi Chriſtum. Sed dicat quicquid velit, tamen maior pars in Parrhiſia, eſt pro nobis propter honorem Univerſitatis & odium Iuriſtarum, ergo debetis eſſe bono animo, lætando & gaudendo. Valete æternaliter. Datum Parrhiſiis.

Demetrius Valerius, M. Ortuino Gratio ſalutem.

SCribitis mihi, interrogans à me, quomodo tamen Uuiverſitas noſtra habet ſe in cauſa fidei, an eſt pro vobis, an pro Ioann. Reuchlin? Sciatis; hic, & per totam Suitenſium, fratres de ordine prædicatorum, habẽt malam famam, & ſunt in magna diſgradia, propter illos innocentes fratres, qui fuerunt combuſti in Berna. quia nunquam credo,

 quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quod fecerunt talia quæ dicuntur de eis. Igitur Monaſteria eorum deſolantur, & Monaſteria fratrum S. Franciſci creſcunt. Et quando unus homo dat eleemoſynam Prædicatoribus, tunc viginti dant Minoribus & Auguſtinenſibus. Et alias etiam dicitur, quod eſt in Prophetia, quod ille ordo prædicatorum debet totaliter deleri. Super hoc eſt hic unus Theologus, ut ipſe ſe nominat, ſed mihi videtur, quod magis eſt Poeta; dictus Eraſmus Roterodamus. qui à multis ita honoratur, ſicut ſi eſſet miraculum mundi. & eſt ille qui ſcripſit librum Proverbiorum. quem ſemel oſtendiſtis mihi Coloniæ, & dixiſtis: Quid nobis cum Proverbiis Eraſmi? cum habemus Proverbia Salomonis? Et ille Eraſmus tenet multum de Reuchlin, & ſemper laudat eum. & nuper fecit imprimere aliquas Epiſtolas, quas miſit ad Curiam Romanam, ad Papam & aliquos Cardinales. in iſtis laudavit Reuchlin, & ſcandalizavit Theologos. Ego videns, dixi: Si videbunt hoc Magiſtri noſtri, diabolus confundet eũ. Sic ergo Univerſitas noſtra, quæ fecit magnam reverentiam Eraſmo, inclinata eſt pro Reuchlin. Et venit huc Glarianus Poeta. qui eſt homo valde audax, ut ſcitis. Ipſe mirabilia ſcandala loquitur de vobis, & aliis Theologis. Et dicit, quod vult unum librum cõponere de nequitiis Prædicatorum, & vult totaliter deſcribere illa quę facta ſunt in Bern.

Ego

Ego vellem libenter amicabiliter dicere ad eum ne faciat. Sed eſt homo terribilis, & eſt iracundioſus, ſemper volens percutere: quapropter habeat ſibi diabolum. Ego ſpero quod veniet ſententia ex urbe Roma pro Theologis. tunc omnia erunt bona. Si autem fuerit pro Reuchlin, tunc diabolus tenebit candelam. Valete. Datum Baſileæ.

Conradus Stildriot, M. Ortuino Gratio ſalutem.

REverētiis ex ſervitio affectuoſitatis meę præcedentibus erga virtuoſitatem veſtram, venerabilis Magiſter. Intimavi vobis ſæpe, qualiter non ſum hic libenter. credo quod Diabolus portavit me huc. & non poſſum recedere. quia non ſunt hic bonæ ſocietates, ſicut in Almania. & homines non ſunt ita ſociales, & habent pro malo, quando aliquis ſemel in die eſt ebrius, vocantes eum porcum. Etiam non habeo ſupponere, quia meretrices volunt multum pecuniæ, & tamen non ſunt pulchræ. Et dico vobis in veritate, quod in Italia ſunt ita diſtortæ mulieres, ſicut eſt poſſibile, quamvis habent pulcherrimas veſtes de ſerico & ſameloto. Quia quando modicum ſunt ſenes, tunc ſtatim habent curva dorſa, & vadunt quaſi vellent merdare. & etiam comedunt allium, & fœtent maxime. & ſunt nigræ, nec ſunt ita albæ, ſicut in Almania. Item in facie ſunt pal-

lentes

lentes ſicut mors. & quando aliquæ ſunt rubræ, certum eſt, quod fecerint ſibi colorem cum unguentis. Ergo non placent mihi mulieres hic. Etiam dicunt, quod in æſtate non eſt bonum ſupponere hic. Tunc dico ego, ergo redire volo in Almaniam, ubi ſemper bonum eſt ſupponere. & ſæpe recordavi qualiter habuimus in Daventria amaſias ego & vos, & ivimus in deſpectum iſtius domicelli, qui etiam amabat veſtram amaſiam, ſed ipſa merdaſſet ei ſuper os. Sed nunc audivi qualiter debetis ſupponere uxorem Ioannis Pfefferkorn, cauſa honeſtatis; quia eſt ſecreta, & quaſi honeſta; & eſt bonum, quando aliquis habet propriam in ſecreto. & dixit unus ad me, quod Ioan. Pfefferkorn ſemel rixavit vobiſcū, dicens ad vos, D. Ortuine, ego vellem quod comederetis ex veſtra patella, & permitteretis me comedere ex mea. & vos diu non intellexiſtis, quia ille vir eſt valde ſubtilis, & ſemper loquitur ænigmatice in Proverbiis. ſed quidam amicus veſter, ſicut ego audivi ab aliis, expoſuit vobis illa arcana verba, dicens: Ego vellem, quod comederetis ex veſtra patella, quod ſupponeretis veſtram mulierem, & permitteretis me comedere ex mea patella, id eſt, non tangeretis uxorem meam, ſed ſineretis me eam tangere. Ego dixi hic ad quendam Poetam, quod quæreret illam Proverbiam in Proverbiis Eraſmi. Reſpondit mihi, quod non poteſt invenire.

venire. Dixi ei, ergo ille Author non eſt ſufficiens ſed diminutus. Sed quando audivi hæc de I. P. dixi: quod eſt homo invidioſus, ſi facit hoc, quia eſt una proverbia, quod amicorum omnia ſunt communia. quamvis aliqui dicunt, quod uxores debent excipi. Ipſe tamen non deberet iraſci ſuper vos, quia vos non habetis uxorem, & non habentibus debemus impertire. Audivi etiam, quod ſupponitis ancillam impreſſoris Quentel, ita quod fecit puerum. hoc non deberetis facere, ſcilicet forare nova foramina. ego ſemper maneo cum antiquis, quæ non faciunt pueros: ſed hic habeo neque antiquas, neque novas, ergo volo redire in Almaniam, ſicut ſpero. Valete tam diu, donec una alauda ponderat 100. talenta D. R.

Magiſter Ioannes Crapp, Magiſtro Ortuino Gratio ſalutem.

DOminatio veſtra ſcribit mihi, qualiter valde gaviſa eſt de Epiſtola mea carminali nuper compilata, & ſcribitis quod vix vidiſtis ſimilem, & ſicut intelligo, vultis, quod ſemper ita debeo vobis ſcribere. Sic dico vobis, ſicut etiam ipſemet ſcitis, quod non eſt poſſibile, quod unus ſemper facit carmina. vos bene ſcitis de vobis, quando eſtis valde facundus, & ſcitis facere pluralia metra. Tamen non ſemper oleum, ſicut communiter dicitur. Et aliquando eſtis luxurioſus ad metra,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tra, aliquando ad proſas. Et recordor, quod ſemel dixi vobis Coloniæ: D. Ortuine, faciatis tamen aliquod carmen metricum. Reſpondiſtis mihi; non habeo pro nunc Apollinem. & dixiſtis mihi, quod aliquando in decem diebus vix poteſtis facere unum bonum metrum, quia aer non patitur, & oportet expectare tempus. Unde Ovidius: Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis. Ergo quando ſemel habeo bonum Apollinem, tunc volo dictare unum, & mittere vobis. Etiam ſcribitis mihi, quod debeo vobis intimare aliquas novitates: ſed nihil ſcio, niſi quod ſunt hic tres excellentes Theologi, qui habẽt magna nomina inter Almanos, & faciunt nobis bonam famam & laudabilem per totam Curiam. Duos forte bene noviſtis: Reverendum patrem Dominum Magiſtrum noſtrum Iacobum de Hochſtraten, Latine dicitur alta Platea, & Dominum Magiſtrum noſtrum Petrum Meyer, Plebanum Frãcofordienſem: tertius eſt Dominus Gaſpar, prædicator ex Kempten, ſacræ Theologiæ Licentiatus, propediem Magiſter noſtrandus. Ipſi habent hic agere tres cauſas notabiles. Unus, ſcilicet Magiſter noſter Iacobus, habet cauſam fidei cõtra Ioannem Reuchlin, qui dicitur eſſe hæreticus. & bene. eſt enim. Secundus habet cauſam competentię, ſcilicet Magiſter noſter Petrus, contra Canonicos Francof. qui non volunt ei dare competentiam ſuam. & ergo

venit

venit huc in Curiam, tribulans eos terribiliter. Tertius, ſcilicet Dominus Caſpar, habet cauſam ſacri olei contra quoſdam monachos, qui habitant extra muros Kempten, & habent ſacrum oleum. & ergo præfatus Licentiatus, vult ipſos monachos rectificare, quod debent ſacrum oleum in civitate permittere, pro communi ſalute hominū. Alia nova non habeo. Sed vos etiam nihil ſcribitis mihi. Neſcio profecto quomodo demerui de reverentia veſtra.

Commendo vos Domino Deo: qui vos cuſtodiat,
quod eſtis fortis ſicut Leo:
Pulcher ſicut Abſolon: prudens ſicut Salomon:
Dives ſicut Aſuerus: poeticalis ſicut Homerus:
Et ſanctus ſicut Ioann. Baptiſta: moriatur
Reuchlin Iuriſta:
Nec non Poetæ ſæculares: qui adhuc poſſent eſſe
veſtri ſcholares.

Ecce non volui facere carmina, & tamen feci: ſed neſcio qualiter venit, quod feci. Laus Deo. Valete. Et ſic eſt finis. Telos Tetragrammaton. Datum Romanæ Curiæ.

Magi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Magiſter Simon Procoporius, Magiſtro Ortuino Gratio S. P. D.

MIrabilis facta eſt ſcientia tua, ex me cõfortata eſt, & non potero ad eam: Pſalmiſta. Hæc verba poſſunt appropriari mihi directe, quando conſidero doctrinam dominationis veſtræ, quam perſpexi nuper ex libro veſtro, qui intitulatur: Orationes Mag. Ortuini. Sancte Deus, qoomodo creviſtis ita in magnum virum? cum tamen olim fuiſtis hebes ſcholaris meus, ſed nunc eſtis ſuper Magiſtrum, quamvis dicit Scriptura: Non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum, Et ego quando vidi talem librum, tunc clamavi alta voce: O Ortuine, mirabilis facta eſt ſcientia tua, ex me confortata eſt, & non potero ad eam. Et bene mirabilis, quia nunquam credidi, quod poteſtis ſic facere dictamina excellenter & artificialiter ex me, quia de gratia Dei fui reſumptor & inſtructor veſter, & multum glorior ſuper vobis. Confortata eſt bene, quia olim non fuit ita efficax ſcientia veſtra, ſed nunc confortata eſt per inſtinctum Spiritus ſancti, qui illuminavit vos. Et olim (parcatis mihi) non voluiſtis ſtudere: & ſæpe correxi vos, quando non ſciviſtis, mei vel ſui, cuius caſus, & legit legant cuius temporis: & ſæpe dixi ad vos illud merrum, Duræ cervicis es, hæc enim ſapere non vales. Sed nunc poſſetis me inſtruere, & ego non debe-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

rem verecundari, quod eſſem veſter diſcipulus: & ego dico, non potero ad eam, ſcilicet pervenire, quia, ut dicit Socrates, quæ ſupra nos, nihil ad nos. Sed procedatis ſic, compilando dictamina, & eritis notabilis vir. Vale. Datum Lubeck.

Magiſter Achatius Lampirius, Magiſtro Ortuino Gratio S. P. D.

VAlde miror, vir honorabilis, quod ſcribitis omnibus ſociis & amicis veſtris Romam verſus, & ſolum mihi non ſcribitis, cum dixiſtis tamen quod vultis ſemper ſcribere mihi. Sed intellexi ab uno, qui venit ex Colonia, quod velitis libenter habere illam artem, de qua dixi vobis ſemel, videlicet ut faciatis, quod una mulier maxime amat unum. Quamvis iam non ſcripſiſtis mihi, tamen volo mittere vobis, ut poteſtis videre, qualiter diligo vos: quia non volo aliquid in ſecreto habere præ vobis, ſed volo vos docere quæ veteres ſociis nolebant pandere chartis. Eſt autem talis ars illa. ſed non debetis aliquem docere, quia ita abſcondo illam, quod non vellem docere fratrem meum, quia plus amo vos, quam fratrem meum. Ergo volo participare vobiſcum. Et faciatis ſic. Quando amatis unam mulierem, tunc debetis quærere, quomodo vocatur ipſa, & quomodo vocatur mater eius. Sed ponamus caſum, quod amatis unam quæ vocatur Barbara, &

ra, &

ra, & mater eius vocatur Elſa, tunc quæratis unum crinem de capite ipſius Barbaræ. & quando habetis illum crinem, debetis eſſe contritus, & confeſſus, vel ad minus dicere confeſſionem generalem. Deinde faciatis unam imaginem de cera virginea, & faciatis legere tres Miſſas deſuper, ligando illum crinem circum collum ipſius. Poſtea uno mane audiatis prius miſſam, deinde accipiatis ollam novam vitreatam cum aqua, & faciatis ignem in una camera clauſa undique, & faciatis fumum de thure, & incendatis unam candelam de cera nova, in qua eſt modicum de candela Paſchali. Deinde dicatis iſtam cõiurationem ſuper imaginem: Coniuro te cera per virtutem Dei omnipotentis, per novem choros Angelorum, per virtutem Goſdriel, Boldriach, Tornach, Liſſiel, Farnach, Pitrax & Starnial, quod velis mihi repræſentare in omni ſubſtantia & corporalitate Barbaram Elſæ, ut obediat mihi in omnibus quæ volo. Poſtea ſcribatis circum caput imaginis hæc nomina cum ſtylo argẽteo, Aſtrob † Arnod † Bildrom † Sydra †. Et ſic ponatis imaginem in ollam & aquam, & ponite ad ignem, & dicatis iſtam coniurationem: Cõiuro te Barbara Elſæ, per virtutem Dei omnipotentis, per novem choros Angelorum, per virtutem Goſdriel, Boldriach, Tornach, Liſſiel, Farnach, Pitrax & Starnial, & per virtutem iſtorum nominum Aſtrob, Arnod, Bildron,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Bildron, Sydra, quod ſtatim incipias amare me ita, quod ſine tardatione velis ad me venire, quia amore langueo. Et tunc ſtatim quando aqua incipiet fieri calida, ſatis eſt, quia ita incipiet vos amare, quod quando non videt vos, ipſa neſcit ubi eſt. Probatum eſt ſæpe & totiens quotiens. Et debetis mihi credere quod iſta ſcientia eſt valde precioſa. Et ego non darem vobis, niſi amarem vos ita intentionaliter. Ergo vos etiam ſemel debetis mihi participare unum ſecretum. Et ſic valete cum ſanitate veſtra. Datum Romanæ Curiæ.

Frater Otho Flerſklirdrius, Magiſtro Ortuino Gratio.

DEvotam orationem meam pro ſalute, venerabilis vir. Ut ſcribitis mihi quod omnes nos Theologi debemus agere gratias omnipotenti Deo, quod pro nunc Theologia eſt ita in flore, & ſunt plures docti Theologi in omnibus partibus Almaniæ. Et omnes homines, domini & ſervi, nobiles & ruſtici, faciunt eis magnum honorem, vocantes eos Magiſtros noſtros, propter excellentiam. & deponunt pileos & bareta ante eos, dicentes: Commendo me egregitudini veſtræ, eximie Domine Magiſter noſter. Et quando unus Magiſter noſter tranſit per ſtratum, tunc omnes honorant eum ſicut ſi venerit unus princeps: Et merito: Quia Magiſtri noſtri

ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſunt ſicut Apoſtoli Dei. Sic vos in Epiſtola veſtra ſcribitis mihi magnalia. Sed ego tenebo vobis oppoſitum, dicendo, quod bene eſt hoc verum Coloniæ, non autem alibi. Et præcipue hic in patria mea, Magiſtri noſtri religioſi habent nullum honorem, & Canonici & nobilitates multum parvipendunt eos. Sed ſeculares bene adhuc habent honorem, & ſunt in reſpectu. Et hoc videtur mihi indignum, quia religioſi deberent ſemper habere primum locum, quia ſunt magis clericales. Et ſemper religioſus, quoad cœleſtitatem, eſt ſuper ſecularem clericum. Quia religioſi ſunt apti nati ad perſonandum in divinis laudibus ad gloriam Dei, & ſuæ S. matris virginis Mariæ ſemper benedictæ, & ad gloriam omnium ſanctorum & ſanctarum martyrũ & confeſſorum, &c. Ergo videtur mihi magnus error, quod plus honorant homines ſeculares, quã religioſos. Etiam ſeculares Theologi in partibus ſuperioribus, incipiunt eſſe ſuperbi, & ſunt quaſi contra religioſos, cum tamen ipſi ſunt plus mundiales, & tanto plus remoti à regno cœlorum. Quia vos ſcitis, quod Chriſtus dixit: Vos qui ſecuti eſtis me ſedebitis ſuper ſedes, iudicantes duodecim tribus Iſraël. Sed religioſi reliquerunt patrimonia ſua, & omnia bona, & ſunt ſpreti in mundo, ergo ſunt proximi ad regnum cœlorum. Et parcatis mihi, quod ſcribo talia de Theologis ſecularibus, cum vos etiam eſtis unus. Sed

eſt

eſt aliter Coloniæ; ubi ſunt humiles & reverentiales erga religioſos. Et etiam vos, quoad zeloſitatem, eſtis religioſus, quia dixiſtis mihi ſemel Coloniæ: Domine Otho, ego credo, quod adhuc volo fieri monachus de veſtro ordine, quia habeo bonam inclinationem. Et ergo ſcribo vobis ſocialiter: Quia diſplicet mihi valde, quod nunc aliqui Theologi ſeculares ſunt ita ſuperbi: ſicut hic Doctor Ioannes Reyſs, qui eſt prædicator in hac civitate in Summo. Ipſe eſt in magno honore, & omnes Canonici & nobiles valde amant eum, quia ſcit eis bona verba dare. Sed talis Doctor videtur eſſe valde contra religioſos intentionatus. Unus dixit mihi, qui ſæpe fuit cum eo in menſa, quod ipſe omnino tenet unam propriam viam, & neque eſt Albertiſta, neque Scotiſta, neque Occaniſta, neque Thomiſta. ſed quando aliquis interrogat eum: Eximie Domine Doctor, de qua via éſtis? reſpondet, de via Chriſti. & ipſe ridet, quãdo Doctores Theologiæ appellant ſe Magiſtros noſtros. Etiam non multum tenet de religioſis, dicens, quod non oportet induere cappam, ſed alias enim poſſumus ſalvari. & dicit quod Deus nõn reſpicit veſtes. Et in hoc videtur mihi eſſe hæreticus, quia eſt irreverentialis erga religioſos & ſanctos patres. Ipſe tenet etiam ſpecialem modum prædicandi, & non ſicut alii, movendo ſubtiles quæſtiones, & formando argumenta contra, & ſolvendo

poſtea,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

poſtea, & eliciendo Corollaria; ſed ſimpliciter procedit. Et ego miror, quod libenter audiant prædicationes eius, cum tamen non eſt artificialis prædicator. Ego conſideravi in duobus paſſibus quod non eſt bene intentionatus erga religioſos. Semel quando incepiſtis vos Colonienſes una çum ordine noſtro univerſaliter iſtam laudabilem contentionem contra Ioan. Reuchlin, tunc ego portavi ei unam ſchedulam, in qua erat mandatum contra Ioannem Reuchlin, quod liber ſuus deberet comburi, & ipſe debet cogi ad revocationem. Et dixi ei ſicut mihi commiſſum à provinciali noſtro: Eximie Domine Magiſter noſter, hic habet eximietas veſtra unum mandatum, quod Reuchlin eſt hæreticus, & liber eius debet comburi. Ergo velitis publicare ſuper cancellas. Et cum hoc rogamus vos, quod velitis ſtare nobiſcum cõtra prædictum hæreticum. Tunc ipſe legit mandatum, & poſtea dixit: Ego non video, niſi quod eſt mandatum, quod Speculum oculare non debet vendi publice, uſque ad cognitionem & deciſionem cauſæ. Ego non intelligo, quod Reuchlin debet dici hæreticus. Reſpondi, quod præſumitur, ex quo prohibitũ eſt quod liber ſuus non debet vendi. & rogavi eum, quod vult cauſam noſtram commendare in cancellis. Reſpondit: Permittatis me in pace: ego ſum hic, quod debeo ſeminare verbum Dei, & non debeo ſcandalizare quenquam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quam. Quia ſcriptum eſt: Qui ſcandalizaverit unum ex minimis iſtis, &c. Et ſic non potui impetrare, quod vellet adiuvare cauſam fidei. In alio paſſu notavi. Quando fuit hic frater Iacobus de ordine noſtro, & ſeminavit indulgentias, quas impetravimus Romæ pro monaſterio Auguſtenſi, tunc etiam rogavit prædictum Doctorem Reyſs, quod in ambone vellet laudare illas indulgentias, & hortare mulieres & alios, quod darent pecuniam ad ciſtam, quia eſſet bene datum. Sed ipſe permiſit eum dicere quicquid voluit, & tamen non voluit dicere unum verbum de indulgentiis. Et frater Iacobus ſemel dixit ad eum: Ecce vos invidetis nobis, quod debemus colligere pecuniam, & tamen colligemus, etiamſi deberet vobis cor frangi. Et dixit etiam in ambone: Ecce hic habetis indulgentias, & literas indulgentiales, & quod ſcriptum eſt in illis, eſt ita verum & credendum, ſicut Euangelium. Et quando accipitis illas indulgentias, tunc eſtis ita abſoluti, ſicut ſi Chriſtus met veniſſet, & abſolviſſet vos. Tunc Doctor Reyſs tenuit oppoſitum, dicens: Nihil eſt comparandum cum Euangelio, & qui bene facit, bene vivit. Et ſi aliquis centies acceperit iſtas indulgentias, & non bene vixerit, peribit, nec adiuvabitur per iſtas indulgentias: Sed contra, ſi quis bene vixerit, vel poſt peccata pœnitentiam egerit, & vitam emendabit, ecce ego prædico ei, quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

erit habitator regni cœlorum, nec indigebit ullis aliis auxiliis. Et ſic notavi quod iſte Doctor Reyſs eſt inimicus religioſorum, & videtur etiam mihi, quod favet Ioan. Rechlin, quamvis neſcio. Ergo videtis quid ſit dicendũ. Bene concedo, quod Theologi Coloniæ ſint in magna veneratione, & quod Theologi ſeculares & mundani ſunt in magna unione cum religioſis, ſed hic non eſt ita. Spero tamen, quod quando Reuchlin erit ſuperatus, tunc Theologi gaudebunt invicem. quod præſtet nobis Salvator noſter unigenitus, Amen. Datum Herbipoli.

Petrus de VVormatia, Magiſtro Ortuino Gratio S. P. D.

VIr eximie, ſecundum quod eſtis mihi naturaliter inclinatus & multum faveſtis mihi, ego etiam volo vobis facere poſſibilia. Dixiſtis mihi autem: O Petre, quando venitis Romam, videte an ſunt novi libri, & mittatis mihi aliquos. Ecce habetis unum novum librum, qui eſt hic impreſſus. Et quia eſtis Poeta, credo, quod poteſtis vos multum ex illo meliorare. Quia audivi hic in audientia ab uno Notario, qui debet eſſe perfectus in tali arte, quod iſte liber eſt fons Poetriæ, & auctor eius, qui vocatur Homerus, eſt pater omnium Poetarum. & dixit, quod eſt adhuc alius Homerus in Græco. Tunc dixi: quid mihi cum Græco? Ille Latinus eſt melior: quia

quia volo eum in Almaniam mittere M. Ortuino, qui non curat illas Græcas fantaſias. Et interrogavi eum, quid continetur in tali libro? Reſpondit, quod tractat de quibuſdam viris, qui vocantur Græci: qui bellaverunt cum aliis viris, qui vocantur Troiani, quos etiam audivi prius nominare. Et iſti Troiani habuerunt unam magnam civitatē, & illi Græci poſuerunt ſe ante civitatem, & iacuerunt ibi bene decem annos. Tunc Troiani aliquando exiverunt ad eos, & percuſſerunt ſe realiter cum ipſis, & interfecerunt ſe mirabiliter ad invicem, ita quod totus campus ſanguinavit, & fuit ibi quædam aqua, quę fuit colorata per ſanguinem, & fuit per totum rubicata, ita quod fluxit ſicut ſi eſſet ſanguis: & clamor audiebatur in cœlo, & unus proiecit unum lapidem, quem duodecim virī non poſſent elevare, & unus equus incepit loqui, & prophetizavit. Sed non credo talia, quia videntur mihi impoſſibilia, & tamen neſcio, an talis liber eſt multum autenticus: Rogo, ſcribatis mihi de eo, & faciatis me cognoſcere, quod tenetis. Et cum hoc valete. Datum Romæ.

Ioannes Gerlambius, Magiſtro Ortuino Gratio.

SIcut ſcribitur, amicus in neceſſitate probatur, volo etiam videre, an adhuc habetis memoriam mei. Et poſſum videre tali

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

medio: Præſentium lator eſt conſanguineus meus, & habet bonum ingenium, & intendit ſtudere in artibus. tunc pater ſuus voluit eum huc facere ad Univerſitatem: & ego diſſuaſi, quia volo, quod ſtudet in via antiquorum, ſicut ego ſtudui. Et rogo, quod mittatis eum vobis eſſe commendatum. Quamvis ego ſum Albertiſta, non curo tamen, quod faciatis eum ad burſam Montis, ubi ſtudent in via Thomæ, quia ille Rector eſt ſuperioriſta. Et etiam non eſt magna differentia inter Thomiſtas & Albertiſtas, niſi quod Albertiſtæ tenent, quod adiectiva appellant, & quod corpus mobile eſt ſubiectum in Phyſica. Sed Thomiſtæ tenent, quod adiectiva non appellant, & quod ens mobile eſt ſubiectum in Phyſica. Etiam Albertiſtæ dicunt, quod logica eſt de ſecundis intentionibus in ordine ad primas. Thomiſtæ vero dicunt, quod eſt de primis intentionibus ad ſecundas. Item Albertiſtæ tenent, quod mobile poſitum in vacuo, movetur ſucceſſive. Thomiſtæ dicunt, quod mobile poſitum in vacuo movetur in inſtanti. Etiam Albertiſtæ dicunt, quod Galaxia eſt naturæ cœleſtis, Thomiſtæ dicunt, quod Galaxia eſt natutæ elementaris. Sed non multum refert ſic tenere, dummodo ſit aliquis antiquus. Et volo, quod iſte iuvenis comedat in burſa. & quod teneatis eum ſub rigore, ne currat exterius, quando ſibi placet. Et quando facit aliquem exceſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

exceſſum, detis ei diſciplinam. Quia ſcribitur Proverb. 23, Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Et teneatis eum in conſuetudine, quod ſemper intrat diſputationes burſales, & quod non viſitat lectiones Cæſarii, vel aliorum Poetarum. Gaudeo, quod ſcripſiſtis mihi, quod Buſchius non eſt amplius Coloniæ, quia ipſe fuit magnum impedimentum Univerſitatis, ſeducens ſuppoſita cum ſua Poetria. Sunt hic etiam duo Poetæ, Eobanus Heſſus, & Petreius Aperbachius, qui ſunt inimici mei, ſed ego non curo eos. Ubicunque vident me, loquuntur de cauſa Ioann. Reuchlin, & dant ei rectum, & obloquuntur Theologis: ego autem taceo. quamvis nuper dixi: Ioan. Pfefferkorn bene ſcit ei dicere, qualis eſt. & oſtendi eis librum ipſius, qui intitulatur: Defenſio Ioan. Pfefferkorn contra famoſas. & ſic abivi. Det Dominus Deus, quod ſententia vadat pro vobis, alias iſti Poetæ facerent nobis magna frivola. Sed habeatis vobis illum iuvenem commendatum, & valeatis. Datum Erfordiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Magiſter Cunradus Vnckenbunk, Magiſtro Ortuino Gratio S. P. D.

OS habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt, aures habent, & non audient, Pſalmiſt. Hæc verba poſſunt introduci, & thematizari ad propoſitum meum. M. Ortuinus habet os, & non loquitur, ita ut ſemel diceret alicui Curtiſano, qui tendit Romam, ſalutetis mihi D. Cunradum Unckenbunck. Et habet oculos & non videt, quia ſcripſi ei multas literas, & non reſpondet mihi, quaſi non legens, ſeu videns. Et tertio, habet aures, & non audit; quia cõmendavi multis ſociis, quando iverunt ad partes, ut ſalutarent eum. Sed ipſe non audivit ſalutationes meas, quia non reſpondit illis. Ergo peccatis valde. quia ego amo vos: & ergo debetis me iterum amare. Sed non facitis, quia vos ſcribitis mihi nihil. vellem libenter, quod ſæpiſſime ſcriberetis mihi, quia quando lego literas veſtras, lętificant me in corde intus. Attamen intellexi, quod habetis paucos auditores, & eſt querela veſtra, quod Buſchius & Cæſarius trahunt vobis ſcholares & ſuppoſita abinde: cum tamen ipſi non ſciunt ita exponere Poetas allegorice, ſicut vos, & ſuperallegare ſacram ſcripturam, Credo quod diabolus eſt in illis Poetis. Ipſi deſtruunt omnes Univerſitates. & audivi ab uno

uno antiquo Magiſtro Lipſenſi, qui fuit Magiſter 36. annorum, & dixit mihi, quando ipſe fuiſſet iuvenis tunc illa Univerſitas bene ſtetiſſet: quia in viginti milliaribus nullus Poeta fuiſſet. Et dixit etiam, quod tunc ſuppoſita diligenter compleverunt lectiones ſuas formales & materiales, ſeu burſales: & fuit magnum ſcandalum, quod aliquis ſtudens iret in platea, & non haberet Petrum Hiſpanum, aut parva logicalia ſub brachio. Et ſi fuerunt Grammatici, tunc portabant partes Alexandri, vel Vade mecum, vel Exercitium puerorum, aut Opus minus, aut dicta Ioan. Sinthen. Et in ſcholis advertebant diligenter, & habuerunt in honore Magiſtros artium. & quando viderunt unum Magiſtrum, tunc fuerunt perterriti quaſi viderent unum Diabolum. Et dixit etiam, quod pro tunc quater in anno promovebantur Bacculaurii, & ſemper pro una vice ſunt ſexaginta vel quinquaginta. Et illo tempore Uuiverſitas illa fuit multum in flore. & quando unus ſtetit per annum cum dimidio, fuit promotus in Baccalaurium, & per tres annos aut duos cum dimidio in Magiſtrum: & ſic parentes eorum fuerunt contenti, & libenter expoſuerunt pecunias, quia videbant, quod filii ſui venerunt ad honores. Sed nunc ſuppoſita volunt audire Virgilium & Plinium, & alios novos autores. & licet audiunt per quinque annos, tamen non promoventur. Et ſic quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

revertunt in patriam, dicunt eis parentes: Quid es? Reſpondent, quod ſunt nihil, ſed ſtuduerunt in Poeſi. Tunc parentes non ſciũt, quid eſt. Et quando vident, quod non ſunt Grammatici, tunc ſunt male contenti ſuper illam Univerſitatem, & pœnitent de pecunia, & dicunt poſtea aliis: Non mittatis filios veſtros ad Uuiverſitatem, quia nihil ſtudent, trufantes in plateis per noctem, & eſt inutilis pecunia, quæ datur ad ſtudium. Et dixit mihi amplius talis Magiſter, quod tempore ſuo fuerunt duo millia ſtudentes in Lyptzick, & Erfordiæ totidem. Et Viennæ quatuor millia, & Coloniæ etiam tot, & ſic de aliis. Nunc autem in omnibus Univerſitatibus non ſunt tot ſuppoſita, ſicut tunc in una, aut duabus. Et Magiſtri Lipſenſes nunc valde conqueruntur de paucitate ſuppoſitorum, quia Poetæ faciunt eis damnum. Et quando parentes mittunt filios ſuos in Burſas & Collegia, non volunt ibi manere, ſed vadunt ad Poetas, & ſtudent nequitias. Et dixit mihi, quod ipſe Lyptzick olim habuit quadraginta domicellos, & quando ivit in Eccleſiam, vel ad forum, vel ſpatiatum in Ruberum, tunc iverunt poſt eum. Et fuit tunc magnus exceſſus ſtudere in Poetria. Et quando unus confitebatur in confeſſione, quod occulte audivit Virgilium ab uno Baculaurio, tunc Sacerdos imponebat ei magnam pœnitentiam, videlicet, ieiunare ſingulis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

gulis ſextis feriis, vel orare quotidie ſeptem Pſalmos pœnitentiales. Et iuravit mihi in cõſcientia ſua, quod vidit, quod unus magiſtrãdus fuit reiectus, quia unus de examinatoribus ſemel in die feſto vidit ipſum legere in Terentio. Utinam adhuc ſtaret ita in Univerſitatibus, tunc etiam ego non vellem ita ſervire hic in Duria. Quia quid debemus facere in Univerſitatibus? Nos non habemus proficuitatem, quia ſocii non volunt amplius ſtare in burſis vel ſub Magiſtris. & quando ſunt viginti ſtudentes, vix unus intendit procedere ad gradus, ſed omnes alii volunt ſtudere in humanitate. Et quando unus Magiſter legit, tunc non habet auditores, quia Poetæ in reſumptionibus ſuis habent tot auditores, quod eſt mirabile. Sic omnes Univerſitates per totam Almaniam minorantur. Ergo debemus Deum orare, quod moriantur omnes Poetæ, quia expedit vobis, ut unus moriatur, &c. Id eſt, ut Poetæ, quorum ſunt pauci in qualibet Univerſitate, moriantur potius, quam tot Univerſitates pereant. Vos autem ſcribite mihi poſthac, vel faciam unam longam querelam de negligentiis veſtris commiſſis. Valete. Datum Romæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Frater Benedictus de Scotia, Magiſtro Ortuino Gratio.

FRaternali & affectuoſa dilectione ſalutis loco præmiſſa, notum facio vobis, ſicut petitis, quod Epiſtola veſtra eſt mihi præſentata in feſto S. Michaelis, & volo reſpondere ad proximas veſtras articulariter. Primo quæritis, quare nos fratres prædicatores cantamus groſſiori voce, quam alii religioſi. Dico, quod non ob aliam rationem puto, niſi quod ſcribitur Eſa. 59, Rugiemus quaſi urſi omnes, & quaſi columbæ gememus: Et propterea credo, quod S. Dominicus voluit implere iſtam prophetiam. Secundo quæritis, quod teneo, an S. Thomas, vel S. Dominicus eſt ſanctior. Dico, quod ſunt variæ opiniones, & Doctores ordinis noſtri variis modis diſputant. Aliqui tenent, quod S. Dominicus eſt ſanctior, merito vitæ, ſed non merito doctrinæ: & per contrarium, S. Thomas eſt ſanctior, merito doctrinæ, non merito vitæ. Alii putant, quod ſimpliciter, S. Dominicus eſt ſanctior, & probant duabus rationibus. Prima eſt, quia S. Dominicus eſt ſanctior ordinis noſtri, & ſic S. Thomas, qui eſt de illo ordine, fuit eius diſcipulus. Sed non eſt diſcipulus ſuper Magiſtrum. Ergo. Secunda eſt, quia doctrina non habet prærogativam ad vitam & geſta: & ergo licet S. Thomas fuit doctior, quam S. Dominicus, tamen

non

non propterea etiam eſt ſanctior. Alii volunt quod ſimpliciter S. Thomas eſt ſanctior, quia non eſt alius Doctor inter omnes ſanctos, qui appellatur Doctor ſanctus, præterquam S. Thomas. Et ergo ſicut Ariſtoteles appellatur Philoſophus, & Paulus Apoſtolus: ſic & S. Thomas propter eminentiam vocatur ſanctus. Et ergo non ſolum in doctrina, ſed etiam in ſanctitate eſt maior, quam S. Dominicus. Reſpondetur, quod S. Thomas vocatur ſanctus, non quod eſt ſanctior omnibus aliis ſanctis ſimpliciter, ſed tantum inter ſanctos Doctores eſt ſanctior. Et ſic non eſt ſanctior, quam S. Dominicus. Quod etiam dixit mihi unus antiquus de ordine noſtro, quod vult mihi oſtendere in uno libro veteriſſimo, quod prohibitum eſt diſputare de ſuperioritate inter iſtos duos ſanctos. Et ergo relinquo hanc quæſtionem, & non volo eam decidere. Tertio, quæritis, an etiam puto quod Ioannes Pfefferkorn perſeverabit in fide Chriſtiana? Reſpondeo, quod per Deum neſcio, quid debeo dicere: Quia eſt valde periculoſum. Vos bene ſcitis illud exemplum ad ſanctum Andream Coloniæ: qualiter unus Decanus eiuſdem Eccleſiæ Iudæus baptizatus diutiſſime manſit in fide Chriſtiana, & vixit rectiſſime. Sed poſtea in articulo mortis iuſſit ſibi portare unum leporem & canem, & miſit eos currere. tunc ſtatim canis apprehendit leporem. Tunc iterum iuſſit currere unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

cattum & murem. & cattus apprehendit murem. & dixit multis circumſtantibus: Videtis, quod iſta animalia non dimittunt naturam ſuam? Sic etiam Iudæus nunquam dimittit fidem ſuam. ego etiam hodie volo mori, ſicut bonus Iudæus. Et mortuus eſt. Tunc cives Colonienſ. ad memoriam facti illius, fecerunt has æreas imagines, quæ adhuc ſunt ſuper murum ante Cimiterium. Item audivi de alio, qui ſimiliter in articulo mortis conſtitutus, iuſſit ſibi portare unum lapidem magnum, & ponere eum in olla cum aqua, & ponere ad ignem ad coquendum. & ſtetit bene tres dies apud ignem. Tunc quæſivit, an eſſet coctus? Reſponderunt, quod non, quia non eſſet poſſibile quod unus lapis deberet coqui. Tunc reſpondit ipſe: Sicut iſte lapis nunquam fit mollis apud ignem, ita etiam nunquam aliquis Iudæus fit recte Chriſtianus: Sed faciunt hoc propter lucrum, vel propter timorem, vel propterea, quod poſſint facere unam proditionem. Et ego hodie volo mori ſicut fidelis Iudęus. Ergo per Deũ, Magiſter Ortuine, timendum eſt valde de Ioan. Pfeffer. quamvis ſpero, quod Dominus Deus dabit ei ſpecialem gratiam, & conſervabit eum in fide. & non debemus utique ſemper dicere, quod pro certo ſemper manebit Chriſtianus, propter Ioann. Reuchlin & ſuos adhærentes. Quarto interrogatis, quid teneo de propriis nominibus, an carent in

plurali

plurali numero, ſicut tenent antiqui Grammatici, Alexander & alii, an vero habent pluralem, ſicut opinantur moderni, & novi, ut Diomedes & Priſcianus? Reſpondeo, quod dicendum eſt, quod propria careant plurali, in quantum propria. Sed aliquando tamen declinantur in plurali, & tunc debent exponi per appellativa. Ut duo Iacobi, id eſt, duo Apoſtoli, qui fuerũt nominati Iacobus. Duo Catones, id eſt, duo reges vel ſapientes Senatores Romani, vocati taliter. Tres Marię, id eſt, tres mulieres habentes tale nomen. Reſpondi vobis pro poſſe meo: Si ſcirem melius, etiam melius reſpondebo vobis. Et ergo accipiatis in bonam partem. Et ſalutate mihi plurimum Magiſtrum noſtrum Arnoldum de Tungaris, præceptorem ſingulariſſimum, & valete. D. S.

Ioannes Kalb, Magiſtro Ortuino Gratio.

SAlutem amicabilem. Honorabilis Domine, Venerabilis Domine Magiſter: ſciatis, quod miror valde, quomodo ſic poteſtis me tribulare, ſcribendo mihi ſemper: Scribatis mihi tamen aliquid novi. Et ſemper vultis ſcire novalia, cum tamen ego habeo alia ad agendum. Et ergo non poſſum multum curare de novitatibus, quia oportet me currere hinc inde, & ſollicitare, ſi non volo perdere ſententiam, & venire de beneficio illo. Sed tamen ſi vultis eſſe contentus, tunc ſemel volo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

volo ſcribere vobis, ita quod poſtea permittatis me in pace cum novitatibus. Vos bene avdiviſtis qualiter Papa habuit unũ magnum animal, quod vocatum fuit Elephas, & habuit ipſum in magno honore, & valde amavit illud, Nunc igitur debetis ſcire, quod tale animal eſt mortuum. Et quando fuit infirmum, tunc Papa fuit in magna triſticia, & vocavit medicos plures, & dixit eis: Si eſt poſſibile, ſanate mihi Elephas. Tunc fecerunt magnam diligentiam, & viderunt ei urinam, & dederunt ei unam purgationem, quæ conſtat quinque centum aureos, ſed tamen non potuerunt Elephas facere merdare, & ſic eſt mortuum, & Papa dolet multum ſuper Elephas. Et dicunt, quod daret mille ducatos pro Elephas. Quia fuit mirabile animal, habens longum roſtrum in magna quantitate. Et quando vidit Papam, tunc geniculavit ei, & dixit cum terribili voce, bar, bar, bar. Et credo, quod non eſt ſimile animal in mundo. Dicunt quod Rex Franciæ, & Rex Carolus fecerunt pacem ad multos annos, & iuraverunt invicem. Sed videtur aliquibus, quod talis pax eſt cauteloſa, & non durabit diu. Ego neſcio quomodo eſt, etiam non multum curo. Quia quando venio iterum ad Almaniam: tunc ibo ad Paſtoriam meam, & habebo bonos dies. Quia habebo ibi multas aucas & gallinas & anetas, & poſſum habere in domo mea quinque vel ſex vaccas, quæ

dabunt

dabunt mihi lac, quod facio Caſeos & Butirum. Quia volo habere Cocam, quæ facit mihi talia. Et debet eſſe antiqua. Quia ſi eſſet iuvenis, tunc faceret mihi tentationes carnis, ita quod poſſum peccare. Ipſa etiam debet mihi nere, quia emam ei linum. Et volo habere duos vel tres porcos, & volo eos impinguare, quod faciunt mihi bonum lardũ. Quia ante omnia volo in domo mea habere bona coqualia. Etiam volo ſemel mactare unum taurum, & dimidium volo vendere ruſticis, & dimidium volo ſuſpendere in fumo. Et retro domum habeo hortum, ubi volo ſeminare Allium, Cœpas, Petroſilium, & volo habere Olera, & Rapas, & alia. Et ego volo in hyeme ſedere in ſtuba mea, & ſtudere, quod poſſim ruſticis prædicare in ſermonibus Parati vel Diſcipuli, vel etiam in Biblia, ita quod ero habituatus ad prædicandum. Et in æſtate volo ire piſcatum, vel laborare in horto, & non volo curare de bellis, quia volo eſſe pro me, & dicere orationes meas, & legere miſſas, & non curare iſta mundana negotia, quæ afferunt perditionem animæ. Valete. Datum Romæ Curiæ.

Philippus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Philippus Sartoris de Erfordia, Magiſtro Ortuino Gratio.

SAlutes venerabiliter optandas honorabilitati veſtræ. Venerabilis Domine Magiſter, ſicut nuper ſcripſiſtis mihi, quod quidam Poeta in Almania, dictus Eraſmus Roterodamus, componit multos libros, & præcipue compoſuit unam Epiſtolam ad Papam, in qua commendavit Ioan. Reuchlin. Sciatis, quod vidi illam Epiſtolam, ſed adhuc vidi unum alium librum magnum, qui intitulatur novum Teſtamentum, & miſit illum librum ad Papam, ſed ſpero quod non fiet. Quia Magiſter ſacri Palatii, qui eſt vir notabilis, & magnæ reputationis, dixit, quod vult probare, quod Eraſmus ille eſt hæreticus, quia in quibuſdam paſſibus reprehendit Doctorem ſanctum, & nihil tenet de Theologis. Et cum hoc ſcripſit unam materiam, quæ vocatur Moria Eraſmi, quæ habet multas propoſitiones ſcandalizativas, & parum reverentiales, & quandoq; continet apertas blaſphemias. Quapropter Parrhiſienſes volunt comburere talem librum. Ego etiam non credo, quod Papa authenticabit illum magnum librum. Etiam Magiſter noſter Iacobus de Alta platea, eſt in bona ſperantia. Heri invitavit me ad collationem, & dixit mihi veraciter, quod Cardinalis dixit ſibi, quod debet habere ſententiam pro ſe. Sed Ioannes Wick,

Wick, qui eſt procurator Ioan. Reuchlin, facit ei magnam inſtantiam. Ego ſemel affui, quod Magiſter noſter Iacobus dixit ad eum: Ecce tu iam es contra me. & credas mihi firmiter: ſi habuero victoriam, ego tribulabo te ita, quod in tota Almania non eris ſecurus. Et iterũ dixit ad eum, ego ſcio, quod Reuchlin non habet tibi dare pecuniam, & tu es ita temerarius, quod vis tibi totum ordinem ad inimicitiam facere. Poſtea eſt unus alius, ſcilicet Doctor Martinus Groningen, qui debet transferre Speculum oculare. Ego intellexi, quod Magiſter noſter Iacobus dabit ei centum ducatos in occulto, quod falſificavit Speculum oculare: & ſi faciet, tunc eritis victores. Et ſpero, quod ille Doctor faciet. De talibus quicquid ſcitis, debetis mihi ſcribere. Valete. Ex Roma.

Magiſter Adolphus Clingeſor, Magiſtro Ortuino Gratio.

SIcut nuper intellexiſtis de me, quod ſolent hic mecum diſputare de Ioanne Reuchlin in cauſa fidei: Sciatis, quod poſtquam miſiſtis mihi illum librum Ioannis Pfefferkorn, qui intitulatur: Defenſio Ioannis Pfefferkorn contra famoſas, tunc ivi ad quendam, qui ſemper tenet mihi oppoſitum, & oſtendi ei in illo libro circa finem O ij, ubi ſcribitur: ante viginti annos, ſi bene memini, nobis Coloniæ à Ioanne Lichtenberger, ſive pere-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

grino Ruth, heremita, (cuius Prognoſtica Moguntiæ tam latine quam teutonice impreſſa) vaticinatũ fuiſſe. Sic etiam ſcribit folio 16: Attendite ô vos Philoſ. Colonienſ. ne lupi rapaces introeant in ovile veſtrum. Nam temporibus veſtris exurgent nova, & inaudita in Eccleſiis veſtris, quæ almipotens avertat. Cum ille legiſſet, ſtetit modicum, & penſavit, deinde dixit, Ego miror ſtultitiam Theolog. Creditis quod omnes homines ſunt pueri, quod poſſetis eis perſuadere talia? Sed quia Theologi Colonienſ. volunt ita ſubtiles videri, ego oſtendam vobis unam prophetiam Ioannis Reuchlin, quæ magis erit ad propoſitum, & poſtea demonſtrabo etiam illam Prophetiam, quam illi ponunt, quod eſt pro Reuchlin, & non contra eum. Videatis igitur Sophoniæ 2. ubi Propheta ſic dicit: Et erit in tempore illo, ſcrutabor Hieruſa. in lucernis, & viſitabo ſuper defixos in fecibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis, &c. Nunc quia vos Colon. prætenditis ſcripturas trahere ad placitum veſtrum: Audiatis quomodo etiamego poſſum exponere verba Prophetæ: Dicit ergo Dominus per os Prophetæ: Et erit in die illa, ſcrutabor Hieruſalem, id eſt, viſitabo Eccleſiam meam, cogitans reformare eam, tollere errores, ſi ſunt aliqui in ea. hoc faciam in lucernis, id eſt, mediantibus doctiſſimis viris, ſicut ſunt in Almania Eraſmus Roterodamus, Ioan. Reuchlin,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

lin, & Mutianus Ruffus, & alii, & viſitabo ſuper viros, id eſt, Theologos, defixos, id eſt, obſtinaciter induratos, in fecibus ſuis, id eſt, in quadam ſordida & tenebricoſa & inepta Theologia, quam ante pauca ſeculá uſurpaverunt ſibi, relinquentes illos antiquos & literatos Theologos, qui in vera luce ſcripturarum ambulaverunt. Ipſi autem non ſciunt neque Latinas, neque Græcas, neque Hebraicas literas: ut poſſent Scripturas intelligere. Et ergo relicta vera & originali Theologia, nihil amplius faciunt, niſi quod diſputant, & argumentantur, & movent inutiles quæſtiones. Et iſta faciendo, dicunt ſe defendere fidem Catholicam, cum tamen neminem apud ſe habeant, qui pugnat contra fidem: & ſic inutiliter perdunt tempora, & non conferunt aliquam utilitatem in Eccleſia Dei. Sed ſi diſputationes eorum haberent aliquam utilitatem, tunc poſſent illam vertere ad commodum Eccleſiæ fidei Catholicæ, eundo per mundum, & prædicare verbum Dei, ſicut Apoſtoli, & diſputare contra Græcos, quod redeant in unionem in Eccleſia Romana. Vel ſi non vellent longe abire, ſaltem irent in Boemiam, concludentes illam gentem cum argumentis & ſyllogiſmis ſuis. Sed hoc non faciunt. Verum ibi diſputant ubi non eſt opus. Ergo viſitabit eos Dominus, & mittet quoſdam alios Doctores, Græce, Latine, & Hebraice doctos, qui eiectis illis

illis fecibus, id eſt, ablatis illis ineptis cavillationibus, & adulterinis Theologis, & obſcuris commentationibus, adducent lucernas ſuas & illuſtrabunt Scripturas, & reſtituent nobis antiquam & veram Theologiam, ſicut nuper ille prænominatus Eraſmus emẽdavit libros ſanctiHieronymi & fecit eos imprimi. Etiam emendavit novum Teſtamentum: quod ego credo eſſe maiori utilitati, quam ſi viginti millia Scotiſtæ vel Thomiſtæ centum annos diſputarent de Ente & eſſentia. Poſtquam dixit talia, reſpondi ego: Cuſtodiat me Dominus Deus, quid audio? Vos de facto eſtis excommunicatus. Et volui abire ab eo. tunc tenuit me, dicens: Audiatis tamen finem. Reſpondi: Nolo audire finem, Tunc dixit: Audiatis ergo ſolum, quomodo exponam prophetiam. & cogitavi mecum, quod volo audire, quia nihil nocet audire unum excommunicatũ, dummodo aliquis non bibit vel comedit ſecum. Tunc incepit ſic: Attendite ô vos PhiloſophiColonienſes. Non dixit Theologi, ſed Philoſophi. Quia Theologia Colonienſium potius eſt Philoſophia, item ars Sophiſtica, quam Theologia dicenda, quia nihil aliud eſt, quam garrulitas diabolica & inanis loquacitas. Ne lupi rapaces, ſcilicet Iacobus de Hochſtraten, Arnoldus de Tungaris & ſimiles, qui falſitate & fraudibus ſuis, violenter & crociter invadũt innocentes oves, quales ſunt & fuerunt Petrus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

trus Ravenna, & Ioan. Reuchlin, volentes eos declarare hæreticos, propter doctrinam & laudem ſuam, cui ipſi invident. Et quia vident, quod ipſi non poſſunt talia efficere, qualia iſti doctiſſimi viri, ergo vellent libenter perdere eos. Hi ſunt igitur lupi rapaces, qui inſidiantur famæ ac vitæ innocentum. Et ſic per ſeptem iam annos rapuerunt & tractaverunt hinc inde miſerum ſenem Ioannem Reuchlin. Et niſi omnipotens Deus avertiſſet illud malum, omnino devoraſſent eum. Et non poteſt exponi, quod Reuchlin ſit ille lupus rapax. Quia in tota ſua vita neminem rapuit, id eſt, neminem falſo accuſavit, vel contra vitam vel famam eius, ſcriptis egit. Sed attendatis, quid ſonant ſequentia verba: Introivit in ovile veſtrum. Quia ille bonus Reuchlin, nunquam intravit ſtudium Colonienſ. Imo nunquam habuit curam de Theolog. Colonienſibus vel Eccleſia Colonienſ. Sed habuit alia agere, maioris utilitatis. Ergo ipſe non poteſt dici unus ex illis lupis rapacibus, de quibus Lichtenberger ſentit, qui debet eſſe ex ovili Colonienſi. Conſequenter. Nam temporibus veſtris exurgent nova & inaudita, quæ neque oculus vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis deſcendit, quod ita doctus & probus vir, qui tam multis profuit, & nemini unquam nocuit, in ſumma ſenectute ſua debet ita crudeliter & perfide vexari, & conturbari, & perſecu-

ſecutionem pati. Et ergo ſequitur in Eccleſiis veſtris. Quapropter non poteſt de Reuchlin allegari, quia ipſe benigniſſime vivit extra Eccleſiam Colonienſem, ſcilicet in Epiſcopatu Conſtantienſi. Et ſic ſpero, quod veniẽt canes, id eſt, fideles cuſtodes ovium, qui ſine invidia & malevolentia, humiliter & fideliter paſcent oves Chriſti, id eſt, populum Chriſtianum, & dilacerabunt iſtos lupos, qui vaſtaverunt ovile Dei, & purgabunt Eccleſiam Dei, id eſt, eiicient illos ſordidos & feculentos Theologos, qui nihil ſciunt, & omnia ſcire pertendunt. Poſtquam talia dixit, receſſi ab eo. & iuravi ad ſancta ſanctorum, quod volo ſcribere ad Colon. Peto ergo humiliter quod velitis iſta dicere Magiſtris noſtris & Ioanni Pfeffer. qui eſt quaſi ſcriptor Colonienſ. & ſcit mirabiliter componere, ut bene vexet eos ſcriptis ſuis. Ille qui dixit iſta, eſt natús ex Perlin, ſi vultis nomen eius ſcire, tunc ſcribatis mihi, & dicam vobis. ipſe ſtetit Bononiæ, ubi fuit bene caſtigatus, ſed tamen adhuc loquitur contra Theologos, & eſt male Chriſtianus, & manet in pravitate ſua. & ergo morietur in gehenna. à qua Dominus Deus conſervet vos, & Theologos & fratres prædicatores, per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Datum Francofordiæ apud Oderam.

Ioannes

Ioannes Helferich, Latine Iuppiter, Magiſtro Ortuino.

SAlutem cum humilima commendatione ſui. Venerabilis Domine Magiſter, ſicut ſcribitis mihi, quod habetis admirationem abũde, quod voco me Iuppiter; Sciatis, quod quando ſteti Wiennæ, tunc audivi lectiones in Poetria, & fuit ibi quidam iuvenis Poeta, qui fuit diſcipulus Conradi Celtis, & vocatur Georgius Sibutus, ipſe fuit ſocius meus, & ſemper una. Et dixit mihi; Tu debes vocari Iuppiter, quia Iuppiter Latine eſt idem, quod Helferich teutonice. & ſic vocant me nunc Iuppiter. Sed ille Poeta nunc eſt Wittenberck, ibi accepit unam antiquam vetulam, quæ vixit annos ſeptuagidta octo, vel paulo plus. Ego fui ſemel in domo eius, quãdo ambulavi ex Pruſſia, tunc illa vetula ſedit retro fornacem. Tunc dixi ei: Eſt iſta mater veſtra? Reſpondit, non, ſed eſt fœmina & uxor mea. Et dixi ei: Quare ſumpſiſtis ita antiquam vetulam? Quod eſt adhuc bona in fornicatione. Et etiam habet multum pecuniæ. & ſcit facere bonam cereviſiam: & poſtea vendit eam, & colligit pecuniam. Tunc dixi: Bene feciſtis. Et interrogavi, quomodo vocatur fœmina veſtra? Reſpondit, & ego voco eam Cantinna mea, Leſbia mea, & Cynthia mea. Sed tranſeant illa. Scribitis, quod videtur vobis, quod ſtatim erit extremum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

mum iudicium: quia mundus ita nunc eſt peioratus, quod non eſt poſſibibile, quod poteſt amplius peiorari, & homines habent ſic malos geſtus quod eſt mirabile. Quia iuvenes volūt ſe ęquiparare ſenibus,& diſcipuli Magiſtris, & Iuriſtæ Theologis, & eſt magna confuſio, & ſurgunt multi hæretici, & Pſeudochriſtiani, Joann. Reuchlin, Eraſmus Roterodamus, Bilibaldus neſcio quis, & Vlricus Huttenus, Hermannus Buſchius, Iacobus Wimphelingus, qui ſcripſit contra Auguſtinenſes, & Sebaſtianus Brant, qui ſcripſit contra prædicatores, (quod ſit Deo conqueſtum) & temerarie vituperat eos. Et ſic multa ſcandala ſurgunt in fide. Et bene credo vobis, quia legi, quod *talia* debent immediate præcedere extremum iudicium. Sed adhuc volo ſignificare vobis, quod audivi, & dictum eſt mihi veraciter ab uno religioſo patre: quod dicitur pro certo, quod Antichriſtus eſt natus, ſed eſt adhuc parvus. Etiam dixit, quod facta eſt quædam revelatio cuidam ordinis Carthuſienſium, qui quādo ſemel dormivit in cella ſua, audivit unam vocem de cœlo, dicentem: Peribit mundus. Tunc ille religioſus timuit, & noluit aliquid dicere, ſed occulte fecit orationes ſuas contra tentationem diaboli. Tunc incepit iterum clamare vox illa, & etiam tertio incepit. Tunc ipſe intelligens in ſpiritu, quod eſſet vox Domini, reſpondit: Domine, quare? Reſpondit

vox

vox illa: Propter peccata ſua. Tunc iterum dixit religioſus: Domine, quando? Reſpondit vox illa: Adhuc in decem annis, propterea timeo valde. Et quando ambulavi per Bononiam, audivi, quod ibi eſt unus civis, qui habet ſpiritum, qui vocatur Rilla, & ille ſpiritus mirabilia dicit ei de Rege Franciæ & Imperatore & Papa, & de fine mundi. Ego legi Prophetias eius. Sic ſcripſi vobis quid ego ſcio. Cnm hoc ſitis commendatus Domino Deo. D. K. L.

Henricus Schluntz, Magiſtro Ortuino Gratio.

AMicitiam & ſervitutem dominationi veſtræ à parte ante, ſemper, & quicquid poſſum pro dominatione veſtra hic & ubique, & in omibus locis, & honeſtis. Venerabilis Domine Magiſter, mitto dominationi veſtræ hic unum notabilem & multum proficualem librum, & videtur mihi, quod talis liber eſt compoſitus multum artificialiter, habens in ſe propoſitiones valde magiſtrales, & vocatur rationale divinorum. ego emi hic, quando fui in nundina, & dixi, Iſte liber eſt pro Magiſtro Ortuino: laudetur Deus, quod inveni eum: quia volo ei mittere, ſicut ipſe nuper miſit mihi librum Ioann. Pfefferkorn, qui intitulatur: Defenſio Ioannis Pfeffer. contra famoſas: quem talis vir compoſuit intentionaliter defenſorium ſacræ fidei Ca-

tholicæ contra Ioan. Reuch. & ſequaces, dãdo eis bonas ſcommas. Sed poſſetis dicere: Quare talis mittit mihi talem librum? Credit quod nõ met habeo libros ſatis? Reſpondeo, quod non facio propter. Et quando pudeo, quod miſi vobis talem librum proptetatis, quod miſi vobis talem librum propterea, tunc facitis mihi iniuriam, quia feci cum bona opinione. Et non debetis credere, quod parvipendo vos, quod habetis paucos libros, quia ſcio quod habetis multos libros. Quia vidi bene, quando fui in ſtuffa veſtra Coloniæ, quod habuiſtis multos libros in magna & in parva forma: & aliqui fuerunt ligati in aſſeribus, aliqui in Bergamenibus: & aliqui fuerunt per totum cum corio rubeo, & viridi & nigro: aliqui pro dimidio ſupertracti. & vos ſediſtis habens flabellũ in manu, ad purgandum pulveres abinde. Tunc ego dixi; Magiſter Ortuine, vos per Deos habetis multos pulchros libros, & tenetis eos in magno honore. Tunc dixiſtis mihi, quod ita debeo cognoſcere, quando aliquis eſt doctus vel non. Quia qui honorat libros, honorat etiam ſcientias. E conrra, qui non honorat libros, etiam non honorat ſcientias. Et tenui in corde meo tale dogma, & tenebo per omnia ſeculorum ſecula, Amen. Datum in Nurnberga.

Ioannes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Ioannes Schluntzig, Magiſtro Ortuino Gratio.

SCripſiſtis mihi noviter unam literam valde vituperativam, & criminatis me, quod non ſcribo vobis, quomodo ſtat in cauſa fidei cum Ioanne Reuchlin. Et quando legi illam literam, fui valde iratus, & dixi: Quare ſcribit mihi talia? cum ego ſcripſi ei duas literas, & non eſt adhuc medius annus. Sed nuncii non præſentaverunt ſibi. quid ego poſſum facere? Et debetis mihi firmiter credere, quod ſcripſi vobis ſingulariter & articulatim, quicquid ſcivi. Sed eſt bene poſſibile, quod nuncii non præſentant vobis. Et præcipue ſcripſi vobis, quod quando equitavi ex Florentia verſus Romam, tunc in via inveni Reverendum patrem, fratrem Iacobum de Hochſtraten, Magiſt. noſtrum & hæret. pra. Inquiſ., venientem ex Florentia, ubi impetravit aliquid in cauſa veſtra per Regem Franciæ. Tunc detracto pileo meo, dixi: Pater reverende, eſtis, vel non eſtis? Tunc reſpondit: Ego ſum qui ſum. Tunc dixi: Vos eſtis Dominus meus Magiſter noſter Iacobus de Alta platea, Inquiſitor hæret. prav. Reſpondit: Sum utique. Et dedi ei manum, dicens: O Deus, quomodo venit quod inceditis per pedes? Eſt ſcandalum quod talis vir debet pedibus ſuis ambulare per merdam & per lutum. Reſpondit ipſe, hi in curribus, & hi in equis: nos autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tem in nomine Domini venimus. Dixi ei: Sed nunc eſt magna pluvia & frigus. Tunc levavit manus ſuas ad cœlum, dicens: Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum. Et cogitavi mecum, ô Deus, non eſt magna miſeria, quod talis Magiſter noſter debet habere malam fortunam? ante duos annos ego vidi eum venire Romam cum tribus equis, & nunc vadit per pedes? Et dixi ei: Vultis equum meum? Reſpondit ipſe metrice: Qui dare vult aliis, nō debet dicere, Vultis? Tunc dixi: Per Deum, eximie Domine, ego habeo unam vacantiam, & propterea oportet me velociter ire, alias vellem vobis dare equum meum, & ſic dereliqui eum. Ecce nunc ſcitis, quomodo ſtat, & videtur, quod ille Magiſter noſter eſt in magna miſeria, propterea procuretis ei pecuniam, vel cauſa male ſtabit. Quia procurator Ioan. Reuchlin. Ioannes von der Wick, facit magnam diligētiam, & currit & recurrit. Et nuper impoſuit quædam ſcripta contra Magiſtrum noſtrum Iacobum, ita ſcandaloſa, quod ego miror, quod Deus non aperte plagat eum. Ipſe etiam nuper vituperavit præfatū Magiſtrum noſtrum in faciem, dicens: Ego efficiam auxilio veritatis, quod tu morieris in ſcandalo, & miſeria & triſtitia, & Ioannes Reuchlin triumphabit, & omnes Theologi debent hoc videre, etiamſi deberent rumpi. Et ſic vides, quod iſte prędictus Ioannes de Wick prętendit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

dit eſſe inimicus omnium Theologorum, & eſt homo valde audax, & eſt ita temerarius, & quantum eſt poſſibile. Ego andivi à Magiſtro noſtro Iacobo, quod dixit: Niſi fuiſſet iſte, ego habuiſſem ſententiam pro me ſtatim, quando veni Romam. Et eſt verum, quia etiam ab aliis audivi, quod quando Magiſter noſter Iacobus primū venit ad Romanā Curiam, tunc fuit ita terribilis, quod omnes Curtiſani timuerunt eum. Et nullus Procurator voluit eſſe pro Ioann. Reuchlin, quia timuerunt talem Magiſtrum noſtrum. Et Iacob. de Queſtēberck, qui eſt etiam amicus Reuchlin, quæſivit per totam Romam invenire unum Procuratorem, & non potuit invenire, quia omnes dixerunt, quod vellent ei in aliis complacere, ſed in negotio fidei timerent, ne Magiſter noſter Jacobus inquireret eos ad ignem. Iſtis ſic ſtantibus, venit ille Doctor (ſi eſt dignns) Joan. de Wick, & dixit ad Jacobum de Queſtenberg; Ego ſum paratus offerre me contra furorem illius monachi. Tūc Magiſter noſter Iacobus aperte minavit ei, dicens; Ego volo facere, quod pœnitebit te, quod unquam dixiſti unum verbum pro Reuchlin. Et audivi ab ore eius tūc temporis, quod dixit: Quando haberet ſententiam cōtra Reuchlin, tunc ſtatim vellet illum Doctorem de VVick citare, & declarare eum hæreticum, quia ex verbis eius collegit aliquos articulos hæreticales. Sed nunc eſt aliud. Et

credatis mihi quod non bene ſtat negotium, quia nunc ſemper ſunt decẽ fautores Ioan. Reuchlin, ubi non eſt unus Theologorum. Et quando fuit poſt diſputatum à Theologis votatum, tunc fuerunt 18. qui votaverunt pro Reuchlin, & ſolum ſeptem pro Theologia. Et adhuc illi ſeptem non dixerunt, quod deberet comburi Speculum oculare: ſed limitaverunt verba ſua. Ergo non habeo bonam ſperantiam. Vos debetis omnia facere quæ poteſtis, quod moriatur ille Ioannes de VVick, quia ipſe eſt cauſa, quod Reuchlin bene ſtat, & Theologi male. Et niſi ipſe fuiſſet, talia non fuiſſent perpetrata. Et ſic credo, quod bene expedivi me, ſcribendo: quod poſteà non poteſtis mihi ſcribere talia vituperia. Ergo valete. Datum Roma, Curiæ.

Guilhelmus Bricot, Magiſtro Ortuino Gratio.

QUia ſemper petitis, quod volo vobis nova ſcribere, & ego tamen ſæpe ſcribo vobis, ſed non iuvat, ergo iterum ſcribere vobis volo, & credo quod ſufficiet. Venit mihi in litera ex Romanæ urbis Curia, quod Matthæus Finck ſingulariſſimus fautor veſter eſt mortuus, & aliqui Curtiſani Lanſmanni ſui habuerunt me rogatum, quod volo ei componere Epitaphium, quod feci ſic,

Hic

Hic iacet extinctus quondam venerabilis Fincus.
In rubea toga, pro eo Deum roga.
Cuius olim venter bibit Corſica vina libenter.
In fide ſyncera & charitate vera.

Unum rogo de vobis, quod velitis me tamen inſtruere, quomodo debeo intelligere, quod Parrhiſienſes, quando ſententiam fecerunt ſuper Speculum oculare, ponunt iſta verba, citra tamen autoris ipſius notam, quem ob humilem eius ſubmiſſionem, & alia eius laudabilia ſcripta pro catholico habemus. Quia non ſcio, quid eſt, quod Speculum oculare debet comburi tanquam liber hæreticus: ſine infamia Ioannis Reuchlin, qui compoſuit, & adhuc defendit eum. Quia videtur, quod aliquis artifex, qui eſt cauſa efficiens, magis debet habere culpã, quam res illa quã facit. Etiã vellẽ, quod Louanienſes in Epiſtola ad Papam non ſcripſiſſent, quod ſententia Parrhiſienſium & condemnatio Speculi ocularis attulit ipſis multum ſpiritualis iucunditatis: quia ſanctiſſimus Dominus Papa cogitabit, Ecce nunc video, quod nihil eſt in Theologis niſi pura invidia. Si enim eſſent Theologi, imo ſi eſſent Chriſtiani, deberent potius compaſſionem habere de malis alicuius Chriſtiani, quam gaudere & exultare. Et credatis mihi, quod multum promovebit cauſam Joannis Reuchlin, & omnes credẽt, quod ex invidia tribulatur: quod tamen in

rei veritate nunquã compertum eſt. Quia ille adverſarius noſter, ſeu potius in Chriſto amicus, & ſui Philocapniones, id eſt, filii Ioannis Reuchlin, fecerunt iniuriam Ioann. Pfefferkorn, qui defendit ſe, & ſcripſit veritatem. Et ipſemet petit quod moriatur, ſi vel minimum mendacium ſcripſit. Quamvis Pſalmiſta dicit: Omnis homo mendax. Nec debet obſtare, quod Ioann. Pfefferkorn in nequitiis & criminibus à puerili, proh dolor, ætate (ut ipſemet ſcribit in defenſione ſua contra famoſas) exercitatus eſt. Quia licet aliquis etiam per longum tempus ſit malus & nequitioſus, tamen bene iterum poteſt fieri probus. Sic pie credendum eſt de Ioanne Pfefferkorn, qui regeneratus eſt per gratiam Spiritus ſancti mediante Baptiſmo. & ergo nunc eſt probus, ſicut non dubito, & manebit Chriſtianus uſque ad finem ſæculi. Etiam intellexi, quod quidam valde infamavit vos ubique, dicens, quod eſtis filius preſbyteri, & non eſtis legitimus. Miror iſtos Ribaldos, quod non habent verecundiam, & ſunt ita audaces. Tamen habetis literas legitimationis veſtræ. Ergo vellem eos citare, qui dicunt talia. Et rogo vos, quod in cauſa fidei velitis habere magnam diligentiam, quod ille hæreticulus eat ad patibulum. Et ſic valete. Datum VVormaciæ.

Magiſter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Magiſter Sylveſter Griſius, Magiſtro Ortuino Gratio.

QUoniam quidem ego ſum iuratus, quod volo defendere facultatem meam & promovere eius utilitatem in omnibus: Ego volo vobis atticulariter ſcribere, qui ſunt hic qui favent Theologis, & qui favent Ioanni Reuchlin, ut dicatis Theologis quod poſſent ſe dirigere ſecundum hoc. Primum ſunt quidam commenſales in hoſpitio Coronæ, qui ſemper faciunt ſummas nequitias Magiſtris noſtris, & fratribus de ordine prædicatorum, facientes, quod nemo in iſto hoſpitio dat eleemoſyná prædicatoribus. Ego ſcio nomina aliquorum. Unus vocatur Magiſter Philippus Keilbach, qui ſemper loquitur de Reuchlin, commendans eum: & ſemel Magiſter noſter Petrus Meyer Plebanus in Francofordia dedit ei bonam ſcommam. unus Ulricus de Hutten, qui eſt valde beſtialis. qui ſemel dixit: Si fratres prædicatores facerent ſibi illam iniuriam, quam faciunt Ioanni Reuchlin, ipſe vellet fieri inimicus eorum, & ubicunque reperiret uuum monachum de hoc ordine, tunc vellet ei amputare naſum & aures. Iſte autem habet multos amicos in Curia epiſcopi, qui etiam bene favent Ioann. Reuchlin, ſed nunc abivit (Deo gratias) ad fiendum Doctor, & in uno anno non fuit hic. diabolus auferat eum. Deinde ſunt duo fratres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tres nobilitares Otho & Philippus de Bock, ipſi vexant omnes Theologos. Et ſemel in illo ſacro actu, quem Magiſtri noſtri celebraverunt in Maguntia contra Speculum oculare, tunc Magiſter Iacobus de Hochſtraten, ex officio ſuo dedit indulgentias omnibus, qui interfuerunt huic actui. Tunc iſti duo fratres cum aliis bufonibus, ſedendo in conſpectu Theologorum, qui fuerunt ibi in hoſpitio, luſerunt cum talis pro illis indulgentiis. Adhuc eſt ibi unus, qui vocatur Ioannes Hurtichius, qui etiam eſt inimicus veſter. & alius eſt quidam noviter promotus in Doctorem in Iure, nominatus Conradus Weydman, ipſe iuvat omnes, qui faciunt aliquid contra vos. Et alius Doctor, qui olim fuit Artiſta, de via Modernorum, & vocatur Eucharius, & cum hoc Nicolaus Carbachius, qui legit in poeſi. Item Henricus Brumannus, qui eſt Vica- in Summo, & eſt bonus Organiſta. Et dico ſemper ei: Vos deberetis reſpicere Organa veſtra, & dimittere Theologos in pace. Sed ante omnia Canonici fere omnes ſunt pro Reuchlin, pręterea multi alii Magiſtri, qui amant Poetriam, quorum nomina non teneo. Nunc ſcribam vobis de amicis & fautoribus. Vos habetis hic unum amicum, qui eſt vir multum excellens, & vocatur Dominus Schvvan, ipſe eſt nobilis, & habet unum calicem in clypeo, pater eius fuit Campanifex, & eſt ſuptilis diſputator in via Scotiſtarum, &

facit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

facit bona argumenta, & dicit, quod ſtatim vellet concludere Ioannem Reuchlin, ſi deberet cum eo diſputare. Alius eſt fautor veſter ſingulariſſimus dictus Henricus Han, alias Glockenheintz, quia libenter campaniſat; ille eſt homo valde inventivus, & habet mirabilem intellectum, & ita profundum ingenium, quod non creditis, & libenter diſputat, & quando diſputat, tunc ridet, & ridendo concludit unum. Talis quando vidit articulos hæreticales Ioannis Reuchlin, tunc dixit, quod propter unum ex iſtis articulis Ioannes Reuchlin deberet comburi. Poſtea etiam habetis de veſtra companìa unum nobilem domicellum & armigerum, qui dicitur Matthias de Falckenberg, & eſt vir multum bellicoſus, & portat ſemper arma ſecũ, & eſt equeſtris. Ipſe ſemper in menſa ſedet ante, & nunquam retro, quia dicit, quod quando ſederet retro, & fieret bellum, tunc non poſſet ita ſtatim ſurgere & percutere inimicos ſuos. Et cum hoc eſt argumentator multum ſubtilis de via antiquorum. ipſe dicit, ſi Reuchlin non vult ceſſare, tunc vult venire cum centum equis ad auxiliandum vobis. Adhuc eſt unus civis Moguntinenſ. qui vobis favet, VVigandus de Scholms. Ille eſt iuvenis, ſed ita doctus, quod poteſt æquivalere unum Magiſtrum noſtrum. Ipſe dicit: quod vellet cum Reuchlin diſputare cum decem florenis. Et nuper ſuper diſpu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tavit Ioannem Huttichium, ita quod fuit concluſus, & nihil ſcivit reſpondere. Cum illis eſt etiam de via veſtra, Dominus VVernerus, qui eſt mirabiliter curſivus in ſumma Thomæ contra gentiles, & ſcit mente tenus formalitates Scoti. qui dicit: Si Magiſter noſter de Hochſtraten non eſſet in Curia, tunc ipſe vellet intrare & concludere Ioan. Reuchlin. Iſti ſocii veſtri iam nominati, ſingulis ſeptimanis ſemel conveniunt in domo excellentis viri Domini Magiſtri Bartholomæi, qui eſt caput omnium amicorum veſtrorũ. Ibi tractant materias multum ſubtiles, & opponunt ſibi invicem. Et unus tenet opiniones Ioan. Reuchlin, & alii arguunt contra eum, & habent notabiles diſputationes. De aliis qui ſunt hic de parte veſtra, non ſcio, quia non ſunt mihi noti: Sed quando ſcio, tunc volo vobis ſcribere, pro nunc commendo vos Deo.

Gilbertus Porretonius, Artium Magiſter, & utriuſque Iuris Bacculaurius, M. Ortuino Gratio, ſalutem plurimam dicit.

SAlus vobis, & bona dies, venerabilis vir. Legi literam veſtram quam miſiſtis mihi ad Ingelſtad. Et intellexi bene opinionem veſtram. Vos dicitis, quod multum gaudetis, quod ego ſum primus Theologus, & nunc etiam ſtudeo in Iure: quia eſt valde

bonum,

bonum, quod aliqui Theologi ſunt experti in Iure, ut poſſint diſputare cum Iuriſtis. Et ſcribitis mihi de quibuſdam terminis, volens ſcire quid ſignificant: quia videtur vobis, quod ſunt ruſtici. & bene: ſunt etenim. Et habetis hic expoſitiones eorum, ex gloſſis & Accurſio. & ſic poteſtis videre, quod habeo bonum fundamentum in Iure. Latus clavus eſt nomen dignitatis: vel dic quod erat clava de metallo, quam proiiciebat tribunus in confertiſſimos hoſtes, & ſic cæteri omnes fortiter pugnabant ita, quod clavam illam recuperabant. Opiſtographum eſt tabula lignea, in qua erant ſcripta debita, ut hodie fit. dicitur opiſtographum ab opibus & graphia, quod eſt ſcriptura ſuarum opium. Abaces dicuntur vaſa pretioſa. Corinthia dicuntur vaſa de vili materia, ut de palea vel herba paluſtri, quales venduntur Bononiæ. Balnea eſt vas lucens, vel quaſi baiulans lucem vel lancem. Prothyrum à thyros, quod eſt Magiſter, & neſcitur quid ſit dicere. Vel dic quod eſt illud, quod procul trahitur, ut aqua, vel aliquid aliud, ut in domo Accuſii Cyrella. Obſonatores ſunt, qui cuſtodiunt Dominum in lecto. vel obſonatores, qui reſonant & cantant Domino in menſa. Hypocauſtum eſt locus ubi ſtant ægroti, qui quandoque indigent igne. Gallus gallinacius dicitur gallus caſtratus, & ſic vilis: quem dicunt fortius pugnare cum ſerpente. Vel dic, Gallus galli-

nacius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

nacius, quia amat gallinas, ut vir uxorius, qui fœminas diligit. Ut in Odis Horatii: Dicta eſt locus in aulis, ubi Domini ſtant ad ignē. Chorus eſt multitudo ſervorum cātantium, cum quodam inſtrumento muſico, quod dicitur Chorus. Centumviri, ſunt Senatores, qui centum numero erant. Patricius dicitur quaſi Principis pater. Unde Saluſtius: O patres conſcripti. Nam ſcripta erant eorum nomina in aliquo loco: vel in Corona capitis eorum, vel alias. Semper quando habetis aliqua dubia in utroque Jure, tunc debetis ſignificare mihi, & exponam vobis ita bene, ſicut Joannes Reuchlin, vel aliquis Iuriſta, qui ſunt in mundo. Et cum hoc valete. Datum Ingelſtat.

Galenus Padebornenſis, Magiſtro Ortuino Gratio ſalutem plurimam.

VEnerabilis Magiſter, terribilis fuit mihi valde una loquela, quæ pervenit ad me, faciens mihi ſurgere crines ſuperius. Eſt autem talis: Omnes fere ſtudentes & clerici qui veniunt ex Colonia, dicunt quod eſt murmur, quod fratres prædicatores, antequam volunt, quod Ioann. Reuchlin debet eos vincere in cauſa fidei, ipſi volunt potius prædicare unam aliam fidem. Et dixit quidam, quod eſt poſſibile, quod quando Papa facit ſententiam contra eos, quod ibunt in Boemiam, & hortabunt hæreticos ad credendum contra Eccleſiam & Papam, & ſic vendi-

vendicabunt iniuriam. O bone Domine Ortuine, conſulatis eis quod non faciunt, quia eſſet magna hæreſis. Ego ſpero quod non eſt verum. & cogitavi mecum: Forte, quod prædicatores minantur ſic Papæ, volentes eum terrere, quod debet cogitare: Ecce ſi ego non dabo ſententiam pro ipſis, tunc ipſi erunt in maximo contemptu & deſpectu, & totus mundus erit inimicus eorum, & nemo dabit eis Eleemoſynas, & deſtruentur monaſteria eorum: tunc ibunt in Boemiam, vel etiam in Turciam, & prædicabunt. Quia fides Chriſtiana non eſt vera: erit magnum malũ. Sit quicquid vult, ego vellem quod haberetis patientiam, & non feceritis contra Papam vos Theologi, ne omnes Chriſtiani ſint inimici veſtri. Et valete in nomine unigeniti filii Dei. Datum Bremen.

Magiſter Irus Perlirus, Magiſtro Ortuino Gratio.

SAlutis copiam. Venerabilis vir: Venerunt huc ſcripta veſtra ad Univerſitatem, quæ compoſuiſtis contra Ioann. Reuchlin, quæ antiqui Magiſtri hic valde laudant, ſed novi & iuvenes non tenent aliquid de eis, dicẽtes, quod ex invidia vexatis bonum Reuchlin. Et quando habuimus conſilium, an etiam vellemus concludere contra Speculum oculare, tunc illi novelli, qui non ſunt adhuc ſatis experimentati, tenuerunt oppoſitum antiquis illis, dicentes, quod Reuchlin eſt innocens, & pun-

& nunquam ſcripſit aliquid adhæreticum. Et ſic uſque adhuc impediverunt. neſcio quid fiet poſtea. Ego credo, quod Univerſitas adhuc ſcribit propter illos Poetas, qui ſunt ita multi, quod eſt mirum. Et noviter advenit unus huc; qui vocatur Petrus Moſſellanus, qui eſt Græcus. Et alius eſt hic, qui etiam legit in Græco, vocatus Ricardus Crocus, & venit ex Anglia. Ego dixi nuper: Diabolus, venit iſte ex Anglia? Ego credo quod ſi eſſet unus Poeta ibi, ubi Piper creſcit, ipſe etiam veniret Liptzick. Et ergo Magiſtri habent ita paucos domicellos, quod eſt ſcandalum. Et ego recordor adhuc, quod quando unus Magiſter ivit olim ad balneum, ipſe habuit plures domicellos retro ſe, quam nunc in diebus feſtis, quando vadunt ad Eccleſiam. Suppoſita etiam tunc fuerunt ita diſcreti ſicut Angeli. Sed nunc currunt hinc inde, & non curant aliquid Magiſtros: & volunt omnes ſtare in civitate, & comedere extra Collegium, & Magiſtri habent valde paucos commenſales. Item in proxima promotione fuerunt promoti tantum decem Bacculaurii. Et quando habuimus examen, tunc tractaverunt Magiſtri, quod volunt aliquos reiicere. Tunc ego dixi: Nullo modo; quia ſi reiicitis unum, tunc poſtea nullus intrabit amplius examen, vel ſtudebit pro gradu, ſed ibunt ad Poetas. & ſic diſpenſavimus cum ipſis. Fit autem diſpenſatio in tribus. Primũ in ætate,

quia

quia oportet, quod unus, qui vult promoveri in Bacculaurium, ſit ad minus 16. annorum, in Magiſtrum autem viginti. Si non ſunt autem ſatis ſenes, tunc diſpenſatur cum eis. Secundo fit diſpenſatio in moribus: quia quando ſuppoſita non exhibuerunt debitam reverentiam Magiſtris & graduatis, tunc reiiciuntur, niſi mediante diſpenſatione admiſſi fuerunt. Et cum hoc quæritur de exceſſibus, ſcilicet ſi fuerunt in plateis ſine diſcretione, vel fuerũt apud meretrices, vel portaverunt arma, vel tibiſaverunt unum Magiſtrum vel preſbyterum, vel fecerunt tumultum in lectoriis vel Collegiis. Tertio fit diſpenſatio in artibus, quando non ſunt bene habituati in ſcientiis, & non ſatis compleverunt. Nuper in examine quæſivi unum: Dic mihi quomodo tamen venit, quod tu nihil reſpondes? Dixit ille, quod eſſet ita timax. Reſpondi ego, quod non crederem quod eſſet ita timax, ſed bene crederem quod eſſet ita ignorax. Tunc dixit: Per Deum non, Domine Magiſter, ego habeo magnam ſcientiam intus, ſed non vult exire. & ſic diſpenſavi cum eo. Ita videtis, quod univerſitates valde minorentur. Ego habeo unum domicellum, quem nuper interrogavi ſuper unum exceſſum. tunc rebellavit mihi, & ſtatim tibiſavit me. Et dixi ei, hoc volo ſervare uſque ad promotionem, innuens quod deberet pati reiicionem. Reſpondit ipſe, Ego merda-

rem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

rem vobis ſuper veſtros Bacculaureatus, & ibo ad Italiam, ubi præceptores non decipiunt ſic ſuos diſcipulos, & non habent in uſu iſtas fantaſias, facientes Bacculaurios. Sed quando aliquis eſt doctus, tunc habet honorem, quando autem eſt indoctus, habetur ſicut alius aſinus. Et dixi ei: Tu Ribalde, velles tu parvipendere gradum Bacculauriatus, quæ eſt magna dignitas? Tunc reſpondit, quod etiam non curaret Magiſterium. & dixit: Ego audivi ab amico meo, quod quando ſtetit Bononiæ, tunc vidit quod omnes Magiſtri artium ex Almania deponebantur tanquam beani, & ſimplicia ſuppoſita non. Quia in Italia habetur pro vituperio, quando aliquis eſt promotus in Almania in Magiſtrum vel Bacculaurium. Ecce talia ſcandala fiunt. Ergo vellem, quod omnes univerſitates facerent in ſimul, & concluderent ſimul omnes Poetas, & humaniſtas, quia deſtruunt univerſitates. Magiſter Langſchneider & Magiſter Negelin, & Magiſter Kachelofen, & Magiſter Arnoldus Vuſtenfel, & Doctor Ochſenfatt, mittunt vobis ſalutem. Valete. Datum Liptzig.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Ioannes Coclearilignæus, Magiſtro Ortuino Gratio.

COmmiſiſtis mihi, quod quando eſt hic miſſa, tunc debeo interrogare ab omnibus Kauffmannis, qui veniunt ex diverſis partibus, de illa coniuratione, de qua ſcriptum eſt vobis, quia debent eſſe aliqui Poetæ & Iuriſtæ, qui fecerunt coniurationem, quod volunt Ioan. Reuch. defendere, & contra Theologos Colon. & fratres prædicatores ſcribere, niſi ſtatim dimittunt prædictum Ioan. Reuchlin. Sciatis, quod feci magnam diligentiam, quærendo & interrogando, & ultimo veni ad unum librivendum de partibus ſuperioribus, ipſe dixit mihi mirabilia, & nominavit mihi multos, & dixit, quod vidit ſcripta eorum, quæ mittunt ſibi ad invicem. Et dixit primo de Doctore Murner, qui eſt quaſi caput illius ſocietatis, quod ſcit perfecte, quod ipſe compoſuit unum librum de ſcandalis prædicatorum, & unum alium in defenſionem Reuchlin. poſtea nominavit Hermannum Buſchium, dicens, quod vidit epiſtolam eius, in qua promittit ſociis ſuis, quod non vult eſſe minimus, & audacter vult ſtare pro Reuchlin. Item deinde dixit, quod etiam eſt in illa coniuratione Comes de nova Aquila Colon. Canonicus, & quod talis compoſuit mirabilia de Theologis, quæ vult ſtatim imprimere. Et ipſe habet multos

alios

alios amicos & nobiles, quos ipſe inſtigat ſcriptis ſuis, quod debēt favere Ioan. Reuchlin. Item Bilibaldus, neſcio quis, qui debet eſſe in Nurmberga, ipſe fecit multas minas, dicens, quod realiter vult expedire Theologos ſcriptis ſuis. Tunc ego dixi; Qui moritur minis, ille compulſabitur bombis. teutonice (*VVer vom drœuvvē ſtirbt, dem ſol man mit furtzen zum grab leuten.*) Nominavit mihi poſtea unum Poetam in Erfordia, qui vocatur Eobanus Heſſus, & debet eſſe iuvenis & expertiſſimus Poeta: & talis habet unum ſocium ibibidem, dictum Petreium Aperbachium: ipſi componunt iam libros, quos volunt ſtatim imprimere, niſi Theologi faciunt concordiam cum Reuchlin. Cum hoc debet eſſe Liptzick unus Anglicus, neſcio quomodo dictus, ſed credo, quod eſt ille, qui fuit ante duos annos Coloniæ, qui eſt etiam unus: & Vadianus VVиennæ, de quo dicunt, quod eſt terribilis Poeta. Item in Curia Cardinalis eſt quidam Caſparus Urſinus, qui ſcit facere Græca carmina, & promiſit Reuchlin auxilium ſuum, & vult eſſe inter ſocios. Item ipſe dixit, quod audivit, quod Philippus Melanchton & Iacob. VVimphelingus, & Beatus Rhenanus & Nicolaus Gerbelius ſunt etiam tales, & dixit ipſe, quod ſcriberet literas ad Ulricum Huttenum, qui ſtudet Bononiæ, quod etiam debet eſſe unus ex eis. De aliis autem ipſe non audivit. Tunc

quæſivi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quæſivi ab aliis, an etiam Eraſmus Roterodamus eſſet cum eis? Reſpondit mihi quidam Kauffmannus, dicens, Eraſmus eſt homo pro ſe, ſed certum eſt, quod nunquam erit amicus illorum Theologorum & fratrum, & quod ipſe manifeſte in dictis & ſcriptis ſuis defendit & excuſat Ioannem Reuchlin, etiam ſcribens ad Papam. Et ab aliis audivi, quod Paulus Ritius eſt etiam de hoc numero. Et dicunt quidam, quod Ioannes Cuſpinianus & Conradus Beutinger, qui ſunt in magna gratia Imperatoris, ipſi copulant iſtos ſocios, & faciunt omnia quæ poſſunt contra Theologos Colonienſ. in honorem Ioan. Reuchlin. Et quidam ſtudens Erfordi, qui eſt mihi notus, dixit, quod Conradus Mutianus eſt peſſimus omnium illorũ qui ſunt pro Reuch. & eſt ita inimicus Theologis, quod non poteſt audire, quod aliquis nominat Theologos Colonienſ. & talis ſtudens dixit, quod vidit bene viginti Epiſtolas illius, in quibus ipſe rogat quoſdam ſocios, quod velint eſſe Reuchliniſtæ. Talia audivi pro nunc, ſed quando ſcio plura, tunc volo vobis ſcribere. Valete in Chriſto. Datum Francofordiæ.

Magiſter VVernherus Stompff, Magiſtro Ortuino Gratio.

SCiatis, magnifice vir, quod quando accepi veſtram literam, & ego fui ita perterritus, quantum eſt poſſibile, & fui rubens in facie, & cri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

& crines ſurrexerunt mihi, & credo, quod vix tantum fui in timore, quando fui in rubea camera Coloniæ, intendens fieri Baccularius, & ſubiiciens me examini. Quia tunc etiam valde timui, quod reiicerent me Domini examinatores. Scribitis mihi, quod cauſa fidei male ſtat Romæ. Sancte Deus, quid debemus dicere? Iſti Iuriſtæ & Poetæ volunt deſtruere totam facultatem artiſtarum & Theologorum. Quia etiam hic, in noſtra Univerſitate, ipſi prætendunt multa contra Magiſtros & Theologos. Et quidam nuper dixit, quod unus Baccularius Iuris deberet in proceſſione ire ſuper unũ Magiſtrũ in artibus. Dixi, Hoc non eſt poſſibile: quia volo probare, quod Magiſtri in artibus ſunt ſuper Doctores in Iure. Quia Doctores in Iure ſciũt tantũ unã artẽ, ſcilicet artẽ Iuris. Sed Magiſtri ſunt Magiſtri in ſeptẽ artibus liberalibus, etiã ſic ſciunt plus. Tunc ille dixit: Vade in Italiam, & dic quod es Magiſter Lipſenſis, & videbitis quomodo vexabunt te ibi. Tunc dixi, quod poſſem adhuc ita bene defendere Magiſterium meum, ſicut unus ex Italia. & abivi ab eo, cogitans mecum, quod facultas noſtra multum parvi penditur. & eſt malũ: quia Magiſtri in artibus deberent regere Univerſitates, nunc Iuriſtæ prætendunt eas gubernare, quod eſt valde indecenter. Et volo vos conſolare, quod non debetis diſputare in cauſa fidei. Quia ſpero, quod Deus bene provi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

providebit vos. Et cum hoc valete tam diu, donec Pferfferkorn manet Chriſtianus. Datum Liptzig in Collegio Principis.

Petrus Charitatis, Curſor in Grammatica & Profeſſor in Loyca, ſalutem dicit plurimam M. Ortuino Gratio.

REverendiſſime Domine Magiſter. Quia hic ante Picem ſive Hartzonem eſt conſuetudo, quod in die habent ſemper duas zechas: Una vocatur Civium zecha, & incipit hora duodecima, & manet uſque ad horam quartam ſive quintam: Altera vocatur nocturnalis, & poſtzecha, quæ à quinta hora incipit, & durat interdum ad octavam, nonam, & decimam horam, interdum etiam durat uſque ad duodecimam & primam horam. Et divites cives, & etiam conſules, & Magiſtri civium, quando in prima zecha ſederunt, & ſatis biberunt, tunc ſolvunt & vadunt ad domum. Sed iuvenis, burſa, & illi ſocii, qui non multum curant, quid ſolvit triticum, iſti manent ſedere in illa poſtzecha, & bibunt ac ſi corpus & animam ſolverent. Nuper ergo, cum ſic etiam ſederemus in una poſtzecha, ego & Dominus Petrus monachus ordinis prædicatorum, qui vobis multum favet propter Iacob. Hochſtraten hæreticorum Magiſtrum in Colonia: tunc erat infra decimam & undecimam in nocte. Tunc multa diſputavimus de ratione nominis veſtri. Et ego tenui iſtam opinionem, de Gra-

chis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

chis Romanis vos eſſe nominatum. Sed Dominus Petrus, qui etiam aliqualiter in arte humanitatis bene tentus, dixit, non convenire, ſed quod à gratia ſupernali nominaretur Gratius. Tunc fuit ibi unus trufator, qui fecit valde criſpum latinum, quod ego non omnia bene intellexi. ille dixit, quod neque à Grachis, neque à gratia eſſetis dictus Gratius. & fecit tam multa inutilia verba, quod ego dixi: Unde ergo dicitur Gratius? tamen alii viri valde profundi, habuerunt deſuper latam examinationem, & concluſerunt, quod vel à Grachis vel à gratia eſt dictus Gratius. Tunc ipſe dixit: Iſti qui hoc diſputaverunt, fuerunt amici Magiſtri Ortuini Gratii, & interpretati ſunt illud nomen, quilibet ſecundum ſuam opinionem in meliorem partem. Sed tamen iſtæ opiniones non præiudicant veritati. Tunc Dominus Petrus interrogavit, quid eſt veritas? & putabat, quod ipſe deberet tacere, ſicut fecit Dominus noſter, quando Pilatus eum interrogavit. Sed ipſe non tacuit, & dixit: Eſt in Halberſtat unus ſuſpenſor, qui vocatur Magiſter Gratius, & ille eſt Ortuini avunculus maternus, & ab illo Gratio ſuſpenſore, vocatur Gratius. Tunc ego non potui me ſervare, & dixi: Ohe ſocie, illa eſt una magna iniuria: & ego proteſtor, Magiſter Ortuinus non debet ſic mittere tranſire. ego ſcio, vos dicitis hæc ex invidia, quam habetis adverſus Dominum

Ortui-

Ortuinum. Quia omnis progenies accepit nomen & cognomen à patre, & non à matre, quare ergo deberet ille bonus Magiſter à matre & ab avunculo materno nominari, & non à patre, ſicut alii? Tunc ipſe reſpondit, & dixit audacter, quod omnes audirent: Eſt bene verum, & deberet ſic eſſe, ut dicitis, ſed ipſe non audet patrem ſuum cum honore nominare, quia pater ſuus eſt preſbyter. Si ergo ſe nominaret à patre, tunc omnes intelligerent, quod ipſe eſſet Sacerdotis & meretricis filius, qui proprie vocantur ſpurii. Tunc ego iterum valde audacter clamavi, & dixi: Quomodo poteſt hoc verum eſſe? tamen ipſe eſt Magiſter Colonienſis. Sed alma Univerſitas habet unum ſtatutum, quod neminem promovent, niſi ſit legitimus. Et ergo, &c. Tunc reſpondit: ſive promovet legitimos, ſive illegitimos, tamen Magiſter Ortuinus eſt ſpurius, & manebit ſpurius in æternum. Tunc ego iterum dixi: Quid tunc, ſi forte Papa diſpenſaſſet ſecum, tunc ipſe tamen eſſet legitimus, & tunc graviter peccatis, dicendo contra Romanam Eccleſiam. Tunc ille dixit: etiamſi millies eſſet ſecum diſpenſatum, tamen non eſſet legitimus. & dixit unum exemplum: Quemadmodum eſſet cum Iudæo, qui baptizaretur ex aqua, ſive baptiſmate, ſi ibi tamen non eſſet Spiritus Sanctus, tunc illa aqua nihil proficeret, ſed eſſet adhuc Iudæus. Sic etiam eſt cum iſtis

 ſpuriis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſpuriis, qui ſunt Sacerdotum & meretricum filii: Quia iſti Sacerdotes non poſſunt in Iure meretrices matrimonialiter habere, & ergo non poteſt diſpenſatio filiis eorum proficere. Tunc ego iterum interrogavi: Quid ergo ſervas de Domino Ioanne Pfefferkorn? Tunc reſpondendo dixit: Ego firmiter teneo, quod adhuc eſt Iudæus. & replicando allegationes ſupra tractatas, allegavit etiam Euangelium Matth. 3. ubi ſtat: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in vitam æternã Sed quia Pfefferkorn nunquam fuit renatus ex Spiritu, ergo illa aqua nihil profecit, ſed ipſe manebit Iudæus in æternũ. Tunc ego non potui ei ultra reſpondere, & ſurreximus ego & Dominus Petrus, & ivimus dormitum. Nunc autem audio, quomodo iſte nequam gloriatur, quod nos diſputando vicit, & quod ſit doctior quam ego & Dominus Petrus. Quare oro veſtram dominationem, ut velitis mihi reſcribere, quomodo ego debeam illa argumenta de diſpenſatione, ſimiliter de Baptiſmate D. Ioan. Pfefferkorn, ſolvere, & illi Leccatori ad ſuum roſtrum alligare. Quod volo per omnem vitam promovere. Valete.

Magiſter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Magiſter Gratianus Zizaniæ Extirpator, hoc eſt, furum ſuſpenſor, proditorum quadruplicator, falſariorum & calumniatorum virgator, hæreticorum combuſtor, & multa alia, Magiſtro Ortuino avunculo materno ſalutem D. P.

CHariſſime avuncule, nec non reverendiſſime Domine Magiſter, Quia iam ſunt multi anni elapſi, & non vidimus nos invicem: Cogitavi quod bonum eſſet, quod vobis unam literam ſcriberem. Audio enim multa mirabilia de vobis, quomodo ſitis magnæ famæ: & dicunt, quod iam eſtis omnibus etiam mediocriter doctis notus, non ſolum in Colonia, ſed etiam ultra Albim & Rhenum, & etiam in tota Italia & Francia. Colonienſes tamen præcipue colunt vos propter egregiam doctrinam, quam ſcribitis in fide Catholica contra quendam Doctorem & Poetam ſecularem Ioann. Reuchlin, & ita vos inſpiciunt & admirantur, quod quocunque eatis in platea, tunc monſtrant cum digitis ſuper vos, dicendo: Hic eſt Magiſter Ortuinus, qui ita vexat Poetas. Credo ſi ſcirent, quod eſſetis avunculus meus, tunc magis hoc facerent. Nam ego hic ſum etiam magnæ famoſitatis, & exerceo artem meam in maxima populi frequentia, & homines faciunt mihi eundem honorem, & quando eo n plateis, etiam monſtrant cum digitis ſu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

per me, ſicut faciunt in Colonia ſuper vos. Quare ergo valde lætor, quod homines ſervant aliquid de vobis & me. Audio etiam, alios viros eſſe in Colonia, qui ſunt veſtri, amici, & etiam vobiſcum ſcribunt contra Doctorem Reuchlin: videlicet Iacobum de Alta platea, hæreticorum Magiſtrum, & Magiſtrum Arnoldum de Tungaris, regentem in burſa S. Laurentii. Et omnes homines credunt, quod vos tres eſtis vere illuminati in fide Catholica, & ſervant vos tanquam tria candelabra, ſive lucernas. Et aliqui addunt quartum, velut unam lampadem ſive pendens lumen, quod non tam clare ſplendet, ſcilicet Ioannes Pfefferkorn. Ego credo, ſi vos quatuor cum veſtra ſcientia, mediante forti palo, in aliquo excelſo loco aridorum lignorum congerie exædificato, eſſetis colligati, poſſet ſtatim unum magnum lux mũdi fieri, & etiam clarius quam fuit illud in Berna. Sed hæc chariſſime avuncule vobiſcum, pro nunc iocor. Spero tamen extra iocum, futurum, quod vos quatuor eritis lux mundi fieri: Nam non eſt poſſibile, ut illa magna ſcientia quæ eſt in vobis, deberet ſic in merdro manere iacere. Eſt mihi etiam dictum, quod nuper voluiſtis unam antiquam vetulam, quæ vendit multa vitra circa fontem Coloniæ, in nocte ſupponere, & ipſa clamavit, & homines viderunt cum luminibus extra domum, & viderunt vos: Per

Deum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Deum, ego valde laudo tam bona facta veſtra, quæ pertinent omnia ad meum artificium, & hoc decet etiam vos Theologos. Venit nuper huc fama, quod eſſet unus Poeta in Colonia, ille ſolus tenet vos pro ſtulto, & vocaret vos proquinum, hoc eſt, porcis & hara dignum. Per Deum, ſi ego ſcirem, quis eſſet iſte Poeta, ego vellem eum gratanter ſuſpendere. Sed finaliter vos chariſſime avuncule orarem, ut omnia cum magna diligentia faceretis, quod fama veſtra per totum orbem terrarum fiat nota, niſi ſcirem, non opus eſſe, ut vos admonerem. Vos enim per vos pulchre ſcitis; & ab avis, atavis & tritavis habetis. Præcipue tamen didiciſtis à matre veſtra chariſſima, meaque ſorore. quæ audiens, quod ſpurii ſemper habent meliorem fortunam, quam legitimi, idcirco ad Sacerdotem cucurrit, & permiſit ſe lardare, ut vos talem virum generaret, quem totus mundus aliquando cognoſceret. Valete. Ex Halberſtat.

Ioannes de Schvvinfordia ſeptenarum artium liberalium Magiſter, ſcientifico & mirabiliter docto atque illuminato viro Ortuino Gratio, in Daventria, Græcam & Latinam linguam magiſtraliter docenti, mille ſalutes & paulo plus.

REverentiali honore, & obedientia prælibatis, Præceptor in pluribus ſcibilibus exper-

experte: Scripſiſtis mihi nuper de victoria veſtra obtenta in Roma contra iſtum Reuchlin, qui audacter fuit contra vos, & virum noviter deifice illuminatum in fide Chriſtiana Ioannem Pfefferkorn. Et quomodo Papa impoſuit ſibi ſilentium, ita quod nihil deberet magis ſcribere, ne deterius ſibi aliquid contingat, ut dicit Dominus noſter in Euangelio. Prius enim in Speculo oculari ſic ſcripſit mirabiliter, quod Magiſtri noſtri non potuerunt intelligere, & tamen dixerunt, quod eſt hæreticus, ideo quia non habent ſic in libris ſuis, ſicut ille ſcripſit. neque novus eorum Theologus, quem Deus ſuſcitavit ex lapidibus, ut eſſet ſemen Abrahæ, ſicut Scriptura dicit, videlicet Ioannes Pfefferkorn, habet ſic ex Deifica viſione ſeu manifeſtatione, vel ex fide digna relatione uxoris ſuæ: quam audivi etiam habere ſpiritum prophetiæ: de quo vos melius ſcitis quam ego, quia ſæpe cum ea fuiſtis, quando Ioannes Pfefferkorn non fuit in domo. Sed neſcio per Deum, quomodo Ioan. Reuchlin ſit per vos confuſus, aut per Papam. Quia iam fecerunt novam facultatem ultra alias quatuor facultates, quas iam habuimus: & omnes illi laudant Reuchlin, & dicunt, quod ſunt eius diſcipuli, & non curant amplius facultatem Artiſticam, eo quod Artiſtæ ſunt ita magni & ſuperbi aſini, qui non ſciant tria aut quatuor verba latine loqui. & vah, illæ beſtiæ ſedu-

cunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

cunt plures innocentes iuvenes, qui poſt-
quam longam ætatem contrivere, quaſi
immerſi in hanc omnis barbariæ nequam ſen-
tentiam, redeuntes in paternas ædes, nihil
poſſunt, præter, arguitur, reſpondetur, quæri-
tur, dicere: quorum Dii Tarteretus, Verſor,
Perverſor, Puridarius, Bruxellenſis, & id ge-
nus ſimiles, turbæ obſcuræ ſunt. Eſt tamen
mirum, quod unus ſimplex ſtudens aut cor-
nutus vult plus ſcire iam in Ariſtotele, quam
Bacculaureandus, & Magiſtrãdus, qui audivit
curſum, & eſt bene qualificatus. Ipſi etiam
non ſunt reverentiales Magiſtris, & quando
ante unum vadunt, non tangunt birretum,
(ſicut moris eſt) ſemper volunt frequentare
domum, ſcis bene. Etiam non audiunt con-
ſequentias Marſilii, neque ſuppoſitiones, aut
parva logicalia, ideo non eſt poſſibile, quod
poſſumus eſſe formales, & apparere in diſpu-
tationibus. Sed dimittamus iſta. Scribo vo-
bis pro novitatibus, quod Iacobus VVim-
phelingius, qui etiam eſt medius Reuchlini-
ſta, realiter eſt expeditus per quendem mo-
nachum Paulum Langium, qui realiter ſci-
vit ſibi dicere, quod non recte ſcripſit in u-
no libro, qui vocatur de integritate, videli-
cet quod ſanctimonia non tantũ eſſet in cu-
culla. Nam ille monachus compoſuit alium
librum contra, qui eſt approbatus in Capi-
tulo ſive Synodo Reinhartzbornenſi, ordinis
sancti Benedicti, Anno Domini 1509: & eſt

bonum latinum, quia unus dixit, quod eſſet ferme ita bonum, ſicut doctrinale Alexandri: & ego multum gaudeo, quod tanta latinitas etiam invenitur in monachis: & ipſi etiam dicunt, quod ſuperexcelleſcat ſtilum Ciceronis: ſed ego non credidi, quia eſt una nota altius, ſed procedit doctrinaliter multum contra VVimphelingum, metrice, proſaice, & rigmatice: & ſicut ego puto, recte habet, quod omnis ſcientia eſt in cuculla, id eſt, in monachis, quia tranſeundo de inferiori ad ſuperius, monachi ſcripſerunt commenta in regulas Grammaticales, in Donatum, in Petrum Hiſpanum, in Phyſicorum, Metaphyſicorum, & Ethicorum; & ſic commentis ſuis commendaverunt, & in omnibus ſcibilibus facti ſunt magiſtrales. Sed cum ſupportatione ſua ego diſtinguerem, primo de cucullatis, quia eſt terminus æquivocus ad multa. Primo ad Bohemos, qui habent cucullas ita longas, ut vadunt ultra cingulum abinde, & in illis non eſt ſcientia, ſed potius hæreſis. Secundo ad Iudæos, qui etiam ſunt cucullati, & tamen non ſcientifici, quia extra Eccleſiam. Tertio ad Magiſtros noſtros, qui ſunt bene illuminati, ſed non in ſuperlativo. Quarto ad monachos, & illi ſuperexcellunt, & habent ſcientiam, ſicut vos habetis. Igitur rogo vos, iuvate illi monacho: quia etiam vos eſtis ex parte, id eſt, tertio modo cucullatus, ut poſſit ſcripta

ſua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſua defendere contra Wimphelingum. Quia, ut audio, quod VVimpſtelingus habet multos diſcipulos. quos mihi unus nuper nominavit, qui ſunt Argentinæ. Unus vocatur Iacobus Sturmius nobilis, & ut dicunt, bonus latiniſta, alius Ottomarus Luſcinius, qui etiam ſcit Græcum, ſicut Ioann. Reuchlin, & ſcit multum allegare extra digeſtis, & etiam ex Biblia. quæ non ſunt mirabilia, quia ſtuduit in Parrhiſia. Item Lucas Batodius, & Ioan. Ruſerus, Ioan. Sapidus, & multi alii, qui omnes volunt VVimphelingio iuvare cõtra cucullatos, & eos realiter expedire in ſcriptis ſuis. Et dicunt omnes, quod ille Paulus non eſt bene fundatus in dictis ſuis, & bene novem modis apoſtatavit ab ordine, & eſt inquietus, & trufator maximus, ſicut ipſemet Tritemius ſcripſit in una litera ad Hieronymum Tungerſheym ex Ochſenfurt. & magnum damnum eſt, quod aliquis ſic debet perdere papyrum incauſtum, & etiam tempus, ſicut ipſe fecit. Ipſi etiam dicunt, quod ſanctus Hieronymus ſcribit ad unum Monachum ſic: Nunquam de manu tua, vel oculis tuis liber Pſalterii diſcedat: quod ſi eſſet verum, tunc obligaret Monachos ſemper, & pro ſemper, quia eſt negativum. Et ſic Monachi nihil aliud deberent facere quam Pſalterium legere. Sed ego credo eſſe mentitum: Quia ſanctus Hieronymus met fuit Monachus, & ideo non ſcripſit contra eos.

Audivi etiam unam trufam & magnam Ribaldriam de uno diſcipulo VVimphelingii, qui nuper quando ſibi audacter ad os dixi: Veſter Præceptor VVimphelingius errat valde, quia ſcripſit contra Dominũ Abbatem Tritemium, & contra Monachos: quia in doctrina ſua & ſanctitate ſunt notabiles, multum utiles, & Eccleſia iam non habet alias columnas, niſi monachos. Tunc ille dixit: ego diſtinguo de monachis, quia accipiuntur tribus modis. Primo pro ſanctis & utilibus, ſed illi ſunt in cœlo. Secundo pro nec utilibus nec inutilibus, & illi ſunt picti in Eccleſia. Tertio modo pro illis, qui adhuc vivunt, & illi multis nocent, etiam non ſunt ſancti, quia ita ſuperbi ſunt, ſicut unus ſecularium. Et ita libenter habent pecunias & pulchras mulieres. Quia veni nuper ex Heydelberga, ubi prope Heydelbergam eſt unus magnus Abbas, pinguis, diſcolus, & iſte abigavit omnes monachos de collegio S. Iacobi, & ipſe dixit, quod vult eis recte bonum pulmentum præparare, & poſtea ceſſavit ultra dicere. Sed ipſi dicunt, quod bene volunt credere, quod fecerit ideo (*der gut Bruder*,) quia Palatinus vult unam aliam viam inſtituere, quod veniat unus Poeta ad Heydelbergam, qui faciat monachos iſtos & alios ſtudentes nunc Latine loqui. Tunc ille pinguis Abbas cito intellexit, quomodo iocus vult finem accipere, & dixit: Monachi mei non debent diſcere La-

tinum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tinum novum, quia poſtea erunt ſuperbi,
quod ſciunt plus quam ego, tunc ego pulchre
venirem inter eos, ut pinguis aſinus inter ſi-
mias. Sed revera illa diſtinctio non eſt mul-
tum formalis, quia non eſt bimembris, & ſic
non poteſt concludere. Ego mitto vobis hũc
librum, quem debetis facere impreſſare, quia
multa bona ſunt intra, contra iſtum VVim-
phelingum; qui ſcripſit contra monachos.
Quia ſtatim erat in meta, quãdo legit, Dom.
noſtrum Chriſtum fuiſſe monachum, videli-
cet Abbatem, & S. Petrum Priorem, & Iu-
dam Iſchariotis cellarium, & Philippum
portarium, & ſic de aliis, ſecundum ſub &
ſupra. quæ omnia iſte illuminatus, & valde
ſcientificus monachus, Paulus Langius ſic
magiſtraliter probat, ut VVimphelingus &
ſui diſcipuli non debent unum verbum con-
tra rebellare. Sed reſiſtit mihi unus VVim-
phelingianus in faciem, & dixit, quod mo-
nachi mentiantur, ſicut ſcheleratiſſimi cau-
pones, quia volunt, Chriſtum fuiſſe ita por-
tentoſum animal & cucullatam beſtiam. &
ſuper me proteſtavit nomine Chriſti. Tunc
fui ita perterritus, quod perminxi & permer-
davi me, quod omnes naſum prætinebant.
Sed ſit, quomodo ſit, ego hoc firmiter cre-
do quod omnes tandem erunt ſtare confuſe,
tamen cum ſua ſcientia, & dicere, diabolus
portavit illum monachum ad nos, quis fecit
eum in omnibus ſcibilibus ita formalem &

qualificatum? Quomodo poteſt hoc eſſe, niſi per ſcientiam infuſam, quia non ſtetit in aliqua Univerſitate, & eſt adhuc unus purus beanus. & tamen bene valet magiſtrandum; vel etiam plus, cum venia eximiorum Magiſtrorum noſtrorum. Ipſe etiam Thomas Murner, monachus & Doctor multum ſubtilis, etiam ſemel ſolēniter prædicavit in ambone, quod Chriſtus Dominus noſter fuit monachus, & ſcivit etiam realiter defendere. Sed unus diſcipulus VVimphelingii noluit credere in Chriſtum, ſi eſſet monachus, & fecit illos verſus deſuper:

Non ego fallaci tecto tibi Chriſte cucullo
Crediderim, veſte hac fraus tegiturque dolus:
Atque probat novus è Berna quaſitus habenda
Franciſcus, monachis quanta ſit ipſa fides.

Sed quid ad hoc, quod non vult credere? tunc erit hæreticus, ſicut alii qui condemnati ſunt cum Reuchlin in Parrhiſia & Colonia, & in aliis Univerſitatibus. Oro etiam vos, ut velitis etiam ſupra librum ponere illos verſus, quos ego in laudem libri & authoris, videlicet Pauli Langii monachi, cum magna diligentia compoſui, & pro maiori parte, quando de nocte iacui in lecto, & ſic ſpeculavi: tunc quaſi in ſomnis factus ſum verſificator, ut ſequitur.

Hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Hic liber indignum vexat Iacobum VVimphelingum,
Langius quem Paulus fecerat mirifice,
Metrice qui ſcripſit, etiam quoque rhetoricavit,
Quod omnes artes ſunt in cucullatulis.
Sic quoque Tritemius dixit, ſic & Eberhardus
De Campis Voltzius, Paulus & Schuterius.
Ioannes Piemont, Siberti Iacob, Rotger
Sicamber, docti cucullatique viri.
Iam erit confuſus Iacobus & omnino truſus
VVimphelingius, Bebelius, atque ille Gerbelius:
Sturmius & Spiegel, Luſcinius atque Rhenanus,
Ruſerus, Sapidus, Guidaque, Bathodius,
Omnes hi victi iacent, non audent dicere Guckuck,
Sic in ſacco concluſi VVimphelingiani erunt.
Non valent in Græcis invenire, neque Poetis,
Quod Lango reſpondeant viro ſcientifico.

Valete vir illuminatiſſime, & Pręceptor valde doctrinalis, & me vice verſa habeatis dilectum, quod ita bene promoveo vos per omnia ſæcula ſæculorum. Datum in oppido Imperiali Snerſſheim in longa platea, ubi iuvenes Ruſtici ſemper in Dominica die corriſant, quod cor eis crepet. Anno à mundo condito primo exceptis reliquis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Dominus VVolvvinus de Monteflaſcon Reverendo Magiſtro Domino Ortuino Gratio æternam S.

QUanquam vos nihil ſciatis, Reverende Magiſter, in latinitate ſæculari (ut unus mihi dixit,) propter quod multū diligo vos, & non curatis pompoſa verba, ſicut faciunt Poetæ, tamen alias ſcitis, ubi debetis de nocte iacere (ſicut dicit Sapiens in Proverbiis,) & non eſt vobis magna cura, quid faciant illi novatores latinitatis, ſcilicet Eraſmus Roterodamus, & Ioannes Reuchlin. Nec ego curo eos, quia non eſt de eſſentia ſacræ ſcripturæ, licet ipſe & etiam alii ſemper volunt Theologos antiquos plagare cum illa literatura, & neſcio, quomodo ipſi ſupponunt cum novo Teſtamento & operibus S. Hieronymi, quod ſemper volunt illam hæreticam literaturam immiſcere, cum tamen dicat Paulus, quod Græci ſemper ſint mendaces, & ergo videtur cum ſupportatione eximiorum Magiſtrorum noſtrorum, quod illa literatura nihil ſit, quam mendacium. Nunc ſubſumo. Sed quicunque vult confundere ſacram ſcripturam mendaciis, ille eſt hæreticus, ergo. Nunc ipſimet ſciunt quid ſequitur, quia eſſet credo, ipſis ſcandalum, quando ego palam concluderē, eos eſſe hęreticos. O ſi ſcirent, iſtam ſubtilitatem in me eſſe; ipſi non venirēt mihi ante faciem. Tacete tamen

uſque

uſque ad finem, tunc bene videbitur cuius toni. Sed pro novitatibus non poſſum dimittere, quin vobis ſcribam. Sedi enim nuper, neſcio quando, in uno convivio, & ibi etiam fuerunt multi prætenſi iuvenes ſocii, & venerunt quilibet ex alia regione in unum Symbolum, unus ex Anglia, alius ex Argentina, alius ex VVienna, alius erat VVimphinus, qui vocatur Angelinus, alius Romanus, qui fuit bene medius Curtiſanus, & multi multa dixerunt, ut ipſe ſcitis. Et venimus in colloquia de cauſa Reuchlin. Tunc unus ſurrexit erga me, ubi audivit, quod ego non fui bonus Reuchliniſta, & dixit: Ne veniat mihi obvius Colonienſis copulatiſta Theologus, alias volo eum cito emaſculare: & præſertim Magiſtrum Ortuinum. Tunc ego traxi fiſtulam meam in meum ſaccum. Et alius dixit, qui non erat dives, & perdidit plura beneficia in Curia Romana, & cum hoc male habet cum omnibus Curtiſanis, & dixit mirabilia, ut ſequitur: Super anima mea, ſæpe miravi, quod iſti in magnis caputiis, qui vocantur Theologi, & ſunt in illa civitate, ubi impreſſitæ ſunt quæſtiones ſuper Donatum, ſecundum viam ſancti Thomæ, & regulæ Grammaticales ſecundum viam antiquorum, cum iſto carmine: Accipias tanti Doctoris dogmata ſancti, inter ipſos monachi, qui volunt alios ſemper facere hæreticos. Quare etiam non ſtimulant

ſuper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſuper illos, & producunt inquiſitionem ſuper eos, ſuper hæretica pravitate? qui habent tot multa beneficia, unus ſex, alter decem, alius viginti & magis, & congregant tam multam pecuniam, & tantam credentiam ex flaſculis & poculis pecheriis, ſicut ſi eſſent filii Principum vel Comitum, & in domo nutriunt putanas ſive concubinas pretioſe, cum cathenis in collo, cum annulis in manibus, cum ſchubis, veluti ſi eſſent uxores militum. Et interdum unus illorum habet tres Canonias ſimul & ſemel, & imbuſat de omnibus illis tribus giltas, quod inde poteſt habere multas zechas. Et poteſt ſolum ſtare, & eſſe in uno choro, & in aliis non. Et ſic in aliis choris nullus, & nemo ſtat pro eis, qui laudat Deum, & rogat pro vivis & pro defunctis: eſt ne hoc recte? Quare non inquiruntur ſuper eos, & interrogatur coram multis notariis & multis teſtibus, (ſicut olim in Mentz fecerunt) & dicunt, quid credentis? ita, vel non? creditis, vel non creditis? quid creditis de Sacramentis in Eccleſia Dei? Dicatis nobis, quot ſunt Sacramenta? & quam fidem in corde veſtro portatis de Sacramento Euchariſtiæ? eſt ne ibi corpus & ſanguis Chriſti? ſi creditis, quando ergo? poſtquam Miſſam legiſtis, (ſi ſaltem in anno ſemel legiſtis) ſtatim quando ad domum iterum vaditis, concubina veſtra, habens mores & inſpectum, ac ſi eſſet una meretrix, vobiſcum in domo, vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

in menſa, vel in camera eſt hilaris, ludit, iocatur, & taliter qualiter facit, &c. Dicatis nobis, ſi creditis, adeo magnũ eſſe fructum, & qui Deo placet ex Miſſa, ſicut in decretalibus & in tractatibus Theologorũ ſtat. Quare ergo vos habetis tot beneficia? quæ poſſent quinque aut ſex devotos ſacerdotes ſuſtentare, qui libenter leg rent Miſſas, qui libenti animo facerent prædicationes ad populum & ad clerum, qui poſſent dare conſilia pro honore Dei, pro ſalvatione animarum, pro libertate Eccleſiaſtica corrigere vitia, & vellent rogare Deum pro D. Papa, pro Rege, pro Epiſcopis, & pro aliis Chriſticolis, pro pace & ſanitate, ſicut ſtat in tranquilla & ſilenti miſſa poſt Sanctus, & poſt Igitur clementiſs. pater? Si creditis tamen, bonum venire ex Miſſa pro vivis atque defunctis, quare non ſupra datis illa quæ habetis in ſuperfluo, & dimittitis aliis bonis devotis & doctis viris, ut Deus exinde precomiſceretur, & animæ eorum quæ mortuerunt, citius ex purganti igne redimerentur, & Deus nobis amicabiliter placatus, non ſic immitteret nobis deorſum puſtulas, & ſic percuteret nobis vinum & blada per grandinem & pruinã, & non eſſet ſic magna fames in terra? Si autem non creditis, tot bona venire ex Miſſa, tunc eſtis per Deum ſanctum ſuſpecti de hæreſi, imo eſtis realiter hæretici, plus quam VVeſſalia & Doctor Reuchlin. Videte, reve-
rende

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

rende Magiſter Ortuine, has novitates volui vobis ita ſcribere, quomodo ipſi communiter omnes tenent cõtra vos cum Reuchlin. Per conſcientiam meam, ego credo denique, quod diabolus favet ipſi Reuchlin, & tunc bene permerdavimus nos. Et ſic commendo me vobis. Ex Spira, ubi de nobis dicuntur mirabilia, quia omnes Reuchliniſtæ dicunt, quod Colonienſes nil ſunt quam copulatiſtæ: ſed multum gaudeo de vobis, quod patiens eſtis ſicut ovis, & poteſtis pati illa, ſicut eſſetis ſimplex Sacerdos in villa.

Perdocto artium prohibitarum M. Ortuino Gratiano Colonienſi Theologo M. Bartholus Kutz.

SAlutem accipite, quando vultis, perdocte Domine Magiſter Ortuine. Dixit mihi quidam quondam quodam in loco de vobis, quod eſtis valde infirmus, & quando eſtis infirmus, tunc ſemper facitis, quaſi eſſetis inſanus. quod laudo in vobis, quia proprium eſt illis, qui ſciunt ſcientias prohibitas, hoc eſt, diabolum in vitrum vel quocunque banniare, quia iſti, ut in plurimum, ſunt ita inſani quandoque. Et oportet etiam quod ſint ſpurii, ſicut vos (ut mihi ab ſingulari amico dictum eſt) etiam eſtis, quia illi ſemper ſunt meliores diabolo ad aliquid efficiendum. Quia diabolus non ita libenter committit ſe legitimis, ut ſicut ſpuriis, qui ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſunt ſingulariter apti diabolo. Et ſi ſolum eſſetis monachus, tunc omnia dona haberetis ad hanc artem, & tunc eſſetis egregium inſtrumentum diaboli. Ubi enim diabolus pervenire, vel aliquid efficere non poteſt, ibi ſemper mittit unam malam antiquam Vetulam, vel unum Monachum. Sed ego neſcio tamen, an ſitis monachus, quia ſi eſſetis, tunc eſſem bene contentus, quia monachi præ aliis habent illam gratiam, quod ſunt protervi multum, & quicquid conantur, hoc facere audent, ſicut nuper audivi de aliquo, qui vocatur Paulus Langius, & ſcripſit unum excellentiſſimum tractatum cum verſibus cõtra Iacobum VVimphelingum, & bene ſcompiſat eum. Et etiam dicunt de illo Paulo, quod novem modis cucurrit (ſalva reverentia) ex clauſtro. Et quidquid nemo conatur facere, hoc ipſe facit. Et credo, quod etiam aliquando ſit inſanus, & quod ſit ſpurius. Tertium ex ſe habet. Et ego plurimum laudo, quod etiam eſtis nobis ſimilis, qui rem habetis cum diabolo. Sed tranſeat hoc cum reverentia. Ego habeo hic unum notabile punctum Nigromanticum, quod vobis libenter manifeſte ſcriberem, ſed ego timeo, quod quando eſtis ita inſanus, tunc famulus veſter poſſet illam Epiſtolam invenire, & ſic legeret, tunc diabolus confunderet me & eum. Et ergo volo ſecundum conſuetudinem meam facere, quia quando habeo ſic aliquid ſecre-

ſecretum, tunc ſcribo ſuper papyrum ſine atramento, & tunc nemo ſcit legere, niſi ſit illegitimus. Et ergo eo caſu in præſentiarum vobis etiam decrevi facere. Et eſt iſtud punctum, ut ſequitur:

Credo quod bene intellexiſtis me, & hæc eſt veritas: & prohibeo vobis, & coniuro vos per virtutem omnium ſcientiarum prohibitarum, quod neminem doceatis. Et ſic valete. Ex *Ruprechts Avv.* In brevi plures expectabitis à me, & maiora, ſi illa placuerint vobis.

M. Abraam Iſaac de ſtirpe Aminadab, Magiſtro Ortuino Gratio S.

MAlarum bonarumque artium Magiſter, ſciat dominatio veſtra, quod ego volo iam ſatis facere promiſſis meis, quia promiſi ſuper veſtram petitionem, quando à vobis receſſi ex Colonia, quod volo vobis continue novitates ſcribere. Et ante omnia libenter haberetis, quod notificarem vobis de illo aſtuto Iuriſta Ioanne Reuchlin, cum quo Magiſter noſter Iacobus de Hochſtratē multum habet in curia propter fidem tractandū. Hoc ego volo facere ſingulari dilectione. Tunc ſciatis primo (quia ego ab origine mūdi vobis omnia pandam.) Quando ego receſſi in diebus canicularibus verſus Romam (ut bene ſcitis,) tunc nullam maiorem paſſionem habui ſuper totam viam, niſi quod maxi-

maxime ſitivit me, quando aſcendi altos montes in Algoia, cum meis ſociis. Et quando veni ad Curiam, factus ſum ſervus corporalis unius Cardinalis prope Campum flore: & fui ſervitor ſuus octo menſibus, cum magna diligentia pro uno beneficio curato in Kelbartzhauſen, quod iacet in Vollenbergenſi diœceſi, & impetravi ſuper hoc unam bullam cum duodecim ſigillis de omnibus Cardinalibus. Et ſanctiſſimus noſter fecit ſuum ſigillum etiam ante, ad maiorem cautelam. Tunc cum lætitia exivi, & volui poſſeſſionem accipere. Tunc ille prior Plebanus non eſt mortuus. Tunc ego in magna ira dixi: Percutiant mille diaboli ad hoc, debeo pecuniam meam ſic perdere? Etiam fuit parvum beneficium. Si in Curia ſciviſſem, ego non exiviſſem propterea. Ego putavi, quod poſſet portare in omnibus annis viginti florenos in reſervato. Vos etiam bene ſcitis, quod ego non maneo perſonaliter in illis partibus. Ego vellem libentius habere beneficium in Daventria prope patriam noſtram cum centum florenis, & cum una ſimplici puella duodecim annorum, quam in illa ſuperiore parte unum cum triginta florenis, & cum callida matrona ſexaginta annorũ. Sed illa reſervata bene facerent uni. Secundo ſciatis, M. Ortuine, quod deinde non potui ita ſtatim venire ad Curiam, propter bella in Italia, quia currunt hinc inde nudi Ribaldi:

& ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

& ſi unus acciperet mihi veſtimenta, tunc perdidiſſem paupertatem meam totaliter, ſicut dixit ſemel una vetula, quando fregit ova ſuper pontem in Helpruna. Et ſic permanſi duobus menſibus in valle ad VVimpinam, etiam cum quibuſdam bonis Curtiſanis, & ibi didici unum ludum à Ioanne Greyſerio, qui eſt valde liberalis, quia dedit ſemel ſex ſociis, quorum ego fui unus, ad comedendum ſeptem ova & non minus. Et ille ludus dicitur in lingua Italica Trent uno. Hoc ego nunquam vidi in Romana Curia. Etiam non eſt mirabile, quia oportuit me ſemper habere advertentiam ad mulum in ſtabulo inferius. Et audiatis quomodo ſemper fecimus. Nos ivimus aliquando in VVimpina ſuper ſcholam, ubi ſemper cõvenerunt ſuper extra boni ſocii. Et fuit unus inter eos qui dicitur Gregorius Speculi: ille eſt valde declarativus de modo ſupponendi. Ipſe declarat hanc materiam ita clare, ſicut vos nobis olim tertiam partem Alexandri, de arte verſificandi. Quandocunque audio, eum ſic groſſe loqui de illa luxurioſa re, tunc acquiro delectationem ad ſupponendum. Ego multum didici ab eo (parcatis mihi, quia eſt opus naturale.) ego vellem, ſicut Deus mihi iuvat, unum Carlinum dare, quod vos ſciretis ita amicabiliter lardare, niſi propter uxorem Ioan. Pfefferkorn, tunc ego ſcio, quod amaret vos ſuper omnes alios Theologos, qui ſunt in Colonia. Per Deum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Deum illa ars non iuvat, quam mihi ſemel oſtendiſtis in libello parvo, qui fuit retro ſcriptus. Nunc audiatis, quid poſt illa factum eſt. Ipſi una vice apud vinum quæſiverunt me (quia fui Curtiſanus) quomodo res ſtaret in cauſa fidei cum Ioanne Reuchlin & Colonienſibus. Reſpondi; Per Deum, ego timeo multum de illo bono viro Ioanne Reuchlin, quod eſt nimis pauper ad finẽ perducendum illam cauſam. Quia prædicatores monachi remotius veniunt cum eorum caſeorum ſaccis, quam una unica perſona cum pecunia. Tunc unus dixit: O ſancte Deus, quam magni nequam ſunt iſti monachi, quando colligunt caſeos. Nuper fuit frater N. huius monaſterii hic in villa mea, & voluit mihi meam ſororem cum poteſtate lardaſſe. Ipſe fugavit eam per gradum ſupra in domum, & cucurrit ei poſt, & iecit eam ad lectum, & voluit levare cucullam, & cum Datulo inferius ad. Tunc ſoror clamavit, Herr. N. Herr. N. ceſſate, ego clamo quod omnis homo audit, & tunc diabolus vos permerdabit. Tunc ipſe dixit: Per corpus tuum, noli clamare, ego volo tibi pro dedicatione aliquid emere, quod debet medium florenum valere. Deinde venit mater. tunc ipſe deſcendit, & Datulus ei adhuc ſtetit, quod levavit ei cucullam, quaſi haberet dentem raſtri inferius. Tunc unus alius ſocius dixit: Si iſte nequam hoc feciſſet ſorori meæ, ego vellem ei teſticulos exſcin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

exſcindere, & aliis monachis mittere ad comedendum in aceto, quando haberent feſtum Iovis. Tunc ille iterum dixit: Per Deum, ego non habeo ſibi pro malo, quia ſemper ſunt incluſi. Ego credo, quando aſinus haberet peplũ ſupra, quod non eſſet ſecurus præ ipſis, & quare una fœminalis imago non deberet eis tenere? Tunc unus iuravit, & dixit, quod Ioannes Reuchlin vult in unum librum colligere omnes nequitias monachorum in Almania, per unum vagantem hinc inde, & vult illas Sanctiſſimo offerre, & vult dicere: Cur ille Hochſtrat non extirpat illam luxuriam inter fratres ſuos? Et dixit ille, quod monachi fœtent ſicut Hirci. Quando ipſe vult ſemel in neceſſitate purgare renes, tunc ipſe putat, quod lardat monachum, propter illum fœtorem, quem conceperunt ex monachis. Ergo, Magiſter Ortuine, vos eſtis eorum fautor. Ideo ſcitis ante, quod habebunt etiam inquiſitorem luxurioſæ ſalacitatis ad illum Hochſtrat, qui eſt Inquiſitor hæreticæ pravitatis: tunc res bene ſtabit cum ipſis. Vel ſi ſaltem facerent occulte, ſicut ipſorum priores, qui vocant eas ad cellas; ibi nemo poteſt videre. Et ſic bene tranſiret hinc. Manifeſte autem ſic ſuper eas cadere, ſcandalum eſt toti ordini. Ideo faciatis melius ad hoc. Poſt hæc omnia traxi iterum ad Curiam, & adhuc ibi exſpecto gratias Dei. Valete. Datum Romæ in Refectorio Capitolii.

Frater

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Frater Nollerius Stech de Calabria, M. Ortuino Gratio.

DEvotas meas orationes opto vobis loco ſalutis. Excellentia veſtra Theologicalis ſcit, quod ego iam veni quaſi peregrinus ex monte Synai, neſcitis tamen quam multa ſum paſſus in hoc tempore, quando à vobis à Colonia receſſi. longum eſſet vobis illa omnia ſcribere, quia nullus alius amicus mihi ſupereſt, cui neceſſitatem meam conquerer præter vos. Quando aliquid dico in monaſterio, tunc ſtatim reſpondent mihi: O tu non es ideo clauſtratus, quod velles habere bonam vitam. Non ſic impii, non ſic. Ego nō poſſum excogitare unde veniat, niſi ex illa mala fortuna, quod Magiſter noſter Iacobus deHochſtrat conſumit ita magnam ſummam pecuniæ in Curia Romana propter fidem Chriſtianam, quam ille nequam Ioan. Reuchlin deſtruxit in ſuo Speculo Oculari. ego credo, quod omnia monaſteria noſtra debent ei mittere pecuniam, quia oportet eum eſſe liberalem, dando hinc inde Cardinalibus propinas, ut iudicent pro ſe & non pro Ioanne Reuchlin. Ideo priores noſtri abbreviant nobis vinum, quantvis Salomon dicat: Muſica, mulier, & vinum lætificant cor hominis. Proverb. 12. Et ego me ſemper exerceo in Muſica, Pſalmos in choro lyrando & ululando. & hoc non eſt rarum, ideo non cla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

rum. De mulieribus eſt mihi grave loquendum, quia nullam video, niſi quando vado ad forum cum procuratore noſtro, quando emit ova. Etiam quando vado ad villas ad colligendum rapas & olera, & ſi caro me ſuperaret, quando eſſem apud unam fœminam, tunc ipſa non teneret mihi. Et ergo quando nunc nobis vinum abbreviatur, quale gaudium habebimus? Si medium haberemus ita bonum ſicut alii ordines, ut ſacerdotes nobiſcum apud Spiritum ſanctum profeſſionati. Credo quod bene ſciatis, quid ſit pro ordine. Ipſi habent duplices albas cruces in tunica, & non ſunt alte raſi ſicut nos. Et quando illis unum gaudium tollitur, ſcilicet quando eis vinum abbreviatur propter unam ſupergreſſionem, tunc habent alium gaudium. Nam poſſunt diſponere meretrices per claudicantem Ioannem, qui ligna ſecat: etiam graditur ſuper manibus & genubus. Poſſetis dicere: Hęc vita meretricea non licet ſăctis Spiritualibus. Reſpondeo, quod audivi pro certo, quod eorum Dominus Magiſter (quamvis ſenex, claudus, griſeus, & lipposus, eſt tamen avidus ad illam rem, non autem ſemper potens) ſolet habere propriam in ſua ſtuffa, & quando excavavit illam totaliter, tunc diſponit ſibi unum virum, & dat ſibi bonam dotem ex Gazophylacio Spiritus ſancti, quod nunquam minoratur, quia eſt ibi mera gratia Spiritus ſancti. Deinde ſibi aliam ancillam pro-

procurat, & facit ſibi etiam, ſicut iam ſcripſi, & ſic ille ordo in multis hominibus occulte creſcit. Nunc volo inferre proverbialiter, quia communiter dicitur: Quandocunque Abbas, id eſt, Pater ſupremus, apponit teſſeras, tunc poſſunt fratres ludere, hoc eſt, quando Prælati noſtri antiqui ſunt ita luxurioſi, & ducunt ita miſerabilem vitam, ergo nos ſubditi licite poſſumus ſequere. Hæc eſt bona conſequentia, quia perſpexi in tractatu de ſuppoſitionibus, quia ibi prælatus ſupponit perſonaliter, ſed ſecundum Marſilium ſupponit inferius materialiter. Nunc ad propoſitum: ego vellem, quod quando Magiſter noſter Iacobus Hochſtrat in Roma nihil ſciret Ioanni Reuchlin abinde lucrare, quod impetraret nobis laxiorem ordinem, ſicut ille prænominatus. Cato tamen nos quandoque etiam ſtimulat. Ego ſcio, quod ero breviſſimæ vitæ, quando non debeo quandoque expurgare vetus fermentum, quod contraxi ex illis caſeis. Parcatis mihi, quia loquor vobiſcum cordialiter, id eſt, quæ mihi ſunt circa cor. Ego ſemper timeo, quod illa cauſa erit malum finem acquirere, ſicut cauſa Bernenſis. Vos ſatis intellexiſtis me. Dominus Magiſter noſter Ioannes Amphoraticius optavit vobis multas ſalutes. Ipſe evaſit in ſolennem virum. Eſt enim prædicator noſter. Omnis homo eũ laudat. Eſt ita bonus in exemplari demonſtratione. Anno Domini 1516.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

prædicavit paſſionem. tunc accepit ſecum unum baculum ſuper Ambonem. & quando recitavit ſententiam Pilati, tunc traxit eum de cuculla extra, & fregit illum baculum in medio in duas partes, quaſi ſceptrum. Quod fuit miſerabiliter ad videndum: Vetulæ mulieres flebant ita amare, ſicut Petrus, quando audivit gallum prope ignem cantare. Valete, & commendate me Magiſtro noſtro, quando venerit ex Roma.

Magiſter Ioan. Textoris Petro Schvvinckoncio ſuo, tot dicit ſalutes, quot ſunt guttæ in mari, & atomi in ſole.

SCiatis, chariſſime amice, quod ego literam veſtram accepi, in qua mihi ſcribitis de Eraſmo Roterodamo, & vultis ſcire, quid ego teneam de eo. Debetis ſcire, & mihi credere, quod etiam quando fui adhuc iuvenis, multa legi in literis humanis, & Stephanum Fliſcum & Græciſtam, & Synthis: Facetum: Floretum. & illos antiquos Poetas quaſi ſuper unum unguem ſcivi mente tenus. & quod verum ſit, tunc ſcripſi unum librum, qui dicitur Floriſta, in quo bene videtis ſcientiam meam: & plura alia, ſi ego vellem me iactare. Sed dico pro tanto, quod non putetis, quod ego vobis mentio: Quia ego poſſum bene valde iudicare de illo Eraſmo. Ego etiam examinavi Speculum Ioann. Reuchlin, & eius Gabalam, ſicut bene ſcitis. Et ut non faciam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

faciam multa verba, ego nihil teneo de Eraſmo, quia ipſe eſt inimicus Monachorum, & dicit multa mala de eis, & dicit quod ſunt groſſi aſini, & odiunt literas politiores, & nihil ſciant niſi comedere & bibere, & Pſalmos lirare. quod ipſe mentitur in collum ſuum, quando hoc dicit. Imo ipſe eſt unus aſinus, ipſe eſt bonus latiniſta, & ſcit bene latinizare, alias nihil ſcit. Ipſe fecit multos libros, præſertim unam Navem ſtultiferã, & Commentum ſuper Hieronymum, in quibus ipſe nihil facit, quam quod ſtimulat religioſos. Per Deum ego dico ſibi, ſi non vult ceſſare ab illis, tunc volumus ſibi facere ſicut Reuchlin, etiam ſi centum modis eſſet acceptus apud Papam & Regem Carolum. Sed nos vidimus bene tam ſuperbos, ſicut ipſe eſt, & tamen ſuppreſſimus eos. Ego dicam vobis aliquid, ſed non debetis mihi hoc poſt dicere, alias diabolus me confunderet. Magiſter noſter Iacobus Hochſtrat, etiam omnes Magiſtri noſtri in Colonia, & in Cantabria, illi examinant iam commentum ſuper Hieronymum. & ſicut ego audio, tunc ipſe peſſime ſtabit. ego non acciperem centum florenos, quod haberem hoc in loco ſuo, quia dicunt quod ipſe ibi multam ſeminavit zizaniam, & putat, quod nemo debeat hoc notare. Sed Magiſtri non ſunt tam ſtulti, & ipſi bene ſciunt, ubi iacet anguis in herba (ut Alexander ait.) Ego non potui omnia retinere, ſed aliqua adhuc

 ſcio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſcio, quia dicit, quod S. Hieronymus non fuit Cardinalis. quod utique eſt crimen læſæ Maieſtatis. & male ſentit de S. Georgio, & Chriſtophoro, & reliquiis Sanctorum, & candelis, & de confeſſione Sacramentali. etiam in multis locis blaſphemat, quia loquitur contra Doctorem ſanctum, & contra Doctorem ſubtilem, & dicit, quod Theologia ipſorum nihil ſit. Quæ omnia Magiſtri noſtri ſcripſerunt in unum volumen, & volunt eum confundere ſicut hæreticum, ſicut fecerũt Ioanni de VVeſſalia in Maguntia. Et ſi vult multum relatrare, & invectivas ſcribere contra eos, tunc volunt exſpectare uſque poſt mortem eius, & tunc volunt condemnare omnes libros eius. illa eſt iam practica apud Magiſtros noſtros. Et quia etiam libenter auditis novitates, debetis ſcire, quod fratres minores debent iam habere generalem de Obſervantia. quod impetraverunt ipſi in Curia pro 16. mille ducatis. Et Moniales ad ſanctam Claram de ordine Minorum, valde timent ne reformentur, & quicquid habent, hoc fugant in Civitatem, & iacent miſerabiliter in ſcaminibus. Aliqui dicunt, quod Doctor Murner habet rem cum ipſis. Sed hoc non eſt verum, quia ipſe eſt Eunuchus caſtratus. Sed de aliis religioſis, ego bene credo, quando ſic currunt ad eas. Eſt mortuus in civitate unus Curtiſanus, qui habuit etiam beneficia pinguia, & Poetæ qui ſunt ibi faciunt

faciunt multa metra contra illum. Alias nihil ſcio, niſi quod Dominus tam diu teneat vos ſanum, quamdiu unus ſupercurrit unum canem. Valete. Ex Argentina.

Marcolphus Sculteti, Ioanni Bimperlebumpbump ex Robach.

SAlutes infinitas, & immortales, dilecte Ioannes. Vos ſcripſiſtis mihi nuper aliquas novitates, quas non libenter audivi, videlicet de Ioanne Reuchlin, quod comparavit ſibi magnam gloriam apud ſuos Poetas, quia fecit unum librum qui intitulatur Gabelliſtica, vel Gabala, & eſt iam in gratia Papæ. Vellem tamen libenter ſcire, quid eſt Gabala. ego quæſivi diu in meo Catholicon & Gemma gemmarum, & in Briton, ſed non poſſum reperire, quid ſignificat. Miſi etiam unam literam ad Magiſtrum noſtrum Ortuinum, ſed ipſe etiam nihil reſcribit. Sed Magiſtri noſtri fecerunt unum conſilium, & examinaverunt illum librum, ſicut ego audivi ab ipſis de nocte in convivio; ubi zechavimus ita liberaliter, quod oportuit unum dare pro zecha tres obulos, quod ego non habeo ultra pecuniam. Ipſe male ſtabit, quia poſuit ibi aliqua contra Doctorem ſanctum, & modernos Doctores, & dicit, quod filius Dei eſt factus de Patre, item multa alia: & pervertit terminos Theologię, generare & facere: & ſic de aliis. Nihil curat de argumentis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

& quæſtionibus, & ſophiſmata Doctoris ſancti. Et ideo volunt illum librum comburere, quia dicunt, quod non intelligunt eum, & quidquid ipſi non intelligunt, hoc comburunt. Ergo. Quia omnis Magiſter noſter eſt Rai, & lux mundi. Etiam ille liber habet multa dicta Pythagoræ: qui fuit Nigromanticus: ſed Nigromantia eſt ſcientia prohibita, ſicut patet 66. quæſt.10. capitulo Nullo, & in Canone O vos aſini: & concordat Doctor ſanctus, & Ariſtoteles in nono Phyſicorum, de ignorantiis. Eſt enim in hoc etiam libro multum Hebræum, quod Magiſtri noſtri non poſſunt legere, & multum Græcum. Et quia ipſi non curant hæc vana, ſed maiora. Et ideo diſpoſuerunt Ioannem Pfefferkorn Chriſtianum & dimidium Iudæum, qui eſt bonus ebrius, & ille iam examinat, ne forte ibi lateat venenum ſub melle. Sed volo illa iam dimittere, quia videbimus bene in nundinis Francofordienſibus, & tunc volumus plura loquere de illis cum Magiſtro noſtro Ortuino, qui eſt miſſus à Magiſtris noſtris, quod debet emere novitates, quæ ibi venduntur, & tunc volunt etiam examinare. De aliis novitatibus non poſſum vobis plura ſcribere, niſi quod etiam Magiſter noſter de ordine prædicatorum in Argentina, qui ſemper vocatus eſt Doctor Ieſus, exivit ex clauſtro: & multa mala dicunt de eo; quod ego non audeo dicere. Et multi Ribaldi carminiſtæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſtæ faciunt ſibi verſus in vituperium eius, & mittunt cadere in foro & Eccleſia; quod male habet. Ego vellem, quod non facerent, ne venirent ex gratia illorum prædicatorum. Inter alia tamen ego reperi unum carmen, & eſt tale:

Detractor cleri, fur, profugus atque cinœdus,
Igne, aut perpetuo carcere, dignus erat.
Plebanorum oſor, geſtus imitans muliebres,
Formidans flammas more latronis abit.
Cuius ope ex clauſtro ſeducta eſt magna Sacerdos,
Omnia per monachum peſſima dæmon agit.

Ecce videte, quid illi mali furciferi faciunt: ipſi neminem curant. ſed per Deum ſanctum non facit hoc aliud, (ut veriſſime dixit Alexander) quia ſemper eſt de mala conſuetudine eorum, quod quicquid fit ſic Argentinæ, tunc ipſi tractant de eo, & faciunt ſic carmina de eo. Proxime vobis ſcribam de ea re. Valete. Ex Schletſtat.

Magiſter Cucullus in paradiſo, omni verborum ornatu reciſo,
Famoſiſſimo Magiſtro Ortuino, qui clamat more aſinino
Contra Poetas & Latinos, nec non Græcos peregrinos,
Omnium Barbarorum defenſori, Colonienſium præconi famoſiori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Rupertus Cuculus Magiſtro Ortuino Gratio.

MIrabiles trufas, & egregias nequitias, audio de vobis prędicare, Magiſter Ortuine, quas unquam in vita mea nunquam per Deum ſanctum audivi, quas vos & alii Colonienſes Magiſtri noſtri (cum ſupportatione) feciſtis honeſtiſſimo & doctiſſimo viro Domino Ioanni Reuchlin, & tamen cum audivi, non ſcivi in tantum mirare, quia cum eſtis bicipites aſini, & naturales Philoſophi, (*vulgo, naturliche narrē, zvvētzig centner uber ein dollen Fantaſten,*) intenditis etiam miſere & nebulonice vexare ita pios & doctos viros. Tamen ſuper hoc incidit mihi una ſingularis miratio. Quis vos docuit ita ſubtiliter pervertere & falſificare ita pias opiniones probiſſimi hominis? Sed ego finaliter cogitavi, quod non facit hoc aliud hominū genus, quā hoc, quod Iudas de teſticulis ſcalpſit, quia patrem ſequitur ſua proles, ut eſt Ioannes Pfefferkorn. Et vos omnes eſtis amici huius. quia ſchlim cū ſchlem: &, ſimilis quęrit ſibi ſimilē. Et ergo ad furcas cum vobis omnibus, ad quas producat vos lictor cum ſociis ſuis: vobis dicentibus, orate pro nobis. Sed quanquam quoniam quidem illa omnia vera ſint, ideo vobis ſingulariter ad manus proprias illa ſcribo, ut poſſitis etiam aliis dicere, qui vobiſcum ſedent in hac Cathedra peſtilentiæ,

ut di-

ut dicit Pſalmus, & ne illa veniant in publicum, quod omnis homo ſciat, quid retro vos eſt. Sed ad omnes ſanctos mihi incidit una ſcrupulatio, & timeo, quod Impreſſor furavit mihi unam copiam de Epiſtola: & ſi ſic eſt, tunc iuvet vobis Deus; tunc ego non poſſum reſiſtere. Sed tamen ego volo vobis bonum conſilium dare. Orate ſolum octo dies continue flexis genubus, & invocate ieiunus ſanctam Helenam, quæ invenit Crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti: tunc iterum ero invenire illam epiſtolam. Tunc vos iterum bene ſtabitis. Ecce videte, quod illa omnia facio vobis ex charitate fraterna, ſicut omnes ſumus fratres, & omnia facio vobis, quod etiam homines tenent aliquid de vobis. Valete. Ex Heydelberga. apud Claudicantem Lipſium, qui ſinit unum ſibi cum naſo in culum currere. O utinam vos eſſetis cum illo, tunc non opus eſſet vobis diſponere unum brillum. Quia ipſi dicunt quod gratis accommodat uni.

EPISTOLARUM FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

CONCILIABULUM THEOLOGISTARUM

Adverſus

GERMANIÆ

Et bonarum literarum ſtudioſos, Coloniæ celebratum, 16. Kalend. Maij, poſtquam

IOANN. HOHENSTRATUS

Deiectus eſt ab officio Prioratus, & ab officio Inquiſitoris.

INTERLOCUTORES.

Hohenſtratus. Duplicius. Eduardus. Eccius. Arnoldus. Petrus. Scropha. Lupoldus. Stentor. Curtiſanus. Huttenus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

HOHENSTRATUS,

Pro tunc Theologicæ facultatis Decanus,

QUoniam quidem, ſicut dicit Apoſtolus, oportet hæreſes eſſe: ut qui probati ſunt manifeſtentur: Domini & Magiſtri noſtri eximii: Ego Ioann. Hohenſtratu, pro nunc Univerſitatis Colonienſ. Theologicæ facultatis Decanus, volens ſatisfacere iuramento meo, feci vocari Magiſtralitates veſtras, ad habendum concilium ſuper huiuſmodi doctrinis hæreticis, ſcandaloſis, blaſphemis, & piarum aurium offenſivis, quid vobis Dominis videatur. Licet enim anno præcedenti, ſecundum proceſſum noſtrum condemnavimus propoſitiones cuiuſdam fratris de ordine S. Auguſtini, ita quod nihil omnino valerent: tamen quia ille idem frater non ceſſat perverſis ſuis doctrinis ſeducere populum, & vocat nos hæreticos, & Phariſæos, & rudes, neſcientes Scripturas: neceſſarium duxi, ut eaſdem propoſitiones cum multis Dialogis aliorum iterum per cribrum ſeparem: ut paleas comburamus igne inextinguibili. Tamen ſicut moris eſt, antequam procedam ad actum, volo prius audire ſentimenta Magiſtrorum. Et vocetis Dominum pedellum, ut omnia diligenter ſcribat.

HOCH.

HOCH. Magiſter noſter Duplex, ſicut dixi, quid vobis videtur de illis novis Poetis, & de illis novitatibus, quæ iam per artem impreſſoriam, imo Diabolicam, imprimuntur? Si dimittimus eos ſic, omnis populus vadet poſt eos, & convertentur ad illum novum modum, & deſpicient ſacram Theologiam Doctoris ſancti, & aliorum Magiſtrorum noſtrorum prædeceſſorum: & venient illi docticuli, & tollent regnum noſtrum, & non poterimus amplius villicare, decipere antiquas vetulas, corrumpere Principes, per noſtras malas ſnaſiones, quando nobis confitentur: & per conſequens, quando prædicamus ad populum contra illos nebulones, & eis detraxerimus, ruſtici non credent: & per conſequens, non dabunt nobis caſeos, & ova, & ſchinkones, quando vadimus villatum. Melius eſt ergo prævenire quam præveniri.

DUPLICIUS. Eximie & ſuperdoctiſſime Magiſter noſter, ego neſcio quid dicam: ego bene vellem vobis hoc longe ante dixiſſe, ſed ut dicit Poeta, tarde venere ſubulci. Nunc ad longũ venit negocium, & multiplicati ſunt ſuper numerum. Ego non ſcio meliorem modum, niſi quod permittamus eos ſic ſtultriſare. Et ille eſt optimus modus. Nam ſi reſiſtimus, tunc ipſi nihil curant noſtras fraſcarias, & commovemus plebem. Sed tamen ſi adhuc centum modis ſic ſcriberent, ego tamen non

volo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

volo diſcere hoc Græcum & Hebraicum. Ego vix ſcio legere Pſalterium, & deberem diſcere illas phantaſias. Eſt perditio temporis. Sed tamen propter pacem videtur mihi bonum, ſicut dixi, ut dimittamus eos, alias ſcribent contra nos, & facient nos infames in ſæcula ſæculorum. HOCH. Vos bene ſentitis in parte, Magiſter noſter, ſed videtur mihi, ſicut vocamini Duplicius, quod ſitis duplex animo, quia declinatis ad partem adverſam, & ideo eſtis mihi valde ſuſpectus. Vos vultis quod debeamus eos dimittere: nunquid dixi prius, ſi dimittimus eos ſic, totum mundum perverterent? Et tunc Doctor ſanctus, & Capreolus, Durandus, Herveius, & cæteri colũnæ Eccleſiæ iacebunt extra ſcamnum in pulveribus. Ergo conſequenter, Magiſter Eduarde Lee, vos eſtis cordatior, & habetis unum antiquum odium contra Eraſmum, & Martinum Lutherum, & illorum ſequaces, eſtis etiam unus bonus Scotiſta, & habetis zelum veſtri Doctoris ſubtilis, quid ergo vobis videtur? EDUARD. Cum ſupportatione, Magiſter noſter, licet mihi loquere unum verbum. HOCH. Vel centum, ſi placet. EDUAR. Nunquam mihi placuit ille novus modus, & illi novi Doctores, Hieronymus, Auguſtinus, Athanaſius, & illi Poetæ: licet non ſciam, quid in illis ſit ſcriptum, neque intelligam, ſed tamen ut viderer etiam hominibus vixiſſe, & facerem mihi nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

iuxta nomen magnorum, tres annos perdidi, quibus aliquando pro ſolatio, quando non volui legere in Scoto, poſt prandium frequenter legi Græcum, & illos Græcos Doctores curſorie, ſicut Bacculaurei noſtri legunt Sententias. Et per Deum ſanctum, quid deberem dicere? Invenio, quod nihil eſt, niſi una falſificatio, quia ille Eraſmus falſificavit novum Teſtamentum, quia omnino non habetur in noſtra tranſlatione, quæ tamen vere eſt Hieronymi, ſicut ipſe pervertit. Nihilominus tamen ego monui hominem charitative, ut ſe corrigeret: vel ſuis annotationibus etiam noſtras adderet, ſi vellet omnino eſſe ſui capitis. Tunc fuit adeo ſuperbus, quod abſterſit culum cum ſchedulis. HOCH. Ego bene audivi, quod vos duo non bene ſtatis cum invicem. Latet anguis in herba. Eſt mihi mirum, quod vos contempſit: & dicitur tamen, quod ſit humaniſſimus, & pueris loquatur & ſcribat. Sed dicatis ulterius. ED. Licet ſic faciat, tamen ego odio eum ex corde, quia non eſt bonus Scotiſta, & ſcripſi contra eum unum librum: credo, quod aliquando vidiſtis: & ſcribam contra eum adhuc multa plura, quia ſcio iam proficere in Græco, & volo adhuc plus ſtudere in Græco, ut eum confundam apud Epiſcopos, & Papam, & Cardinales. Denique & apud Derthuſenſem, omnium ſtudioſorum hoſtem, inſidias ponam. HOCH. Faciatis audacter, nihil curetis: viſo quod

ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ita nihil de vobis curat. EDUARD. Imo faciam: neque faciam mihi conſcientiam ſuper hoc, quia poſſumus celebrare quotidie, & rancorem portare in corde: quando eſt odium cauſæ, non perſonæ, ſicut dicit Doctor ſanctus 2. arti. 13. memb. 3. q. 1. in ſolutione primi argumenti, in fine 4. lineæ. meum autem non eſt odium perſonæ, quia non odio Eraſmum, qui eſt creatura Dei, ſed odio literas bonas, ſicut ipſi eas vocant, quas ille plantat: & ſeducit cum ſuis tranſlationibus omnes iam iuvenes ſtudentes. HOCH. Utique & licitum. Sic enim ego odi Ioan. Reuchlin, qui tamen dictus fuit probiſſimus vir apud omnes, & M. Lutherum, Petrum Ravennatem, & Huttenum, & plures alios, quia invidia ſtimulavit me, neque potui videre, ut bene docerent & ſcriberent. EDUARD. Summa ſummarum, hoc eſt votum meum, ut faciamus unam novam conſtitutionem, cũ privilegio Papæ, & Univerſitatis Colonienſis, & Lovanienſis, ne aliquis ſtudentium in matricula almæ noſtræ Univerſitatis quoquo modo ſtudeat, vel præſumere audeat legere, publice vel privatc, opera illorum novorum Poetarum, ſub pœna ſex marcarum auri, & expulſionis ab Univerſitate. Præterea, ne librarii vel preſſores edant, premant, vendãt, permutent, vel quoquo mod inferri curent in noſtra collegia, ſub pœna amiſſionis municipii, ſi ſint incolæ: ſi vero extranei, amiſ-

ſionis

ſionis omnium librorum & carceris, donec ſe redimant ſex prædictis marcis auri. quæ marcæ cedere debent in fiſcum facultatis Theologicæ, ut, ubi & quando opus fuerit facere convocationem cõtra hæreticos, Magiſtri noſtri de facultate habeant unam bonam zecham de illa pecunia.

HOCH. Eſt bona opinio, & ſic oportet etiam fieri. Sequens Magiſter noſter Ecci, ego bene video, quod illæ ſpecies moventur in capite veſtro: dicatis nobis, quid vos ſpeculaſtis contra illos Poetas. Ec. Quid deberem dicere? Vos facitis ſicut Phariſæi, qui venerant cum Herodianis ad tentandum Chriſtum, de cenſu Cæſaris, & miſerunt unum, qui loqueretur pro omnibus, & hoc cum illa verſutia, ut ſi vinceret, quod idcirco etiam ipſi eſſent immunes à ſcandalo. Vos incitaſtis me contra Lutherum, miſiſtis mihi multas miſſivas, quod quia ſum bene tritus in parvis logicalibus, & in copulatis Tinctoris magiſtrorum de Burſa Kneck, & in reliquis doctrinis ſacris Doctorum Eccleſiæ, videlicet Scotorelli, & Alexandri de Ales, & Landolphi, &c. ſed iam quia ego nihil profeci, & me permerdaſtis, tunc abtrahitis manum, & permittitis me ſtare in merdro. quid ergo deberem vobis conſulere? HOCH. Non ſic, Magiſter noſter, non ſic, non volumus vos permerdare, ſed iam ſumus congregati pro iuvando vos, ut confundantur & revereantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tur omnes, qui quærunt nobis mala. Ec. Nihil, vos nihil proficitis. Ego puto me eſſe tam bonum ſicut vos in doctrina Doctoris ſancti: ſed nihil potui proficere; quia ille homo negat omnia, & non curat ſyllogiſmos. & quando bene concludo unam conſequentiam in Friſeſmorum: vel in Berbelin, vel in Braca, tunc ipſe negat concluſionem & totum argumentum, & dicit, quod ſunt fantaſiæ & tendiculæ hominum, quæ in Theologia non habent locum, & vult, quod pro ſyllogiſmis debemus allegare Euangelium, vel Paulum, aut textum ſacræ Scripturæ. Sed ubi accipere? nihil habemus in pharetra. Ego quidem multum laboravi pro & contra ad defendendum Papam, ut daret mihi unam pinguem præbendam, vel Epiſcopatum, & ſcripſi huc & huc ad diverſos Magiſtros noſtros, detrahendo & obloquendo Luthero, & tandem ſum confuſus. Inſuper omnes illi, qui iam ſcribunt, volunt ſe vindicare de me, & habent me pro homine ridiculo, qui incepit ædificare, & non potuit conſummare: tamen nihilominus fui tam impudens, & tam meretriceæ frontis, quod nihil curavi hæc omnia, & ſumpſi mihi cornua, & acquiſivi duos codices ſynodales per interceſſionem Fucharorum; & perrexi in civitatem ſanctam, quæ nunc eſt ſpelunca latronum, id eſt, Romam, & oſculavi pedes Papę, ſi forte poſſem opprimere inimicum meũ.

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quod quum vidiſſet Papa, valde me commendavit, quod habeo tam magnum zelũ, ſed nullum adhuc beneficium dedit, ſicut ſperabam: ſed fecit concilium Cardinalium, ut illum excommunicaret. Illi autem noluerunt conſentire, præter duos, quorum unus ſimoniace fuit promotus ad Cardinalatum de familia Medices: alius magnus adulator Pontificis. Deinde quum hoc non ſucceſſiſſet, poſui ad diverſos illi inſidias, & poſui multa licinia & fomenta, quæ ſuo tempore conflabuntur in magnum incendium. Ad propoſitum: quia ſumus omnes propter hoc congregati, ſicut hactenus eſtis de me experti, ſicut gigas volo ſtare & ſervare, & volo adhuc pervincere unum triumphum de illo hæretico, & quando tunc comburetur, tunc ego volo primus eſſe, qui incendat ligna, volo eſſe ſuus lictor. Vos ſimiliter facite, & defendite doctrinam veſtram. Et ſi videtur vobis bonum: volumus corrumpere Carolum Regem Catholicum, pecunia & precibus illius D. quem habet in Curia ſua, qui eſt etiam bonus Theologiſta. Alias ego nihil ſcio. Papa iacet, & Doctores ſæculares etiam ſunt averſi à nobis: Vos Prædicatores & Carmelitæ tantum adhuc ſervatis fortiter; & Carthuſienſes, tribus vel quatuor exceptis, qui etiam tenent illum novum modũ, quod facit hoc, quia fuerunt etiam diſcipuli aliquando in ſæculo illorum. Carolum habebimus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

bimus, qui ſi contempſerit nos, ſicut eſt timendum, actum eſt. HOCH. Sed iam dudum & illi appellaverunt ad Carolum, ſicut bene legiſtis nuper in quadam Epiſtola comitis Nuenari. EC. Oportet ibi nos invenire unum medium, ut præveniamus illos. Quæratis etiam ab aliis, qui forte circa huiuſmodi trufas ſunt magis experti.

HOCH. Magiſter noſter Arnolde, vos habetis unam ſingularem gratiam in illis ſycophantiis excogitandis: bene ſcitis qualia aliquando dediſtis conſilia contra Reuchlin. quid eſt nobis faciendum in hoc caſu? ARN. Vos neſcitis quicquam, vos iacetis ſemper in illis ſpeculabilibus, & in mirabilibus ſuper vos, ſed non diſcitis etiam practicam huius ſæculi. Si quis iam vos omnes combureret, vos non ſciretis dare unum bonum cõſilium ad liberandum vos. Ratio, quia nihil eſtis experti, neque eſtis mundani, niſi forte avaritiam & invidiam, quia iuxta Proverbium: Omnis Theologiſta ſuperbus, avarus, lividus, adde & luxurioſus, ſecundum etymologiſationem nominis SAL, quando dicit: Vos eſtis ſal terræ. HOCH. Per Deum ſanctum Magiſter noſter, vos verum dicitis, ſunt aliqui ex nobis, qui bene ſciunt diſputare, & fabricare ſubtilia argumenta, ſed de mane quãdo veniunt à ſcholis ad domum, & volunt comedere, tunc coquina eſt adhuc frigida, & ancilla adhuc dormit, vel forte latet in monaſterio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

naſterio apud aliquem monachũ, & permittit ſe, h:m. ARN. Sed hoc non eſt de pane lucrando. Scitis bene, quid fecimus, quãdo voluimus probare, quod beata Virgo fuit concepta in Originali; & ſimiliter de aliis multis trufis? ita & ibi, niſi probaverimus per miracula, quod Theologia noſtra ſit mulior, quam illorum Poetarum, tunc perditum eſt, & charta eſt falſa. Audite ergo conſilium meum: Ego ſum unus bonus Nigromanticus, & poſſum me formare ex Angelo tenebrarum in Angelum lucis, & omnes quos volo. Si placet ergo, tunc ego volo eſſe Doctor Sanctus, ſitis vos Scotus, & ſit Magiſter Balduinus Anthoninus, & debet quilibet tenere unum librum aureum in manu ſua. Ego vero ſuper hoc volo ponere unam columbam ſupra caput meum, quæ eſt Spiritus ſanctus: & volumus de nocte venire ad lectum fratris Petri, lectoris, etiam Prædicatoris. Tunc ego primus accedam, & inſufflabo ſibi in unam aurem, Ego ſum Thomas: qui omnia, quæ unquam ſcripſi, omnia ex Spiritu ſancto ſcripſi, & nunquam erravi in Scriptis meis, & quicunque ſecuti fuerint meam doctrinam, nunquam aberrabunt ab Eccleſia Romana. Deinde vos facite ſimiliter. Quo facto, repente volumus volare per feneſtrã cum magna coruſcatione & illuminatione cubiculi. De mane ergo quando ſurrexit, tunc ſtatim prædicabit illam viſionem ad populum. Ha-
beo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

beo etiam unum ſpiritum familiarem, illum ego volo mittere ad Lutherum & Eraſmum de nocte in lectum, ut eos tribulet & vexet. HOCH. Eſſet profecto bona res, ſed timendum eſt, ne prodamur: ſicut in actu Bernenſi ſumus confuſi. Ego non volo eſſe in hoc ludo: ſi vos vultis, poteſtis tentare, ita tamen, quod non trahatis me in hoc factum. Peccatum veſtrum in caput veſtrum. Non eſt bonum iocare cum ſanctis. Nos ſumus aliquotiens ſapientes facti in ordine noſtro, cum iſtis falſis miraculis. Si autem aliquid aliud ſcitis: ſive per phas, ſive per nephas, dicatis audacter; ego volo vos abſolvere. Si aliquis mihi confiteretur, quod occidiſſet Reuchlin, & nemo ſciret, ego vellem eum abſolvere omnibus modis. ſic & ibi. ARN. Ego nihil ſcio aliud. Illi ſæculares & ſtudentes ſunt iam aſtuti, & bene ſciunt notare: non permittunt ſe facile decipere: ego committo vobis & cæteris Magiſtris noſtris. HOCH. Sequens Magiſter noſter Petre, vos eſtis Pater valde zeloſus, & non comeditis carnes, & ubique laboratis, ne habeatis doctos in ordine veſtro. quid ergo vobis videtur? ſi forte eſſet conſilium cōtra illos nebulones.

PET. Mi Magiſter noſter, ego neſcio. ille mundus eſt iam totus perverſus, & plenus hæreticis. Tempore meo, quando fui veſter diſcipulus, non fuit adhuc ſic. Ego ubique laboro, ſed nihil proficio. Placet ergo mihi, quod

quod dixit Magiſter noſter Duplicius : ut dimittamus eos ſic. Eſt forte una influentia cœleſtis, quia ſemper poſt 40. annos venit unum novum ſæculum. Vos videbitis, quod ſicut illi iam trahunt ad lucem Hieronymum, & Chryſoſtomum, & cæteros illos Poetas, ſic poſt quadraginta annos doctrina ſancti Thomæ erit etiam nova, & in maiore admiratione quam nunc, quia homines ſemper appetunt novitatem. Non eſt bene poſſibile, quod omnes libri interim comburātur ex bibliothecis. Eſtote ergo boni animi, & permittatis eos facere, quando ſatiati erunt uſque ad nauſeam, tunc ceſſabunt.

HOCH. Sequens Magiſter noſter Scropha, placet vobis etiam ſic? SCRO. Nequaquam: Si volumus permittere ad lucem venire Euangelium, tunc omnes antiquæ hæreſes, videlicet Arrianorum, Manichæorum, Helvidianorum, & cæteræ venient iterum. Non ſcitis, quod quando regnaverunt illi antiqui Doctores, quod fuerunt multæ hæreſes in Eccleſia Dei, quæ de gratia Dei omnes ſunt extinctæ & deletæ, per ſacratiſſimam doctrinam doctoris ſancti & ſubtilis Scoti: & ſi illi non veniſſent, ego neſcio quomodo ſtaret iam. Ergo ſi hoc admittitis, pro certo non eſtis boni Chriſtiani, neq; habetis zelum domus Dei. HOCH. Ego libenter vellem facere quantum in me eſt. ſed bene auditis diverſitatem Magiſtrorum noſtrorum. Sequens

Magiſter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Magiſter noſter Lupolde. LUPOL. Noli tranſgredi terminos quos poſuerunt patres tui, dicit Sapiens. Nos ſic invenimus, & recepimus à Magiſtris qui fuerunt ante nos: & quare ergo volumus relinquere eorum doctrinam cœleſtem? Si vultis vos reiicere Theologiam Scholaſticam, & Logicam, & Metaphyſicam, quis tunc diſputabit contra hæreticos? quis convertet Iudæos & gentiles ad fidem? quomodo debemus prædicare ad populum, & reſolvere caſus conſcientiæ? Similiter, quis defendet Papam & traditiones hominum, ſi volumus illorum fantaſias recipere? Ad furcas cum iſtis Ribalderiis. Ego volo potius ire ad ignem, quam ſtudere in illis novis. HOCH. Diobolus, hoc ego non vellem facere, ego volo pugnare pro Doctore Sancto uſque ad ignem, ſed excluſive, non incluſive, ha haha. Ut ſciatis tamen, ipſi non omnino negant Logicã & Philoſophiam: ſed dicunt, quod nos non ſciamus illam veram artem, & hactenus nihil docuimus niſi fraſcarias, & tricas, & cavillationes, quæ reperiuntur in Ariſtotele: & venerabilem illum Petrum de Spanheym & Tartaretum, & Copulata & ſomnia Ecciana, illa omnia perſpuunt. Surrexit iam unus, qui vocatur Philippus Melachthon, de quo ipſi multum tenent: ille fecit unam novam Logicam, & unam novam Rhetoricam, & dicit, quod Rhethorica ſit dimidia Logica, & una ſit ab alia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

& mutuent ſibi mutuo principia: quod ego non intelligo. LUPOL. *Lieber* non credatis. Quis vellet docere illos aſinos? volunt ipſi corrigere Copulata, & Bricot, & Tartaretum? Per Deum, hoc eſſet una pulchra res: Ipſi volunt eſſe Græci, & ſi venirent ad terram ſanctam, & deberent petere panem propter Deum in Græco, vel in Iudaico, tunc ipſi non ſcirent, & volunt corrigere noſtram tranſlationem, tanquam Doctor Sanctus, qui fuit vere ſanctus ſine dubio, non intellexerit Ariſtotelem? HOCH. Certe, Magiſter noſter, ego vellem quod verum diceretis, ſed heu, iam illi docent eos qui ſunt nati Hebræi, & nati ex Græcia, homines doctiſſimi, illi certe quando volunt poſſunt eis bene oſtendere proprietatem linguarum. Vos eſtis iam iratus & commotus. Sequens, Magiſter noſter Stentor, *ir ſijt auch unlouter*, ſicut bene oſtēditis in veſtris prędicationibus, & fortiter clamatis ad populum, quod non debeant credere verbis Lutheri, nec legere illius libros. Utinam hoc omnes faterent, qui volunt eſſe Magiſtri, ſed tamen non ſunt zeloſi, nec quicquam curant de traditionibus antiquorum & ſeniorum. Nunc igitur, bone Magiſter noſter, quid erit faciendum, ut opprimamus illum hæreticum?

STEN. Venerabilis & eximie Magiſter noſter, verum eſt, ego prædicavi aliquotiens contra illos novos ſcribentes, quod ſint hæ-

retici:

retici : ſed video quod nihil proficio, ipſi permittunt nos clamare & ululare, & nihilominus ſeminant ſuam zizaniam : non curant de maledictis. Et ſicut ſcriptum eſt de filiis Iſrael in Ægypto, quod quanto magis opprimebantur à Pharaone in luto & latere, tanto magis multiplicabantur illi. Et nunc *ſo laſſen ſie uns ſingen, und blijben ſie ouff irer vvijs*, & nihil facimus, niſi quod confundimus nos ipſos. De illo hæretico tamen pauca loquẽdo, cum ſupportatione, ſi recte volumus conſiderare, habebimus ibi unum alterum Ioan. Huſs: & bene poſſemus nobis formare nomen immortale, ſi combuſſerimus etiam illum ſicut Huſs. Sed oportet nos bene eſſe circumſpectos, & oculatiores, quam in Concilio Conſtantienſi prædeceſſores noſtri fuerunt hæreticæ pravitatis Magiſtri, etiam ordinis Prædicatorum, qui vi, fraude, & dolo, diſſolutione pactorum, iuramentorum fractione, & totius forma iuris neglecta, & præterita, ex mera invidia combuſſerunt illum. Quæ inſidiæ iam innotuerunt pluribus: & illi in libris ſuis ſcribunt : ita quod non poſſumus amplius celare. Ita quod verificatum eſt illud, quod ille dixit in extremis, quando fuit traditus brachio ſæculari ad comburendum: Poſt centum annos cognoſcetis qualis fuerit doctrina mea, & ſua ſemet prodet veritas. Centum anni iam ferme elapſi ſunt: revixit ille, & omnes libri eius ſunt impreſſi: &

niſi ſimus cæciores quam talpæ, tunc oportet nos confiteri in ſecreto, quod illi facta eſt iniuria: & illi patres noſtri fuerunt hæretici, qui eum combuſſerunt. Ergo aliter iam eſt faciendum: tamen non bene audeo dicere. HOCH. Dicatis audacter; nihil nocet. nos ſumus hic ſub roſa, & quilibet poteſt dicere, quod vult. Sed nolite tam alte clamare, ſicut ruſtici; cohibete pauliſper vocem, ne forte aliquis lateat in fornace & audiat. STEN. Vos feciſtis unum librum, de inquirenda doctrina hæreticorum: in quo proceditis ſecundum modũ antiquum, videlicet Realium & Thomiſtarum: & dicitis, quod non debeat audiri hæreticus, ut ſe purget vel excuſet: ſed tantum inquiri, utrum cedat in Eccleſiam Rom. vel non. Si ſic, bene: ſi non, comburatur, & etiam ſi fuerit ſanctus Paulus, vel Angelus de cœlo: imo ſi reviviſcerent omnes Doctores antiqui, & hoc crederent, deberent comburi immediate. Hoc mihi nunquam placuit, & eſt mihi mirum, cum idem Pontifex Rom. abſolverit vos ab officio veſtro hæreticæ pravitatis, & etiam iſtis cõfuſus in cauſa Reuchlin, ita quod iam omnes vos odiunt, etiam pueri in ſcholis, qui vos non cognoſcunt, & quando audiunt Hochſtratum, putant quod nominatur diabolus, quod adhuc vultis defendere Curiam Romanam. Haberet quidem bonam formam, ſi eſſetis capax beneficiorũ, ſicut Magiſter noſter Eccius: ille lucratus eſt

aliquid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

aliquid cum ſuis clamoribus, & ſua beſtialitate, quia Rom. Pontifex, quàndo nuper rediit ex urbe, donavit ſibi quingentos florenos, & unum pinguiſſimum beneficium. *Das lout; das heiſt ohren gebiſſen, und den koutzen geſtrichen*, licet ſit infamis apud doctos, & reputent eum pro aſino. Sed hoc ipſe non curat: vos autem eſtis unus pauper frater, & mendicus. Dabo igitur vobis unum aliud conſilium. Nunquam legiſtis? Munera corrumpunt & obcæcant etiam oculos ſapientū. HOCH. Ego ſum ita occupatus in ſancto Thoma, quod nunquam in vita mea perlegi Bibliam. STEN. Hoc non eſt recte, faciatis ergo adhuc, quia per nullum alium modū poſſumus eum vincere, niſi per textum, nam cætera omnia ille reiicit. Et unum aliud. Debetis ſcribere Sanctiſſimo, quod det ſibi unum Cardinalatum, vel Epiſcopatum, & videbitis, quod cito tacebit, & revocabit omnia. HOCH. Ego timeo, quod non recipiet, quia res eſt nimis divulgata, & eſſet ſibi magnum ſcandalum. Credo tamen, quod ſummus Pontifex daret ſibi non ſolum Cardinalatum, ſed etiam duos vel tres Epiſcopatus, tantū ut non loqueretur contra indulgentias, & contra ſuam avaritiam. STEN. Si hoc non iuvat, tunc certe factum eſt: ego non poſſum ultra conſulere. HOCH. Ego deberem ultra interrogare, ſed cæteri M. noſtri non ſunt præſentes, tamen maior pars eſt præſens, & ideo volo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

concludere ſecundum eos, qui iam ſunt præſentes. Et ſicut bene audivi, nullus habet complacentiam, neque in Luthero, neque in aliis novis Poetis & Scribentibus, licet unus dicat ſic, alius aliter. Et quia præſens non poſſumus omnes illorum libros examinare, cribrare, reprobare, & ideo pro nunc nihil volumus facere, niſi quod volumus prohibere per litteras & inſtrumentũ publicum almæ noſtræ Univerſitatis, ne quis illos fabulatores legat. Interea unusquiſque veſtrum ſit armatus, & faciat qnantum in ſe eſt, in domo ſua, pro examinandis illis libris Poetarũ, & ſcribat in volumine. Poſt tres menſes volumus iterum venire, & omnia imprimere in uno volumine, ſentimentum uniuſcuiuſque in ſpeciali, cum quotis, & annotationibus S. Thomæ in margine. Si quis vero huic Concilio noſtro, legitime & in Spiritu S. congregato, derogaverit vel obtrectaverit, velut minus idoneo, indignationem omnipotentis Dei incurret, & ſacroſanctæ Romanæ ſedis, quæ eſt in Babylone, ubi Synagoga Satanæ. Domine Pedelle, legatis hanc copiam. PED. Conſtitutio.

In nomine Domini, Amen. Autoritate ſanctiſ. D noſtri Papæ Leonis X. & aliorum ſanctorum Pontificum, qui fundaverunt & inſtituerunt, & privilegiis munierunt almam noſtram Univerſitatem Colon. & Lovanienſ., ſtatuimus & ordinavimus nos Magiſtri

giſtri de Colonia & de Lovania, ne in alma
noſtra Univerſitate, quæ eſt mater Univerſi-
tatum Germaniæ, legant publice vel priva-
te, in ſcholis Theologorum, aliquid de illis
novis doctrinis, quæ iam ſuadente Diabolo
emerſerunt, & ſeducunt plurimos. Inſuper,
ne de illis loquantur, vel ſcribant in epiſto-
lis, vel alibi. Et ne librarii aliquid impor-
tent, vel vendant ſcholaribus noſtris. Et
religioſis, ne ipſi aliquid illorum reponant
in ſuis librariis, ſub taxa 4. marcarum auri,
totiens, quotiens deprehenſi fuerint. Con-
trafacientes tanquam contumaces & rebel-
les excludi volumus hic & ubique, & in o-
mnibus locis honeſtis ab Univerſitatibus,
& ſub pœna inhabilitatis ad quemcunque
gradum in Theologia, ſi fuerit Magiſter:
ſi autem in minoribus, ne promoveatur ad
gradum Magiſterii. Doctrinam vero Lu-
theri, & omnes eius libros damnamus, an-
nihilamus, & ad ignem iudicamus, una cum
ipſo autore. non obſtante, quod non intelligi-
mus, neque confutare poſſumus, propter
autoritatem Euangelii & Apoſtoli, quibus
roborata eſt. Sed quia ipſe non ſequi-
tur ſentimentum noſtrum, & exigit u-
nam novam Univerſitatem, & trahit ad
ſe omnes Scholares, neque oſtendit no-
bis debitum honorem gradus Magiſterij,
ideo contra facientes excommunicamus
lata iam ſententia, à qua non valeat ab-
 ſolvi,

ſolvi, niſi per nos Magiſtros noſtros ad hoc deſputatos, ſcilicet Eccio, Leone, & Arnoldo. Datum, &c. HOCH. Sufficit. Ita volumus publicare. Et ſic eſt finis illius actus. Deo gratias.
Amen.

HUT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

HUTTENUS CAPTIVUS.

INTERLOCUTORES.

Decimus, Curtiſani. Minoritanus. Huttenus. Franciſcus de Sickingen.

DECIMUS.

ADeſte ehodum, adeſte ô peculatores prædicones, ganeones & manipulus furum. CURT. En, adſumus, adſumus, Decime, terque quaterque maxime. DECI. Quin ex templo comprehendite, iugulate, occidite ferro, vel veneno. CURT. Quos? obſecro. DECI. Duos illos ſeditioſos, ſchiſmaticos, Huttenum & Lutherum. CURT. Bona verba, columen noſtrum: arbitrabamur te ſubita phreneſi correptum, vel mania, qui ſic inſanias, ſic furiis inſultes. Verum hos facile erit perdere, ſi ſic rebus tuis fuerit conſultum. DECI. At his è medio ſublatis pax erit. Tu, Cæſia, poculum illi propinato, veneno mixtum, ciboque illius inſperſo ellebori ſemiuncia, vel ſcamoneæ, ſi lubet. Quod ſi non ſucceſſerit, armatis copiis vinctum huc protrahito. Ego per Curtiſanos literis agam apud optimates & Epiſcopos, ne hunc patiantur elabi. CURT. Verum de Luthero quid cenſes faciundum? DECI. Idem prorſus. Verũ hic prior eſto Huttenus. Quid enim ſi in omnibus chartis illinierit mea flagitia Lutherus? Ingerent tandem hæc faſtidium lectoribus, quibus & in iocum & fabulam ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſus ſum. At iocentur libere, modo non noceant. Ille non tam portentum nos facit, quam exitium minatur, & Petri inopiam, ſtipatus tot millibus nobilium Germanorum, quos in promptu eſt, ut in nos animet homo mire audaculus. CURT. Ubi igitur Bullæ tuæ, ubi fulmina, quæ in hos iaciebas? MIN. Heus tu Cynæde, cucullum mihi parato obtritum, & ſandalia laceris ſuppacta ſoleis, & funem nodoſum. CURT. Hæc quidem omnia ad manum ſunt. Verum unum adhuc tibi deeſt, quo impoſturæ tuæ adhibeatur fides, nempe corrugata frons, & venter tenuis. Nam pingue hoc aqualiculum, & obeſum caput, & lingua petulantiſſima, cupediarium te prodent Cæſari, vel heluonem, non hypocritam. Vin diebus quinque te emaceremus in Tulliano? MINO. Papæ, nihil intereſt, quo ſim corpore, modo geſtibus & animo ſycophantam expreſſero & hypocritam. Hebes eſt & obtuſum Germanorum genus. CURT. At non tam craſſum, uti ſuſpicaris, quibus iam dudum noſtræ fraudes cœperunt fieri perſpicuæ. MINO. Vos hæc feceritis: ego iam meo fruar conſilio. CURT. Nos vero quo tandem aſtu hunc circũveniemus? MIN. Ha ha, quaſi non hoc ad unguem noveritis! CURT. Siquidem vir eſt nobilis, magnanimus, neque facile ſe patietur collidi. MINO. Ego Carolum Imperatorem adeo, illic paraturus inſidias: interim vos hic præſtolamini pauliſper.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſper. CURT. Quid ſi evaſerit? Quid ſi evaſe-
rit? Quis enim ignoret, eiuſmodi ludorum
exercitatiſſimum eſſe, utpote militarem ho-
minem? Si videbitur, mercede conducemus
mimos, quorum hic copia magna eſt. MI-
NO. Capta fera eſt. Videtis hunc Catoniano
vultu tenerum, flavo capillitio, & nigra pro-
gredientem barba? CURT. Videmus. MINO.
Huttenus eſt. Simul omnes in illum obarma-
mini, mulctate pugnis, calcibuſque. CURT.
Ilico te vinctum dederis. HUT. Vinctum?
CURT. Atqui ut dicimus, ultro te adſignato
Decimi captivum. HUT. Captivum? Quam
ob cauſam? CURT. Diſces iam ligatus. MI-
NO. Cathenas iniicite actutum. HUT. Apa-
gete, nebulones. Hui? Per crucem. ABEL.
Ohe, occidi. HUT. Hui, trucidabo vos o-
mnes. Sed quorſum ille aufugit furcifer cu-
cullatus? Emoriar, ni hunc, quo cinctus eſt
fune, præfocavero quam primum ad eam ar-
borem, quæ propior fuerit, præciſis ſummis
manibus & pedibus. FRAN. Quis hic tumul-
tus lurconum miſere deſpumantium ſangui-
nem? HUT. Me male mulctaſſent, ni me
excuſſiſſem, atque etiam vinctum perduxiſ-
ſent Romam. FRAN. Ita illis licet infringere
aulicam libertatem? HUT. Sic vides: Tu-
multuanter in me irruerunt, nihil me ſuſpi-
cante, monacho quodam apoſtata ductore.
FRAN. Cucullio ille, quonam ſe proripuit?
HUT. Evaſit, ſubduxit ſeſe, mortalium o-

mnium eiuratiſſimus. FRAN. Vis hoc principi indicem? nam mihi nequaquam res videtur ludicra, in aula frivole impetere hominem militarē, maxime autē veneno. Quid tandem non in ipſum etiam tentabunt principem? HUT. Pervelim. Sed vereor, ne prius apud hunc inſidias mihi ſtruxerit, aut illi falſo ſuggillaverit nonnihil, qui illorum hominum mos eſt, ut nullibi non infundant acetum, vel frigidam aquam. FRAN. Nihil obeſt. Novi optimum ac ſynceriſſimum Imperatoris ingenium, qui non tam cito acquieſcit adulatorum ſuſurris, eorum maxime, qui in univerſo orbe nihil niſi nugas ſeminant. HUT. Interea quo me recipiam, quando ne principum aulæ liberæ ſunt ab iniuriis? FRA. Ad ſpeculam tuam Steckelburgium; illic deliteſce parumper, doeec tranſierit tempeſtas. HUT. Quid ſi interea malis addidero mala, ac in concionē advocavero Germanos omneis, ſuppetias ut ferant? FRAN. Hoc ne eſt malum addere malo? Licebit & Turcam invocare, ſi Chriſtiani iuſtitiam non fecerint. Verum felicius multo res cedet: non enim tam gratum eſt apud eos hoc hominum genus, ut diutius numinum vice adorent. HUT. Suades igitur bellum indicam Curtiſanis? FRAN. Imo & mortem & exiliū, ſi impetraveris; non prohibebo. Audis inſonantes taratantaras? Eundum mihi eſt ad aulam, illic rem tuam expediam. Tu iterum cura ut tutus ſis.

HUT-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

HUTTENUS ILLUSTRIS.

INTERLOCUTORES.

Huttenus. Veritas.

HÆc præmia tua ſunt, hæc promiſſa, fideſque? VER. Quid quæſo ſic ſtomacharis, nobiliſſime Huttene? HUT. Quæris? cum me videas proſcriptum à Romanenſium tyranno. VER. Cur hæc mihi tribuis? aut mea techna hoc factum eſt? HUT. Tua utique, tua cauſa ultimo deſtinatus ſum ſupplicio. VER. Clementius, Huttene, clementius quam ultimo ſupplicio. HUT. Imo atrocius. VER. Eſto, hæc mea maxima ſunt præmia, & quos præſignes efficio, iis beo muneribus. Quin & veniam tribuo, & anogæum, & penthiſirineon, & ſi quæ ſunt iis etiam crudeliora carnificum inſtrumenta. HUT. Alteri dederis has mercedes, non mihi. VER. Imo & tibi. HUT. At ego recipiam nequaquam. VER. Quid, ſi te compulero? HUT. Non me compelles, liber ſum. VER. Audes igitur repellere nomen & famam immortalem? HUT. Malim carere hac gloria. VER. Recipies ſcio, ſcio recipies. HUT. Nequaquam. VER. Ah, ſine, quo palpem atque delineam te modicũ. HUT. Si ſpes eſſet, depulſum iri patria ſervitutem. VER. Prorſus, nam id in procinctu eſt, modo puſillo animo ne fueris. HUT. Cum

mula

mula peperit, vel ad Græcas Kalendas. VER. Atqui Zopyro peperit mula: putas, ne paritura ſit & tibi? HUT. Scio, quondam Galba Ro. res moliente, plures nihil æque confirmaſſe, ut mulæ partum: verum altius irroboravit hæc ſervitus, quam ut depelli poſſit: plæraque etiam noſtrarum rerum deſperata ſunt. VER. Non ita obſecro. HUT. Non vides ut paſſim obtinent omnia Curtiſani, ut admota veſica omni, ut ampullis inflantur, ridentque nos etiam? Nec ſatis eſt eviſcerare & excoriare, niſi etiam apertis cachinnis nos ſubſannent. Accedit vulgi ſuperſtitio, quod toties ictum, nec dum ſapit: tam multa hactenus ultro citroque acta ſunt, & Tyreſia cæcius eſt. VER. Chriſtus te amet, Huttene, qui noſtram miſeriam reſpiciet: neque patietur ultra dominari nobis, qui oderunt nos. HUT. Atqui ad ſummum excrevit faſtus. VER. Ergo magis ac magis agendum conſulte, ne quid temere, vel imprudenter. Tardius ambulando etiam longum iter perficitur. Quid uſquã in rebus mortalium firmum ac ſtabile, quod præcipitatur? HUT. Interim ego in exilium ablegor, exibilor, proſcribor, devoveor. VER. A quibus tamen? HUT. A Romaniſtis. VER. Viden me exoculatam, ſauciatam, claudicantem? HUT. Poderem retegito. Hui, quis tam miſere te lancinavit, bona Veritas? VER. Aſpice & ſpondilia & cervicem. HUT. Nihil in te ſanum video, vel per latum unguem.

guem. Quin & præciſæ aures, inſignitę ma-
xillæ. Ubi vel media horum portio tibi con-
tigit? VER. Sed & excõmunicata ſum, nę un-
quam Romam ingrediar. HUT. Oculorum
pupillas quis ita pupugit? VER. Romanus
Pontifex, cum nuper excæcare vellet, ut ma-
ximus videretur, & ut liberius poſſit illude-
re Germanis. HUT. Laceras vero manus
quis? VER. Alexander Mottenſis, ille verpus,
quando Louanii, Coloniæ, & Moguntiæ Lu-
theranos cõbuſſit. Digitulos præſcidit ambi-
tioſus ille Murnarius Geltnarr. Cætera quæ
cernis ſunt Ecciana, Emſerana, & Silve-
ſtria. HUT. Num & Hochſtratica aliqua ha-
bes, & Leica? VER. O Hochſtratica! iamdu-
dum me exanimaſſent mendaciloqui & bla-
terones iſti, ni mihi fuiſſem medicata. HUT.
Mederi tibi ipſi potes, ne quid officiant ho-
minum maleficia? VER. Poſſum, ubi volue-
ro. HUT. Quid igitur non digitulos tibi re-
ſtituis, & oculos, & mammas? VER. Im-
mortalis ſum, & ad ictus infatigabilis, non
ſecus atque Iuno illa apud Homerum, He-
ctori compugnans: quo magis impugnor, eo
amplius vireo & floreo. Verum quia prope-
diem ſiſti me oportet ad tribunal Chriſti, ſti-
gmata hæc allatura ſum in medium, ut vide-
ant qualem confoderint Deam, quam hæc
non mihi fecerint, ſed Chriſto ipſi, qui Veri-
tas eſt. HUT. Illos tu ad tribunal Chriſti accu-
ſatura es? VER. Condemnatura etiam ad Or-
cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

cum, & Plutonis carnificinam. HUT. Exiſtimas ne, quod credant Deum eſſe, vel Tartarũ? VER. Sic conſtituerunt in Concilio Lateranenſi, animam eſſe immortalem. HUT. Quaſi hoc antea neſciſſemus! Cæca, non intelligis fraudem? VER. Quam fraudem? HUT. Ut ſi credere videantur, ad illorum magis diſſimulemus flagitium, iudicem certe alium habituri quam nos: & ne à nobis poſſint cenſeri in terra, eam ſibi legem conſtituerunt, alioqui tamen indubitatam. VER. Male ſuſpicaris de hominibus iſtis. HUT. Peſſime, utpote de Turcis & Ethnicis. Sed age, doce me hanc artem, ut ſim poſthac inſauciabilis. VER. Id æquum mihi non eſt præſtare tibi, mortalis cum ſis. HUT. Quaſi id non multis datum ſit Ethnicis, quemadmodum narrant Poetarum fabulæ: Præterea ex noſtra religione divis compluribus. VER. In divorum cætum ſi conſcribi velis, docebo te quidem: de nugis vero illis Poetarum neſcio, quam huiuſmodi te non deceant. HUT. Quoquo modo volueris, modo feceris. VER. Facturus es autem quæ præcipiam? HUT. Si videbitur. VER. Pone thoracem & galeam. HUT. Quid hoc rei eſt? VER. Et baltheum ſolvito. Tu puer enſem accipe. HUT. Exarmatus ſum. VER. Meliora præſtabo. Indue te thorace hoc. HUT. Proh! quam aſper & aheneus! VER. Iuſtitia eſt. Sed flecte

cervi-

cervicem. Hut. Inderem ego revera tria
capita galero huic. Ver. Salus Chriſti eſt.
Hut. Baltheus vero candidus, quid eſt?
Ver. Veritas ſinceriſſima. Nunc ſcutum ob-
dito fidei. Hut. Num & gladium dabis?
Ver. Acutiſſimum, verbum videlicet Dei.
Hut. Quam bene armatus ſum? Ver. In-
cedito nunc. Hut. Ohe, quam me premit
thorax circa crepundia, & coſtas? Ver. Di-
gladiare modicum. Hut. Difficilis tractatu
eſt hic gladius. Ver. Longe aliter eo uten-
dum, quam eloquentia. Sed promptulus es,
ut video, ambidexter. Hut. Iam igitur ſatis
præmunitus ſum, ne mihi noceat quis? Ver.
Necdum: nam & obſervenda erunt aliqua.
Uxorem non curabis, non liberos, non au-
rum, ſed omnia hæc tanquam nugas exiſti-
mabis. Patriam vero amabis, quam ut liber-
tati dones, relinques paternam domum. Spe-
culam aliquam inhabitabis, aut deſertam
turrim. Libros tibi comparabis quam plu-
res, & hos optimos. Tum Christi Euan-
gelium pręcipue. Et, ſi quis ultra te proſcripſe-
rit, vel damnaverit, minime feres acerbe.
Hut. Ut video, Stoicum me inſtituis Phi-
loſophum. Ver. Philoſophum nequaquam,
ſed Chriſtianum militem. Hut. At non ita
ſuos nuper inſignivit Carolus Imperator.
Ver. Ii quales quales, nihil mea intereſt,
Chriſtiani militis arma ſunt veritas, iuſtitia,
fortitudo, gravitas, fides, verbum Chriſti:
qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quibus te iam decoravi. Hut. Da & aureas phaleras, & cauterium aliquod. Ver. Cauterium nullum do aliud, quam pullum filii ſubiugalis, cui inſedit Chriſtus Dominus (ſiquidem equitare lubet,) aut illum Zachariæ aſinum. Hut. Non alium mihi dabis caballum, quam mulum aut aſinum? Hiſce debellabo tot adverſarios? Ver. Atque ita inſtructus, maximis Regibus & Principibus eris formidabilis, quin & iſtis libere conviciaberis, ſi quando me videris obſcurari. Non timebis à facie eorum, & ipſa etiam tibi adero, ut liberem te. Ab hoc momento civitas eris munita, & columna ferrea, & murus æneus ſuper petram, Pontificibus Romanis, & Cardinalibus, & Epiſcopis, & bellabunt adverſum te, & non prævalebunt, quia ego dabo tibi os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes adverſarii tui. Hut. Dura ſunt hæc. Ver. Sed Chriſtiano milite digna. Hut. Licebit ne & iam poſitis uti armis? Ver. Etiam, licebit; modo hæc quæ dedi interna ſint. Curtiſanis primum bellum indices. Deinde diſcalceatis & chryſeis hypocritis. Poſtremo Pontifici Romano, & toti illi colluviei Romanenſium. Hut. Tutus autem ero, ne me quis occidat? Ver. Occidi poteris, ſed talis mors maiorem tibi gloriam pariet, quam ſi centum deviciſſes Babylones: eriſque ut ego immor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

immortalis ſemper, & victus triumphabis. HUT. Vis Curtianum facinus aliquod moliar pro patriæ libertate? VER. Veh, veh, veh. HUT. Quid clamas? VER. Iecur mihi confodis iaculo. HUT. Adhibe mox pelvim puer. VER. Sta. HUT. In rubo ne latitet quis, videam. Redde arcum, puer. VER. Nemo latitat. Ex Argentorato eſt hoc iaculum. HUT. Argentorato? ubi tam integri ſunt viri. ubi etiam, ex ſacrificis potiſſimum, tot ſunt hoſtes veritatis. Quis nam emiſit? edicito. VER. Loquaciſſimus ille Murnarus. Nam libellum iam vulgavit ad Germaniæ proceres contra Lutherum. HUT. Novi ſycophantam, niſi me fallat opinio. VER. Solus non eſt; habet qui ſibi hæc inſtillant ſugillatores ſuos. HUT. At hi qui ſunt? quo te ulciſcar. VER. Si ulturus es, non dicam. HUT. Non vindicabo. VER. Conciliabulum nequam eſt, quibus linguam locant, quorum ſtudiis atque conſiliis agit omnia homo deſperatiſſimus. HUT. Quiccunque ſint, & illos olim perquiram. VER. At malum pro malo non reddes. HUT. Malum non reddam, ſed talionem eiuſdem impoſturis dignam. Igitur iam ſatis inſtructus ſum, atque armatus, quo lædere me nemo poſſit? VER. Satis: atque abi, & infracto animo, Chriſto nitens, ne timeas à facie

cie Phariſæorum: te enim conſtitui vindicem iniquitatis iſtorum. Vale.

Romæ. Stampato con privilegio del Papa, & confirmato in lugo, qui vulgo dicitur, Bel vedere.

FINIS.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

DE

GENERIBVS EBRIOSORUM,

Et Ebrietate vitanda.

Cui adiecimus:

DE MERETRICUM

In ſuos Amatores, & concubinarum in Sacerdotes fide: quæſtiones ſalibus & facetiis plenæ, laxandi animi, iocique ſuſcitandi cauſa, nuper editæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

IN FACETOSAM DE EBRIETATE QUÆSTIONEM,

literariæ Sodalitatis Erphurdianæ teſtimonia.

H. EOBANI HESSI.

Semina mandragoræ naſcẽti conſita Bacche,
Decoctum faciunt lenius eſſe merum.
Sic niſi rugoſam genialis gratia frontem
Temperet, eſt odium qua ratione trahat.
Sic iucunda gravi Sophia coniuncta Poeſis,
Sic acidis guſtum dulcia miſta iuvant.
Hic igitur ſalibus gravitas variata modeſtis
Fulget, ut Idaliis compta Minerva roſis.
Quem non iſta movet comitante libentia riſu,
Hunc nihil humani cordis habere puto.

Eiuſdem.

Riſus, ſcommata, fabulas, iocoſque,
Vafre dicta, ſales, facetiaſque,
Cum Muſis Venereſque Gratiaſque
Vno ſi placet aſpicis libello.
Humaniſſime & erudite lector,
Naſum nil moror improbiſſimorum,
Qui nullum ſalibus locum relinquunt,
Illos vita decet Timoniana.
Nos cœlo propiore fœderati
Cœlo teſte iocamur innocenter.

IOAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

IOANNIS FOEMILII.

Noſcere de Baccho ſi vis Leodoria mille,
Ridiculo breviter connumerata ioco;
Hic lege quæ paſcunt curis ſuppreſſa malignis
Pectora: comperies ſcommata plena iocis.
Quod facias, quoniam non ſemper fronte ſevera
Craſſum tam tetricum ferre decere puto.

BARTHOLOMÆI COTII THREISEN.

Quam noceat teneræ Ebrietas vitioſa iuventæ,
Hic agitur vivis Lector imaginibus.
Hanc ſimul ut peſtem declinet, cum rude doctus
Hæreat hic, ſcriptis ille parerga notet.

EURICII CORDI.

Convivas vitulos, hirtos, aſinoſque ſueſque
Prenſa vides bruto ſtringere vina pede.
Quid mirare? tuos hic aſpicis heluo fratres,
Qui quoties potas, talis es ipſe pecus.
Quandoquidem preſſis rationem ſenſibus aufert
Æmula Circeis artibus Ebrietas:
Quam ſi bellipotens Germania tolleret hoſtem,
Clarior hac nuſquam natio gente foret.

CHRISTOPHORI NANCINI.

Candide, pace tua, ſi verum corde fatendum eſt,
Diſpare cum brutis heluo fauce bibit.
Talia dicentem, prompta accipit ebrius aure,
Forte putans partes velle iuvare ſuas:

Falli-

Falli tur; eſt bruto fœdus magis: hoc, ſibi quãtum
Sufficit; ille, dato gurgitat abſque modo.

BERTRAMI DAMI.

Quanta ſit Ebrietas, & quam fœdiſſima peſtis,
Vna poteſt vero cauſa probare modo.
Nam cum multa fluunt titubantes vina per artus,
Omnia ſcire putans, neſcius ipſe ſui eſt.

DE GENERIBUS EBRIOSORUM ET EBRIETATE VITANDA,

Quæſtio facetiarũ & urbanitatis plena, quam pulcherrimis optimorum ſcriptorum floſculis referta, in concluſione Quodlibeti Erphurdienſis, Anno Chriſtianæ computationis M.D.XV. circa autumnale æquinoctium, ſcholaſtico more explicata.

Pro concluſione Diſputationis de Quodlibeto Erphurdiæ celebrata, in frequentiſſimo patrum & ordinum conſenſu quærebatur: AN EBRIETAS, *vitiorum fomes, virtutum enervatrix, ingeniorum peſtis, vitæ teredo, omnium denique ætatum clades & excidium: quæ Germanis fere omnibus, non minus vere, quam contumelioſe ab Italis exprobratur: ſit avaritia peius vitium; & in puero bene inſtituendo, quam res Venerea deteſtabilior,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſtabilior, magiſtratus & res gerentibus perniciosa, in Sacerdotibus turpis: literarum vero ſtudioſis omnibus tanquam memoriæ mors fugienda cenſeatur.

VEllem profecto, humaniſſime Domine Quodlibetarie, ad huiuſce tam grandis, tamque diffuſæ quæſtionis ſententiam explicandam, alium veſtra præſtabilis humanitas ad id opus ſubeundum magis idoneũ delegiſſet. Quantũ enim mei iuvenilis ingenii capacitate poſſum cõſequi, tantæ difficultatis & copiæ eſt iam dudum ad me data quæſtio, ut non ſolum mea, ſi quid eſt eruditionis, (quod tamen ſentio quam ſit exiguum) tenuitate non poſſit explicari: ſed docti cuiuſdam, & multarum lectionum expertiſſimi ingenium & eloquentiam requirere videatur. Eſt enim, niſi fallor, ſumma tituli quæſtionis, De ebrietate vitanda. De qua re quam multa paſſim apud omnes ferme, tam ſacros quam prophanos, tam ethnicos quam Chriſtianos, ſcripta & adnotata ſint, quis neſcit? Cum huiuſmodi vitium ſit ebrietas, quod non ſolum Chriſtiani, ſed & gentiles omnes Philoſophi, uno eodemque conſenſu deteſtentur & abhorreant. Librum integrum, & iuſtum volumen, non unius aut duarum horarum quæſtionem efficerem, ſi omnia quæ de ebrietate ſcribuntur, & adduci poſſunt, in huius materiæ vellem cogere an-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

re anguſtiam. Sed non eſt animus ita hanc rem exequi, ut maxime omnium philoſophari videar, qui nunc maxime ineptire debeo, cum peregregie quidem & perquam belle, omnes vos, philoſophati iamdudum, velut iſtius moleſtæ ſeveritatis exhilarationem & iocos poſt ſeria expectatis. Conſuevit enim huiuſmodi ludus philoſophicus, cum quibuſdam iucundiſſimarum rerum amœnitatibus, & dulcibus fabulis interſpergi: tum in quendam feſtivam & ioci plenam facetiam deſinere, quo animi dies iam aliquot ſeverioribus philoſophiæ ſtudiis occupati, & quaſi defeſſi, reficiantur, & in ſemet ipſis revireſcant: Cui tam laudatæ & bonæ conſuetudini, ne ſolus contraire, nonnunquam & inamabilem morem ſuperinducere videar: agete, humaniſſimi viri, æquis animis, piiſque & otioſis auribus, quæ in hanc rem hodierna die dicturus ſum, accipite. Audietis enim & ſeria mixta iocis, & veritatem cum mendaciis, hiſtoriam cum fabulis, æquis (ut opinor) paſſibus incedentem. Eſt igitur (ut ad rem veniamus) primo loco animadvertendum, hanc eſſe Ebrietatis velut deſcriptionem, quam Eobanus Heſſus noſter, nuper rogatu quorundam amicorum, ex Famæ Vergilianæ deſcriptione, immutatis nonnihil verbis, ſic expreſſit:

Ebrietas commune malum crimenque iuventa:
Ebrietas vitium, cladeſque æterna ſenecta:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Ebrietas vitæque ferox animique tyrannus:
Turpe malum, quo non aliud damnoſius ullum,
Debilitate manet, vires extirpat eundo.
Parva metu primo, mox ſeſe attollit in artus,
Ingrediturque caput, ſenſuſque obnubilat omnes.
Hanc peperit mater, luxu patre, blanda voluptas,
Extremum (ut perhibent) Veneris Morphique ſororem:
Infirmam pedibus, plumbumque imitantibus alis:
Monſtrum horrendum ingens, cui quot ſunt corpore plumæ,
Tot putres papulæ ſubter, mirabile dictu,
Tot ſomni ſpecies, tot ſunt ſine nomine mendæ.
Nocte furit, ſiccoque diem nunquam ore ſalutat,
Luce ſerit rixas, & magnas commovet urbes,
Tam iuris rectique tenax, quam neſcia veri.
Ebrietas commune malum crimenque iuventæ.

Sed ne prius ineptire incipiam, quam bonam huius quæſtionis partem abſolvero, hanc primam pono concluſionem.

Beſtialem eſſe voluptatem ebrietatis. Concluſio prima.

Vitium ebrietatis & aſotiæ, quod multos homines, peius etiam quam Circes incantamina, in beſtias vertere conſuevit, multorum vitiorum fomes & incitamentum cum ſit, omnem veteris diſciplinæ ſanctimoniam perver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

pervertit, ſicubi ſupra modum continentiæ inolevit. Ad huius concluſionis probationem, tanta eſt utriuſque generis ſcriptorum copia, ut à quo primum ordiendum eſſet, pene dubius ſubſtitiſſem, niſi reliquis conſtantius acclamaſſet Macrob. lib. Sat. 2. ſic inquiens: Voluptates duas, guſtus & tactus, ſolas videmus hominibus communes eſſe cum beluis, & idcirco in pecudum ferorumque animalium numero habetur, quiſquis eſt his ferarum voluptatibus occupatus. An non ſatis clarum hoc eſt, quod dicit, eos, qui voluptate guſtus, hoc eſt, ebrietate & crapula non abſtinuerint, in beſtiarum & belluarum numero contineri? Nam ut Ariſt. quoque noſter docet, cum quinque ſint ſenſus hominis, quibus voluptas vel animo vel corpori quæritur: tactus ſcilicet, guſtus, odoratus, viſus, auditus: ex illis omnibus voluptas, quæ immodice capitur, ea turpis atque improba eſt. Sed enim quæ nimia ex guſtu atque tactu, ea gemina voluptas, ſicut ſapientes viri cenſuerunt, omnium rerum fœdiſſima eſt. Cæteræ vero ex aliis tribus ſenſibus proficiſcentes, hominum tantum propriæ ſunt. Poſt Ariſtotelis verba explicata, ſtatim poſtea ſubdit Mocrobius: Quis igitur habens aliquid humani pudoris, voluptatibus iſtis duabus comedendi atque coeundi, quæ homini cum ſue & aſino communes ſunt, gratuletur? Mavult enim ſapiens quiſ-

 que,

que, Socratem illum omnis continentiæ exemplum imitari, dicentem: Multos quidem propterea velle vivere, ut ederent & biberent: ſe vero edere & bibere, ut viveret: quam Sardanapalum, voluptatiorum omnium anteſignanum & ducem, qui dixit: Ede, bibe, lude, & cum te mortalem noris, præſentibus exple deliciis animum, poſt mortem nulla voluptas. Eia ſane pulcherrima chariſſimi Heluonis ſententia. *Eya vvie ein guete meynung iſt es, vvo man ſtets guter ding iſt.* Secundum Senecam: Vivite læti, dum fata ſinunt, *Laſst uns ſchlemmen und demmen, dievvyl vvirs moegen und haben.* Cras forte non licebit. Et ut Horatius inquit; Dona præſentis cape lætus horæ, Linque ſevera. Et alio loco: Quid ſit futurum cras, fuge quærere. Et item: Nunc eſt bibendum, nunc pede libero Pulſanda tellus, &c. *So gehen vvir* ſecundum Pſalmographum; de virtute in virtutem: *Von einer Zech in die andere*, ut ſcribitur in tabernaculis ruſticorum. *Im Land zu Sachſen*, cap. ubique, in antiquo pariete, cum albis carbonibus, *Souff dich voll, und leg dich nider, Stehe frue ouff, und full dich vvider, So vertreibt ein Full die ander, Das ſchrybt der gut fromm Prieſter Arſzlexander.* Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum: *VVann die brueder zuſammen thun, und vverffen den apt zum fenſter ouſz.* Quia tunc repletum eſt gaudio os noſtrum. *So*

vvollen

vvollen vvir unſern ſchnabel immVVyn vveſ-ſchen. Et lingua noſtra in exultatione, *und vvollen mit frauden ſingen; Kein beſſer Frœud ouf erden iſt, dann gutes leben han, Mir vvirdt nicht mehr zu dieſer friſt, dann ſchlemmen umm und an, Darzu ein guter muth, Ich ryſz nicht ſehr nach gut, Als mancher rycher burger nach grooſſem vvucher thut.* Hæc enim ſocii, hæc illa magna navis. *Das grooſſe ſchiff der breitten geſellſchafft, die da ſchiffen und ſegeln mitt halbem vvindt,* verſus Narragoniam, *in das Schlouraffen land, Da die heuſer mit braatvvurſten gezeunet, und mit honig bekleibt, und mit fladen gedeckt ſeind.* De qua fœlici patria dictum eſt: Dabo vobis terram fluentem lac & mel: *Da uns die gebratene touben in die meuler fliegen.* In hac navi, noſtro quidem tempore multi ſunt Principes, & anteſignani, qui in vexillo quidem pro ſigno habent imaginem Sardanapali, in puppi vero Philoxeni effigiem, cum gruis collo depictam. Illius ſcilicet, qui, ut Ariſtoteles ſcribit, collum gruis dari ſibi optabat, quo diutius edendi bibendique voluptate frueretur. Quantum bone Deus monſtrum, quo riſu dignum ſpectaculum, ſi homo quiſpiam gruis collo conſpiceretur? Et tamen hoc iſtud terriculamentum, à natura abhorrens optabat, tantus voluptatis belluinæ adſertor. Gruem igitur eum, non Philoſophum fuiſſe, quis ſapiens non diiudicet?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

qui propter pauxillam voluptatem, & rem adeo momentaneam, homini gruem prætulit. Sardanapalus vero inter voluptates muliebres, ipſe mulier, non Rex, turpiter conſeneſcens, opulentiſſimum Aſſyriorum regnum perdidit, ſeque ignominioſa morte confecit, qui erat eius vitæ condignus ſane exitus. Erat enim & ipſe unus Epicuri de grege porcus. De quibus antequam latius quicquam dicam, prius iſtiuſmodi ſubinfero Corollarium primum:

Variis beſtiis aſſimilari ebrios.
Cap. I.

IN pecudum igitur & beſtiarum numero habendus cenſetur, quiſquis huiuſmodi ebrioſæ crapulationis vitio detinetur. An & vos non vidiſtis aliquando in hac urbe noſtra (ne muros civitatis tranſiliam) multas huiuſmodi pecudes, multas beſtias, multos aſinos, multos ſues, dum ſeſe homines eſſe obliti, quadrupedes reptant, in cœno lutoque volutantes ſeſe? Quod ut magis credatis, & velut ex re præſenti cognoſcere poſſitis, videte precor & cognoſcite mores ſingulorum, qui ſe vino quotidie zytoque, quod nos cereviſiam vocamus, abunde proluunt, atque adeo ingurgitant, ut conſiſtere niſi iacentes, vel incedere niſi quadrupedes, nullo modo poſſint. quorum meminit iureconſultus. C. de beſtiis. c. Aſinus. §. Ipſi ſunt. Et

ff. de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ff. de potatoribus. l. nulla. c. *Souffs gar ouſz.* Et §. Bos & iumentum, ubi dicit gloſſa. & notat *Bald ouſz*, & Barth. *Holkrous.* In decretis Colonicis, diſtinctione æquali, & ſunt verba Domini *Haltlexander*, in capitulo Plenus inops. ubi dicitur, quod aliqui ſunt ebrii ut aſini.

De his qui dicuntur habere aſininam ebrietatem.

ET illi dicuntur habere ebrietatem aſininā, vulgo, *eſel vol oder truncken:* quoniā non ſecus ac aſini ſe gerunt erga ſuos ſymponotas. Tunc enim vera eſt illa propoſitio: Homo eſt aſinus. *So ſeind ſie rechte eſel*, ſcilicet rudes, ignari, infaceti, incompoſiti, impudici, immorati. quales aliquando videmus nonnullos, qui etiam mediocriter poti, neque præceptores ſuos, neque natu maiorem quempiam, imo ne matronarum quidem aut virginum pudicitiam verentur, quo minus turpia dicta proferant, ſeq; malorum facinorum perpetratione iactent. Et iuxta Ovidianum illud,

Corpore cum nequeant quod poſſunt nomine tangunt,
Et nulli non ſe concubuiſſe ferunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

De his qui dicuntur habere ebrietatem Caninam.

ITem aliqui aſſimulant caninam ebrietatem: vulgariter, *Etliche vverden hund voll*, hoc eſt, *VVenn ſie bezecht ſeind, ſo ſtecken ſie voll hundtsmucken, und murren und beiſſen umm ſich.* Cave ab illis: *Hutt dich vor denſelbigen byſſenden hunden*, quoniam cor eorum vanum eſt, & iniquitate plenum eſt guttur eorum. Egregie tamen in ſobrietate vitia ſua iſti canes diſſimulant. *Sie bieten dir guten morgen*, ore ſcilicet, ſed corde *vvuntſchen ſie dir all ungluck.* Cave ab illis, *Hutt dich vor denen.* Quia veniunt ad te in veſtimẽtis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Cave ab illis, *Hutt dich vor den katzen, die vorn lecken und hinden kratzen.* Hi ſunt qui ob nativam & genuinam malitiam, invidiam, quam vel erga bonarum literarum amatores, vel quoſcunque virtute præſtare cognoverint, gerunt, nullo, niſi ebrietatis tempore non diſſimulant. Tunc enim ex abundantia cordis os loquitur. *So geht des hertzen boosheit zum moul ouſz.* Quia verum eſt illud, quod vulgari adagio dicitur: *Affen, frauvven, kinder, und truncken man, kein ding lang heimlich halten kan.* Hi canes non ſolum in ædibus, ſed & publico aliquando latrant, & quoſcunque mordicus arripiunt, *und mengen ſtets hundts haar yn.* De

qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quibus dictum eſt Pſalmographi; Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Venenum aſpidum ſub labiis eorum. Sed de illis nihil ad propoſitum, cum nobis duntaxat de ebriis beſtiis ſermo ſit inſtitutus.

Aliqui fiunt ebrii ut oves.

SUnt deinde alii qui fiunt vulgo *Schaafs truncken*, quales ſunt ſimpliciter quidam Idiotæ, muliebria corda habentes, qui de ſuperis & inferis nullo unquam tempore religioſius cogitant, quam cum ſunt ebrii: Ita ut nonnunquam flere etiam ſuperſtitioſa quadam pietate videantur: Et tum maxime larvas lemureſque inferorum expaveſcere, cum minime eſt opus. Neque illud animadvertunt:

O genus attonitum falſæ formidine mortis,
Quid Styga, quid tenebras, & numina vana timetis?
Materiam vatum, falſique pericula mundi.

Quoniam hi, qui in ſimplicitate cordis ſui ambulant, neque cuiquam niſi ſibi ipſis nocent, *VVann, vvarumm.* Ipſi ſunt de via Albertiſtarum, & ſubtilitates Scotizantium non intelligũt. *Das ſeind die albern ſchaaff, VVeychhertzige, vvijbiſche, mutterliche, kindiſche, forchtſame lappen, læffermeuler, ſeuvvlæffel, læffelgans, leuſmichel, Heintz lungengeſſer, Muetehu, Schudip.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quidam inebriati fiunt vituli & ſimiæ.

MUlti quoque fiunt ebrii, *als die kalber und affen*, qui paulo largius poti, ſtare loco neſciunt, ſed ſaltant, ſaliunt, ſurgunt, geſtiunt, rident, cantant, ineptiunt, garriunt: denique meræ ſimiæ ſunt & vituli. De quibus eſt illud Pſal. Circundederunt me vituli multi, & tauri pingues obſederunt me. Et illud: Multitudine pedum memorabile:

Mille boves paſcunt, vitulorum millia centum,
Muſca ſuper vitulum quemlibet una ſedet.

Et iterum ubi Scriptura dicit: *Bock, Ziege, Lam, Ferckeln, Kuh, Kalb, Lous, eilff touſent Affen*. Et paulo poſt: *Nicht vvijt vonn der hinderthur, kuſzkalbertate, Leckt ſchmant imm hunerhous*. Super quo verbo dicit *Haltlexander*, Epulum comede. C. poſteriore. §. ſi placet.

Epitaphium temulenti cuiuſdam ſtolidi & indocti adoleſcentis mortui.

O Deus omnipotens vituli miſerere Ioannis,
Quem mors præveniens non ſinit eſſe bovem.

De quibuſdam qui ſues fiunt ex hominibus, per ebrietatem.

SEd omnium maxime ridendi ſunt illi, qui ſues ex hominibus, quotieſcunque largius

gius quodammodo vino, aut cereviſiæ, vel potius cerbereviſiæ indulſerunt. Videre enim eſt quoſdam adeo huic beſtiali voluptati deditos, & miſere occupatos, ut non ſolum dies, ſed & noctes continuas inſomnes ducant: dum quaſi in acie congreſſi, mutuis ſeſe compotationibus conficiunt, perdunt & exhauriunt, *vnd vverden alſo ſchvvijns voll, ſeuvv vol*, vel ſe ipſos nonnunquam ſues appellitant: *Seuvv Klaus, Schvvijn Kuntz, Farnhans, Peter Ferckel, feiſt vvie ein Souvv.* Gaudent enim huiuſmodi probroſis cognomentis ſues iſti Epicurei, porci voluptarii, ſcrophæ, ſcotophagæ: cohortantes interim mutuo ſeſe, incitamenta quaſi ceſſantibus & deficientibus addunt, donec adhuc lingua ſuum officium poteſt peragere. Multa enim huiuſmodi audiuntur: *Mir zu, als einer kuh. Ich vvarte ſijn, als ein ſchvvijn. Halb als ein kalb. Iſt gut bier, es gilt dir, liebes thier, ein ſtubgen oder vier.* Ridentur hæc à ſapientibus, ut certe ſunt plus etiam quam ridicula: fœlicitatis tamen partem non modicā iſtiuſmodi ineptiis accedere ſibi putant. Quoque magis excidunt, eo ſibi magis blandiuntur, cantillantes interim, vel potius ſuo more grunnientes. *VVir vvollen ſchlemmen und demmen* (habent enim & ipſi fratres ſua vocabula) *biſz an den morgen fru.* Et multa huiuſmodi tam contemnenda, quam omnibus nota. Sed ridiculum non minus & hoc

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

eſt, quod poſtquam bene ebriati,(poti dicere volebam) ibi tum operæ precium eſt videre, quantum ſues ſint. Dicere pudet, ſed verum tamen eſt, & ego me vidiſſe aliquando memini, plerumque ipſa pocula ori admota, ſuborta inter bibendum eructatione & vomitu, rurſus adimpleta, tum eodem ore iterum exhauſta; quod ne ſues quidem faciunt; quamvis immundi, ſua tamen excrementa non perinde devorantes ac aliena; quod fœdiſſimi iſti lurcones plerumque factitant. Tum quidam in faciem menſæ, & appoſita nonnunquam edulia, magnas portiones, & fumantes furfures evomunt, iuxta legem: Hæc de compoſitis. §. Eructavi. Et in Pſal. Cantate canticum. *Singt uns das neuvv lied, daſz die noten ouff die erden fallen.* Reſpondet aliquis in eodem Choro: Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. Quod ſpectaculi reliquis interim ſociis, *den andern guten Souvvklauſen*, ſummæ voluptati eſt, & tantam affert lætitiam, ut quaſi glorioſe mortuo inferias celebraturi unus & alter, imo quotquot ſunt, canere ſtatim incipiant. Venite *lieben geſellen mit ſorgen, der kerl vvil uns ervvorgen, und lebt noch heute morgen*, in convivio noſtro. *Darumm ir geſellen helfft ihn klagen, und zue dem kirchhoff tragen, ouf daſz vvir nicht vertzagen*, in potatione. *VVill uns der Pfarrer nicht byſtan, ſo vvollen vvir in alſo ligen lan.* Illudemus

ei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ci. Poſt quam muſſationem chorus reliquorum mirabilium fratrum cõcorditer reſpondet: Glam glam gloriam, *die Souvv die hat ein pantzer an.* Poſtea vero ipſi, ne ſcilicet cum larvis luctantes ſuum morem interim negligant, ad pocula redeunt, cum interim ſus aut canis aliquis, quaſi ad culinam ſuorum affinium accedens: Ut habetur in arbore conſanguinitatis pecudum, & ebriorum ruſticorum, linea æquinoctiali, in ultimo gradu Zodiaci, non procul à centro terræ. *Dry mijl hinder dem Pfingſtmoontag, da die nacketen frauvven lauffen, und haben neuvve peltz an, und ſeynd mitt ſchvvijns ſpieſſen gegurt, inn der mitte by dem foul loch.* l. Narraverunt. §. Maximas portiones. *Da brent die bach, da bullen die bouren, da lieffen die hund mit ſtieſſen, da ræfften die nacketen die buſem voll ſteine, da lachten die toodten, da ſahen die blinden zue, da ſchryen die ſtummen mitt louter ſtimme: VVehr Elſz vvehr, Huy Vrſelhuy.* Autores ſunt *Vlenſpiegel, Klingſor, Pfarrer vomm Kalenberg,* &c. Sed hinc à propoſito digredior, cum interim (ut dixi) ſus aut canis aliquis accedens, dulciſſimum ſcilicet odorem ſequens, os ori iacentis ebrii applicans, *Vnd friſſt die ſchvvijns federn, vvann der Seuvvkuntz geſpeyet hat,* ſeſe in ſuo ſterquilinio involvit. *Das ijtel dreck iſz,* ut ſcribit *Volhardus Bierſchlouch,* de Vinaria, libro toto, folio uno, cap. mihi non placet.

Ich

Ich iſz nicht heut. Et in libro de monoſyllabis; *Hans ſpeck beck, geck, leck dreck*. Et ſic de aliis. Video enim iamdudum illud vobiſcum vos muſſitantes, Quorſum hæc tam putida tendunt? Eo profecto, ut iam dudum ſeveritatis iſtius Philoſophicæ pertæſos vos, iocis quibuſdam reficiam. Solent enim & ſapientes Principeſque libẽter huiuſmodi non acria ſcommata, & minime mordacem facetiam ſermonis, cum in conviviis tum in ludis publicis admittere, à qua iocoſa urbanitate qui abhorrent, hi Timones amuſi, hoc eſt, inhumani, & ab omni gratia alieni vocantur. Nec immerito. Quandoquidem adeo ſeverum eſſe, ut nunquam ne rideas quidem, id deniq; eſt beſtiam agere, non minus quam hominem exuere. Sed ita faciendum cenſent ſapientes & eruditi, ut cum Heraclito Democritum miſceamus, iociſque & ſeriis ſua tempora accommodemus. Sed iamdudum tempus & ratio inſtituti admonent, ut relictis iſtis pecoribus & beſtiis, de quibus dicebam, ad reliqua ſermonem cõvertamus: Satis enim vos ex hucuſque dictis perſpicere opinor, beſtias eſſe & beluas, quicunque beſtiali conſuetudine inebriando uſque adeo ſunt occupati, ut reliqua omnia facilius negligant. Bibere vero & exhilarari in amicorum ſympoſiis, nemo ſanæ mentis culpaverit: de qvo in ſequentibus dicere pauca quædam conſtituo. His igitur omiſſis, Corollarium

larium ſecundum concluſionis primæ po-
no.

Vinum moderate ſumptum prodeſt: Quemadmodum ebrietas multorum vitiorum fomes & cauſa eſſe recte aſſeritur. Ita vinum modice & continenter potum, ingenia & virtutes excitare dignoſcitur. Corollarium II.

PRrimam huius Corollarii partem confirmat divus Hieronym. ad Euſtachium, de Virginitate ſervanda, ſic ſcribens: Sponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno, hæc adverſus adoleſcẽtiam prima arma ſunt dæmonum: non ſic avaritia quatit, inflat ſuperbia, delectat ambitio: facile aliis caremus vitiis, ſi hic hoſtis nobis incluſus eſt. Hactenus ille. Quod apud veteres illos Romanos, meliori tum ſeculo, adeo ſancte obſervatum teſtatur Valerius Maximus, ut vini potatione matronis prorſus non liceret uti, eſſetque capitali ſentẽtia interdictũ: quoniam proximus à Libero patre incontinentiæ gradus ad inconceſſam venerem eſſe conſuevit. Vinum enim (ut Hieronym. teſtatur) voluptatis incendium eſt. Et venter mero æſtuans (ut eſt in Decretis Canonicis) cito deſpumat in libidinem. Ubi ebrietas, ibi libido dominatur & furor. Et ibidem diſtinct. 35. ſtatim poſtea ex concilio Agathenſi: Antę omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum

rum fomes eſt ac nutrix. Omnium dicit, non multorum vitiorum fomitẽ eſſe ebrietatem. Multa vero huiuſmodi teſtimonia ſcriptorum hoc in loco citare poſſem, niſi ſatis eſſe ducerem, ſummatim oſtendiſſe, fomitem & cauſam eſſe multorum vitiorum ebrietatem: non enim luxuria ſolum & libidinatio, ſed mille alia vitia ebrietatem tanquam ducem conſequuntur. Quis enim neſcit? quis non videt, tot paſſim inter ebrioſos emergentia homicidia, parricidia, ſacrilegia, ſtupra, adulteria, inceſtus, raptus, iurgia, fraudes, periuria, denique in Deum & reliquos cœlites blaſphemas ſuperſtitiones, hæreſes, contemptus ſuperiorum, rebelliones, iniurias & contumacias, animi præterea deſperationem, puſillanimitatem, ignaviam, deſidiam, ignorantiam, ſtuporem, expaveſcentiam, & id genus non parum multa? Quis enim omnia enarraverit? Videte precor boni viri, & cognoſcite filium illum perditionis. *Das verlorne ſchaaff, das mit den ſeuvven die trabern fraſz.* Quidam abſumpto & dilapidato patrimonio, quod relicta hæreditate ſatis amplum poſſidebat; fide præterea omni decocta, cum non haberet amplius unde viveret, fodere non valeret, & mendicare erubeſceret; in deſperationem verſus, latrocinia cum reliquis eiuſdem farinæ cœpit exercere: in quo vitæ genere cum multa mala perpetraſſet, captus à quodam prȩfecto, cum
ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ad ſupplicium duceretur, magna ſe iniuria affici clamabat, quod nemo eorum, quibus cum olim familiariter vixiſſet, multaſque pecunias pro ipſis expendiſſet, tot iucundis ſympoſiis, præſto ſibi tunc ultima paſſuro adeſſet, ac unico aquę hauſtu ſolaretur. Tunc unus è multitudine: Atqui, inquit, neſcis, miſer, fortunæ flatum amicos iſtos conſequi conſueviſſe, & plures eſſe felicium amicos, miſerorum prorſus nullos: ipſi vero pecuniam, non te tantopere venerabantur, quod ea te uti non poſſe animadverterant. Valebis igitur ut meritus. Quam vocem quorundam excepit riſus, quorundam vero ſequebatur commiſeratio. Digna tamen, quæ daretur prodigo nebuloni, reſponſio. Quoniam homo cum eſſet in honore, non intellexit, comparatus eſt iumentis & ſimilis factus eſt eis. Qualis ſervitus, tale præmium, qualis vita, talis mors. Iuxta Proverbium: Sicut vixit, ita morixit. Poſt ſieſſum ſourum: *VVann vvir das gelt verpraſſen, ſo ziehen vvir ouf den bettlers hage, und lauffen* cum ſacco per civitatem. Ut habetur in ſpeculo peregrinorum, titulo de mendicantibus. cap. Ego pauper ludo. §. Panem propter Deum. Et in ſacris literis: Sitientes, venite ad aquam. *Der vvijn iſt hevver nicht vvol gerahten.* Cum vero eſſet mortuus ille bonus tanti patrimonii abſumptor, tale eius tumulo fuit inſcriptum Epitaphium, quod dicitur compoſuiſſe quidam

occul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

occultus Poeta de *Elſſerſhove*, pago non procul ab Erphurdia: erat enim ſcriptum in muro luteo, cum carbonibus deſolatoriis, in hunc modum,

Hic iacet ille, qui fuit unus inter mille,
Semper mane & ſero, cum ſua pleniſſima pera,
In Pintersleben *natus*, Hans Roumtaſch *fuit vocatus.*
Omnibus fuit gratus, quia bipſit in charitatis.
Poſtea pauper factus, eſt ad patibulum tractus.
Hoc facit mihi valde va, quia nullum dedit mihi Vale,
Nec mihi hoc dixit ſua mater quando morixit.
Quicunque tranſit apud, memento flectere caput,
Dicentes humiliter tria lignea Pater noſter.

Plura dicerem, fieremque magis etiam ineptus, niſi planum iam eſſe putarem, ebrietatem omnium vitiorum eſſe fomitem. Igitur ſecundam Corollarii partem aggredior. Dum ebrietatis vituperationem recenſeo, vini uſum non abiicio. Fatendum namque, & verum eſt: vinum bibere adeo non obeſſe, ſi eſſet (ut par eſt) modus in rebus, & temperantiam pulcherrimam virtutem, in re valde periculoſa, adhiberemus. Etenim vinum malorum, quæ ex ebrietate conſequuntur, cauſa non eſt, ſed exceſſus hominum. Cum enim (ut eſt apud Lucianum in dialogis Deorum) Iuno Iovi exprobraſſet, quod filium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

filium haberet effœminatum &mollem, Bacchum ſcilicet ſignificans, qui tamen ſuo invento multorum malorum eſſet autor: Reſpondit Iupiter in hunc modum: Nihil hoc eſt quod ais: Non enim vinum hæc, neque Dionyſius facit, ſed exceſſus menſuræ potationis, citra decorum ſe habentis, ſatiando ſeſe puro vino: Qui vero modice biberit, hilarior quidem & iucundior fit. Hactenus ille. Pulchrum ſane teſtimonium, & ſufficiens, niſi plura paſſim occurrerent ad eandem rem non modice facientia. Apud Macrobium lib. Sat. 2. Euangelus, agete, inquit, antequam ſurgendum nobis ſit, vino indulgeamus. quod decreti Platonici autoritate faciemus, qui exiſtimavit fomitem quendam, & incitabulum ingenii virtutiſque, ſi mens & corpus hominis vino flagret. Quod ſenſiſſe videtur quiſquis ille fuit, qui dixit: Vinum modice ſumptum, intellectui videtur afferre acumen. Verum eſt illud Ovidii noſtri.

Vina parant animos, faciuntque coloribus aptos,
Cura fugit, multo diluiturque mero.
Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit,
Tunc dolor & cura rugaque frontis abit.
Tunc aperit mentes ævo rariſſima noſtro
Simplicitas, artes excutiente Deo.
Illic ſæpe animos iuvenum rapuere puellæ,
Et Venus in Vinis, ignis in igne fuit.

Qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Qua in re maxime quis afficitur, eam leniter & temperate potius continuo obvolvit animo, conſideratque multo tum diligentius, quomodo vel rem cupitam poſſit conſequi, vel in ſua profeſſione excellere. Id animadvertere licet in puellarum amatoribus, vulgariter *An den Metzen, Knechten, Nachtraben, Pflaſtertrettern, Krantznarren, Tantzkopffen, VVinckeltouben, Gruntzern,* quales ſunt plerique noſtrorum ſtudentum, qui ſemper vadunt in plateis ſpatiatum, de mane & de ſero, ſuper montem & ſuper longum pontem, in foro raparum, & in foro piſcium. Et etiam aliquando cum ſunt ebrii, ad octo lapides, *By der zerriſſenen frauvven, da die ehre ouf glaſern ſteltzen gehet.* Ibi enim ſunt valde pulchrum ſocius, & ſecant ſe cum *Stattknechtibus,* quod diabolus extra ſaltat. De quibus ſcriptum eſt per Prophetam, dicentem: Reges eos in virga ferrea. *Man vvirt ſie mit iiſern fleiſch gabeln heym iagen.* Et tanquam vas figuli confringes eos. *Vnd mit alten Krouthafen nach in en vverffen.* Sed iã mihi tempero, ne dum ſacram ſcripturam nimis diligenter expono, malum Theologum me eſſe oſtendam. Eundem tamen animi impetũ in Poetis & verſificatoribus quibuſdã malis oſtendã, quibus non eſt aliud inter bibendũ loquacius, aut ex Philoſophis moleſtius hominum genus. Maxime cum aliqualiter Poetis de vocabulo aliquo exoleto, aut menſura unius

unius ſyllabæ contentio ſuborta fuerit: ibi tum protinus declamant medio ſermone diſerti. Et ſua veſanus ſcripta Poeta legit. Quod & Martialis exprimit, dicens: Poſſum nil ego ſobrius: bibenti Succurrunt mihi quindecim Poetæ. Et Horatius noſter: Fœcundi calices quem non fecere diſertum? Etenim ut Senarius Proverbialis teſtatur: Non eſt Dythyrambus, aquam ſi potitet: haud adeſt hilaritas cum deeſt vinum. Quod & Horat. lib. I. Epiſt. fuſius quidem expreſſit (languet Poetarum ingenium, ni vino concaleſcat) his verbis:

Nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus, ut male ſanos
Adſcripſit Liber Satyris Fauniſque Poetas.
Vina fere dulces oluerunt mane camœnæ:
Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus:
Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda; forum putealque Libonis
Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeveris.
Hoc ſimul edixit, non ceſſavere Poetæ
Nocturno certare mero, potuve diurno.

Denique (ut arctius vela contraham) non ſolum Poetarum, ſed omnium denique hominum quicunque ratione intellectuque vigent, ingenia vinum moderate bibitum erigit, attollit, exacuit. Quamobrem etiam Perſæ (ut teſtatur Strabo libro Geographiæ 15.) de rebus maximis inter vinum conſultare olim conſueverunt, quas ipſi firmiores putabant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tabant, quam quæ in ſobrietate fuerant deliberatæ. Et hoc eſt, ut teſtatur Macrobius, quod in primo & ſecundo de legibus Plato non utile viris eſſe decernit. Nam & modicis honeſtiſque inter bibendum remiſſionibus refici integrarique animos ad inſtauranda ſobrietatis officia exiſtimavit. Atque hœc quidem ad explanationem ſecundi Corollarii ſufficere puto. Reliquum eſt, ut tertium his ſubiungam.

Quomodo & quatenus cum amicis bibendum ſit: Sympoſia & iucundas amicorum compotationes ſtultum eſt criminari, cum id etiam vetuſtiſſimis ac ſapientiſſimis viris factitatum, pulchrum ſit imitari. Corollarium III.

QUæ Græci ſympoſia, nos compotationes vocamus, quarum originem adeo vetuſtam eſſe conſtat, ut quaſi cum naſcentis origine mundi emerſiſſe videri poſſit. Quis enim neſci Lothi iſtius vetuſtiſſimi cum filiabus (ut habetur Geneſ. 16.) inceſtum concubitum, non alia ex cauſa, quam vini compotatione commiſſum? Noe pater (quem Lactantius Lib. 2. divinarum inſtitutionum, vini ſuum inveniſſe dicit) inebriatus eſt, iacuitq; nudus. Gen 6. Verum magis, introductam concumbendi conſuetudinem, ſunt qui ab Indis ad Grçcos commigraſſe & defluxiſſe tradant. Quinetiam apud alias quoque nationes

iones viguiſſe legitur. Nam ait Plin. lib. 14: Gloriam hac virtute Parthi quærunt, famam apud Græcos Alcibiades meruit. Lege autem apud Lacedæmonios & Athenienſes cautum erat, ne invicem ad ebrietatem uſque compotarent. Qua lege non interdicebatur vini uſus, aut ſimplex & ſobria compotatio, ſed tantum vitiorum mater ebrietas. Verum ne ego in præſentia in his elaborare maxime videar, quæ maxime noſtro diſconveniunt propoſito. Quippe nihil ad nos in præſenti tractatu, quis primus vel potandi vel compotandi uſum introduxerit, quandoquidem nos non in rei inventione, ſed in re ipſa, per quemcunque inventa, laboramus. Itaque ſympoſia celebrare cum amicis conveniet; compotare interdum, & iucundis quibuſdam fabulis oblectare convivium, id non eſt contra ſapientis viri profeſſionem: cum & animum reficiat, corpus excitet, ingenium acuat, amicitias contrahat, fautores conciliet, gratias & benevolentiam ſæpe multorum nobis comparet. Nam & Plato loco præallegato ſcriptum reliquit: Non diffugiendas eſſe huiuſmodi exercitationes adverſus propulſandam vini violentiam, neque illum unquam continentem prorſus aut temperantem ſatis fideliter viſum eſſe, cui vita non inter ipſa errorum pericula in mediis voluptatum illecebris explorata ſit. Nam cui libentiæ gratięque omnes conviviorum incognitæ

 ſint,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſint, quique illorum omnino expers ſit? Si enim fortaſſe ad participãdum huiuſmodi voluptates aut voluntas tulerit, aut caſus induxerit, aut neceſſitas impulerit, mox deliniri & capi, neque mentem eius atque animum conſiſtere. Congrediendum igitur & tanquam in acie quadam cum voluptariis rebus cumque iſta vini licentia cominus decertandum, ut adverſus eas non ſolum fuga & abſentia ſimus tuti, ſed à vigore, & conſtanti præſentia moderatoque uſu temperantiam continentiamque tueamur, & calefacto ſimulque refoto animo, ſi quid in eo vel frigidæ triſtitiæ, vel torpentis verecundiæ fuerit, diluamus. Hactenus Plato. Videtis autem boni viri, quam ſit amica tanti Philoſophi perſuaſio, quamque veritati conſona ſententia: ad quam ferme alludit Plutarchus, in libro, de tuenda bona valetudine, dicens: Maxime cavendam ingurgitationem, ebrietatem, immodicumque deliciarum uſum, his qui ſolenne epulum ſint celebraturi, aut qui amicos apparant convivio accipere, aut futurum eſt, ut à divite quopiam aut principe convivio ſplendido adhibeantur, expectentque commune bibendi certamen, quod recuſare non liceat, quo nimirum iam tum in tranquillitate corpus expeditum ac leve reddant, velut adverſus imminentem ventorum tempeſtatem. Siquidem perdifficile fuerit in cœtu hominum & inter invitatiunculas illorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

illorum, te ipſum inter mediocritatem ſolidamque temperantiam continere, ut non omnibus vehementer gravis ac moleſtus & onerosſus eſſe videaris. Suadet igitur Plutarchus, ut exempli Philippi Regis Macedonum, ſemper quaſi futuræ ebrietati locum relinquamus. Et profecto de vino eadem à nobis dicenda ſunt quæ de Venere dicit Euripides: contingat mihi copia tui, ſed contingat moderata, nec unquam mihi deſit. Siquidem vinum & potus eſt utiliſſimus, & pharmacum ſuaviſſimum, & obſonium quam minime noxium. Et vinum, ut Plato ſcribit, à natura quaſi remedium adverſus ſenectutis incõmoda datũ eſt, ut & reviviſcere videantur, & triſtitiæ eos capiat oblivio. Quid autem hoc in loco attinet dicere omnia, quæ ad iucundam iſtam temperanter combibendi conſuetudinem pertinent? Et quieſcam ſane, ſi hoc unum addidero.

Veteres non ſolum ad menſuram, ſed etiam ad numerum bibere conſueverunt.

VEteres non ſolum ad menſuram, ſed etiam ad numerum literarum nominum, eorum quos amabant, bibere conſueviſſe accepimus. Tot enim exhauriebant pocula, quot cuiuſque amatæ nomen literarum elementa continebat. Quod teſtatur Martialis feſtivo epigrammate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Nævia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur,
Quinque Lydas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica phalerno,
Et quia nulla venit, tu mihi ſomne veni.

Præterea ad numerum Muſarum novem ſcyphos propinare ſolebant, vel Gratiarum amore tres duntaxat. Unde in Proverbium conſuetudo abiit, Aut ter bibendum, aut novies. Quod Auſonius ſic expreſſit:

Ter bibe, vel toties ternos, ſic myſtica lex eſt.
Vel tria potanti, vel ter tria multiplicanti,

Atque ut maior eſſet compotandi licentia, Deorum etiam indignationem ſobrie viventibus minitabantur. Nam Tibullus de Libero Patre ait:

Iam venit iratus nimium, nimiumque ſeverus,
Qui timet irati numina magna, bibat.
Quales his pœnas Deus hic quantaſque minetur,
Cardineæ matris præda cruenta docet.

Igitur (ut ex Neotericis quidam non indoctus ſcribit) hæc propinandi vetus conſuetudo, qua tam abſentes, quam præſentes, ex mera amicitia & benevolentia ad bibendum quantum ſapiat, & voluntarium ſit, ſubinvitamus, non ſolum non abolenda, verum etiam tanquam humanitatis & officii plena, à quibuſcunque etiam colenda & imitanda, & pro hoſte inimicoque cenſendus, qui ſic bibere inter amicos contempſerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

rit. Neque damnandus & ille fuerit, qui modum aliquando, ſed raro, in bibendo exceſſerit, quandoquidem & medicorum conſilium eſt, quemque bis in menſe debere inebriari. Itaque quantum ad præſens ſufficit, clarum eſt & hoc corollarium. Nunc ad ſecundam concluſionem tranſeo, quæ talis eſt:

Germanis Ebrietas ab Italis obiicitur. Concluſio II.

EBrietas effuſam incontinentiam habens, modum omnem, & regulam temperantiæ egreditur. Germanis vero omnibus, non minus vere quam contumelioſe ab Italis obiicitur.

Huius concluſionis prima pars nihil habet, quod ulteriori elucidatione egeat, cum omnia quæ circa eam conſiderari poſſint, in ſuperioribus ſatis ſuperque ſint explicata. Quocirca ad quæſiti (ut vocant) partem convertendum ſermonem cenſui. Ioannes Antonius Campanus Italorum omnium ex recentioribus facile diſſertiſſimus, libro Epiſtolarum ſexto, ad Gentilem ſuum ſcribens, Germanorum luxum & gulam inter alia ſic increpat:

Nos miſeri extremos pipere incroceavimus ungues,
Iam me ſi videas, pſittacon eſſe putes.

Et ſubdit: Eſt quoque illud grave, uno prandio per fercula in cœnam decurrere,

Et Solem Lunæ longa coniungere menſa,
Et noctæ ad cœnam continuare diem.

Et iterum:

Quid de patricio ſentis? qua nare madentes
Inter Germanos vivere poſſe putas?

Sed tamen veniam quo volebam. Paulo poſt ubi ad Cardinalem Papienſem de more Germanorum ſcribit, ſic inter alia:

Tu ſortem miſerere meam, fugere repulſa
Pierides; Iſtrum, Flora Venuſque bibunt,
Arce ſedet Bacchus, ceſſit neglectus Apollo,
Nil eſt hic aliud vivere, quam bibere.

Et graviſſimus autor Cornelius Tacitus, lib. 11. hiſtoriæ Auguſtæ, de Italo Rege Cheruſcorum ſcribens, ſic loquitur: Erat primo lætus Germanis adventus, atque eo magis, quod nullis diſcordiis imbutus, pari in omnes ſtudio ageret celebrari, coli modo comitatem & temperantiam nulli inviſam, ſæpius vinolentiam ac libidinem gratam Barbaris uſurpans. Hæc ille. Ex quo cognoſcere licet, Bibendi vini aviditatem, non noviter, neque nuper Germanis noſtris influxiſſe, ſed fuiſſe etiam pervetuſtis temporibus. Quippe cum adhuc Idola colerent, Bacchum quoque inter reliqua gẽtilitatis numina venerati ſunt. Cuius rei aliqua adderem teſtimonia, niſi aliud meum eſſet propoſitum,

quam

quam Germanicas antiquitates recenſere. Conradus Celtis Poeta licet Germanus, graviter tamen ubi in vitia invehens, ſic Barbaram ſuam alloquitur:

Ebria Germano vitio ſuffuſa laboras.
Nam titubant greſſu lingua pedeſque ſuo.
Quid iuvat inſano pectus lymphare veneno,
Et male compoſito gutture verba loqui?

Quoniam in Septentrionalibus partibus, mulieres non minus quam viri inebriantur, nec admodum vitio ipſis vertitur ad menſuram plerunque cum viris perpotare. Retulit mihi nuper Heſſus noſter, qui aliquandiu vixit in iſta Septentrionali Barbarie, vidiſſe non ſemel adeo potas & temulentas fœminas, ut nihil turpitudinis non admitterent: iacuiſſeque ſæpenumero turpiter ignominioſe diobolares beſtias, plerumque etiam primarias mulierculas. De quibus Ovidium ſcripſiſſe puto:

Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo,
Digna eſt concubitus quoſlibet illa pati.

Quod ut magis credatis, narrabo vobis veram hiſtoriam.

De adulterio duorum ebriorum, vera hiſtoria.

Contigit ſemel, ut ex nocturno ſympoſio domum abeuntes, uxor cuiuſdam fabri ferrarii, ebria valde, cum quodam ex ordine literatorum ex pacto congreſſa, cum

maritus perſeveraret interim in compotationibus, in eo lecto, quo ad perpetrandum adulterium convenerant, re turpi & multa crapula deliniti, ambo iacentes inopinato obdormiſcerent. Iuxta ſermones, Dormi ſecure. *Schvveig ſtill, und leg dich, ervveck das Kind nicht.* Erat enim iuxta lectum Puer natus in *Bettelsheym.* Cum interim maritus & ipſe ebrius, accenſa candela ad lectum accedens, ambos dormientes conſpicatus, adulterum ſcilicet cum uxore pudica, *Den guten Geſellen mit der boſen Huren,* magna voce exclamavit: *VVelcher Teuffel hat dir das befohlen? VVas haſt du hie zu ſchaffen?* Cum ille: Heu, inquit, per Deum vinum, *Bey dem Fliegen Gott, vvie iſt mir geſchehen? Lieber Meiſter Affenſchvvantz* (id enim erat huic fatuo cognomentum) *ich hab es vvarlich nicht anders gevvuſt, dann ich vvere daheyme bey meinen Geſellen.* Sed ecce quid video? *VVelcher Teuffel had ſich nun zu mir gelegt? Pfuch der Schande, daſz ſich einer voll ſaufft. VVolauff zum Teuffel, vvas iſt das?* Ad quæ verba bonus ille *Affenſchvvantz* effuſiſſime ridens & verbis adulteri fidem habens: *Ia ſagt er, Ich mein ich kan euch zu Betth iagen.* Nil damni eſt: *Es ſchadt nicht.* Sed nemini dixeris viſionem hanc: *Sagt nicht daſz ihr ſeyd hie gevveſen.* Iis ille lætus & ſecurus abiit. Uxor vero poſtera die egregie diſſimulabat: virum ultro etiamo biurgans, qui ſe de crimine nunquam

ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ne cogitato quidem auderet inſimulare: e-
greſſa enim foras flevit amare: *Sie vveynet*
heyſſe zaher, ſicut nix, grando, & ſpiritus
procellarum, volens eo velut peculiari mu-
lieribus armario innocentiam ſuam confir-
mare. *Meiſter Affenſchvvantz* vero non di-
dicit illud: Neve puellarum lachrymis mo-
veare, caveto, Ut flerent, oculos erudiere
ſuos. Concordat vulgare noſtrum: *Hundt*
hincken, Frauvven vveynen, Kramer ſchvve-
ren, Da ſoll ſich kein vveiſer Mann an kehren.

Alia hiſtoria de duobus ſtudentibus, qui hoſpitem cum uxore & filia inebriarunt.

NOn multum diſſimile eſt aliud. Fuerunt
Erfurdiæ duo ſtudentes, qui cum in
oppido quodam, quod erat in partibus Fran-
coniæ, ad hoſpitem non publicum, ſed pri-
vatum eis notum, noctu divertiſſent, habe-
retque idem hoſpes uxorem & filias formo-
ſas, alter ad adulterum: utinam, inquit, eas
vino replere poſſemus, quis ſcit, ſi con-
vertantur & admittant. Quod hactenus
pro voluntate eis ceſſit: iamque hoſpes
cum uxore & filia, & ipſi duo ſtudentes ma-
didi, in eodem cubiculo, in quo tres duntaxat
erant lecti, recipiuntur. Apparebant enim
ingenui & morati iuvenes. Impleverũt nam-
que undecim libros Ethicorum Erphurdiæ
apud S. Gothardum, *Auff dem Schiltgen*, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

poſteriorum Scoti, & Phyſicorum, *auff dem Sperlings Berg.* Noctu igitur ſurgens alter, qui iuvenculam amabat, leniter eius lectulum (ſola namque iacebat) accedens, eamque conſolari volens, nullo diſcrimine facile eſt admiſſus. Interim neſcio quid ſtrepitus in domo audiens uxor ebria, ab ebrio marito conſurgens, cupiebat videre quid eſſet: cum interim alter quia adhuc ſolus dormiebat, invento dolo, cunas in quibus infans apud maritalem thalamum erat repoſitus, ad ſuum lectum trahens, ipſa redeunte cœpit movere cunas infantis: quod ipſa audiens, ſtrepitum cunarum ſecuta, lectum adulteri ſponte conſcendit, putans illic eſſe ſuum maritum ubi cunas inveniſſet. Ille vero diſſimulans, dedolavit uxorem alienam egregie & multis vicibus. Illa inſolitam viri potentiam admirata, inquit: *Ey ia mein lieber Mann, vvie ſeyd ihr heind ſo geil vvorden?* Ille nihil, prę-ter tace, reſpondens, ne vocis indicio proderetur, ſæpius à principio rem petiit. Luce vero appropinquante, ſurgens ille qui filiam ſtupraverat, ad lectum mariti pervenit, quoniam ſonus eum cunarũ, quarum indicio ipſe maritalem lectum cognoverat, ad ſeſe traxerat. Cum vero hoſpitem ſuum ſocium eſſe credens, gloriatur cum hoſpitis filia ſe concubuiſſe, hoſpes iam ſobrius factus dolum ſentiens uxorem vocat, quæ itidem ſe apud adulterum eſſe cognoſcens, errorẽ confeſſa,

filiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

filiam de ſtupro non increpavit, maritoque perſuaſit, ne domeſticam maculam propalaret: eius enim id omne culpa accidiſſe clamitabat, &c. Ita fit nonnunquam, ut quod ſobrii, ne cogitamus quidem, ebrii facile admittamus. Multa ſunt alia multorum aurorum huius rei teſtimonia. Sed paucis recenſitis contentos vos eſſe credo, quod non ſolum ineptias audire, ſed modum rebus addere didiceritis. Idcirco pono Corollarium primum.

Germani rebus Bellicis & omni virtutum genere Italis ſunt nobiliores. Corollarium I.

LIcet Itali ſingulari quodam continentiæ titulo ſe iactitent, Germanis tamen nullius virtutis gloria præfulgent. Deridentur ab Italis Germani (ut audio) ſi quando apud eos exiſtentes paulo intemperãtius poti fuerint, tanquam monſtruum ſit, videri hominem vini potentia vel deceptum vel abuſum: Cum ipſi pro monſtris non habeant graviſſima quæque & enormia vitia, quorum ne nomina quidem ad nos, vel certe ad maiores noſtros, pervenerunt. teſte Quintiliano. qui in declamationibus: Nihil, inquit, tale novere Germani, & ſanctius vivitur ad Oceanum. De quibus autem vitiis loquatur, omitto dicere. Natura comparatum eſſe teſtatur Herodotus libro 9, ut è mollibus regio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

nibus molles viri exiſtant: neve ex eadem terra admirandæ fruges & egregii bello viri gignantur. Strabo, libro 3. Geographiæ, ſic ait: Id quod eſt in felici regione, pacificum omne eſt, & quod in triſti, pugnax ac virile. Cæſar in commentariis Suevorum inquit: Eſt gens longe maxima & bellicoſiſſima Germanorum omnium. Conſtat vero, Suevos & Heſſos & Suiceros ſteriles habitare terras, & ob id bellatores eſſe acerrimos. Cornelius Tacitus, de ſitu moribuſque Germanorum, ſcribit: Literarum ſecreta viri pariter & fœminæ ignorant. Atqui noſtra ætate vel pueri ac ſimplices puellæ doctius legunt & canunt, tum ſacra, tum prophana, quam prima ætas Italorum, adeo commutati ſunt mores antiqui: atque utinam literaturam non ab Italis acceperint noſtrates populi, luxum Saxonicum, Bavaricam intemperantiam, Francorum inſolentiam, Heſſorum ferocitatem, Thuringorum ignaviam & inhoſpitalitatem, Miſnenſium ſuperbiam, Pomeranorum & Sleſitarum inurbanitatem, Bohemorum, Weſtvalorum, Friſonum & Pruthenorum mobilitatem & perfidiam, Rheni & Danubii quæſtuarias artes & vafricias, atque id genus præſtigiarum offuciarumque tædia. Sed alia conſulto prætereo, de quorum aliquo exclamat Celtis Poeta, natus in media Germania:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quam vereor ſerpat noſtras hic morbus in oras.
Quandoquidem luxus nos tenet Italicus.

Et in alio Carmine ſic idem Poeta:

Non ſolum noſtros Germanos Bacche fatigas,
Hiſpanos, Gallos, en Italoſque tenes,
Vtque ſtetit quondã Latia ille Tricongius aula,
Sic hodie Italicis ebria turba plagis:
Quamvis nos turpi Germanos ſcommate lædãt,
Ebria Teutonicum pectora habere ſolum.

Taceo mille fraudum impoſturarumque genera, mille nocendi artes, milli libidinum plus quam beſtialium artificia. Atque his ſeſe nobis præferunt, & digniores putant ipſi, qui etiam ſobrii non verentur facere, quæ Germani ne ebrii quidem ulla neceſſitate admittimus. Rebus vero bellicis, quanto clarior ſit noſtra Germania, id multis eorum cladibus probatum eſt, & argumento eſſe poteſt, quod nos Imperium, quod ipſi molliter defluentes retinere non poterant, abſtulimus: iamque ad ſeptingentos annos potenter & glorioſe retinemus. De fide & integritate quid, precor, attinet dicere? cum probatum etiam Romanorum ſcriptorum teſtimoniis, nullam gentem fide Germanis antecellere. Et tamen ipſi nobis ebrietatem obiiciunt: merito quidem, ſi non & ipſi maioribus implicarentur vitiorum ſentinis. Sed iam iſta negligo, ſecundum ſcilicet corollarium deducturus, quod eſt huiuſmodi.

De ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

De ſeptentrionalibus Germanis, qui cerevisia maxime utuntur. Corollarium II.

MAgis tamen deteſtanda eſt eorum conſuetudo, qui verſus Septentrionalem plagam Germaniæ fines inhabitant. Non vino (quo niſi importato carent) ſed pernicioſo potu, quem cerevisiam vocant, abſque ullo temperamento ingurgitant. Germaniam olim fuiſſe tam agris quam urbibus incultam & deſertam, Cornelius Tacitus eſt autor. Quod ſi idem ſcriptor ab Elyſio parumper revocatus, Alpes tranſgreſſus, ab Atheſi fluvio, per Oenum, Danubium, & utramque Rheni ripam, uſque ad Albim progrederetur, diceret profecto, longe eſſe aliam, quam ipſe olim deſcripſerit. Non enim modo urbibus, arcibus, villis, pagis ornatiſſimam, ſed etiam frugum omnis generis, tum metallorum & optimi vini feraciſſimam offenderet, in eo quem dixi progreſſu. Quod ſi Albim quoque ſuperius (cuius utramque ripam Germani quoque poſſidemus) ad Rigam uſque potentiſſimam opulentiſſimamque Livoniæ urbem (quæ & tota noſtræ eſt ditionis) procederet, fateretur, eam quidem littoralem Germaniæ oram, & clariſſimarum urbium aſpectu longe magis illuſtrem & admirandam, licet vini non adeo propter cœli inclementiam feracem. Igitur tota iſta maritima Germaniæ pars longe lateque

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

que Oceani Germanici littoribus & immenſis in ſinum flexibus excurrens, vino prorſus caret, niſi à negociatoribus importetur: id autem duntaxat in civitatibus maritimis, magno conſtat precio. Mos eſt igitur earum regionum cereviſiam (quod genus potionis Diodorus Zythum appellat) coquere, qua paſſim, multo etiam peius quam ſuperiores Germani vino, inebriantur: quam (ut omnibus vobis notum eſt) ex hordeo, tritico, aut etiam ſiligine adiuncta, ſuper lupulo & aqua concoquunt. Portentoſum ſane potionis genus, tanquam non ad alium uſum natura parens humano generi fruges dediſſe videatur. Exclamat Plin. lib. 4. cap. ult. Hei mira vitiorum ſolertia inventum eſt, quemadmodum aqua quoque inebriaret. Fit autem hic potus modis pluribus, nominibuſque item & item aliis, ratione tamen eadem ubique RETULIT mihi nuper amicus quidam mihi valde familiaris, quique & bonam iſtius maritimæ Germaniæ partem perluſtraverat, morem eſſe in Livonia, quoties præter quotidianum conviviorum uſum curiales iſti aulici, leves & perverſi homines, (quorum ibi propter Teutonicam militiam magna copia) cum aliis quoque & quocunque loco conveniant, ibi tum conſidere longo ordine per ſedilia quaſi in hemicyclo, afferrique mox poculum unum ingentis magnitudinis; idque cereviſia plenum in manu

tenens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tenens, qui in conceſſu primus eſt, ad ſequentem converſus, inquit: *Es gilt mÿn leve Stallbroer:* reſpondet ille: *Sup mÿn leve Stallboer, ick vvilt gern hebben.* Quod ſi ita reſpondens, poſtea tergiverſari voluerit, ab illo eodem mox ſtricto pugione (quos in eum uſum gerunt) plerumque etiam impune confoditur: tanta eſt vitiorum apud eos homines reverētia, ut fidem in re turpi violatam puniant. Itaque (ut ad propoſitum redeam) eum ordinem uſque ad ultimum continuantes, à primo iterum atque iterum tum ſæpe repetitò ordine incipiunt: fierique eo modo aiunt, ut plerique fidem fallere non volentes, plus etiam quam eorum natura ſufferre queat haurientes, animam inter pocula evomant, efferrique ſæpe mortuos. Reliquos vero non minus ſuum ordinem uſque ad unum continuare, gloriarique ſuper mortui cadavere, non ſecus ac ſi egregium aliquod facinus peregerint. Ex Livonia digreſſo in Pruſſiam, occurrit mitior quidem, & multo humanior populus, ad conviviorum tamen luxum & poculorum viciſſitudinem, multo quam dicere poſſim, propenſior. Apud eum populum Dantiſcum, civitas maritima dives, Emporium, populorum multitudine, externarum rerum importatione, negotiatorum frequentia, urbis & loci amœnitate, ſituque & civium mira humanitate, præter alias eius regionis civitates maxime commendatur. Sed

unum

inum oblitus ſum: neque enim ego urbem commendare volui, ſed cereviſiam, quæ ibi coquitur optima, totius (ut aiunt) Germaniæ. Mos eſt, non ſolum eius civitatis, ſed totius iſtius maritimi tractus ad Lubecam uſque ac Hamburgum, (ubi non minus optima fit cereviſia, ſed ex tritico, non, ut apud Dantiſcum, ex hordeo) convivia ſubterraneis cryptis celebrare, ac die noctuquè poculis ſeſe invicem urgere, non ſolum viris, ſed & fœminis etiam. Sed quid hæc referam? dolor eſt meminiſſe bonorum. Sed pro me melius vobis Celtis noſter ſatisfaciet, qui interfuit tantis delitiis: ſic enim inquit:

Eſt mos Arctoo quo ſe Germania claudit
Æquore, quo rigidum temperat aura gelu,
Sub terra effoſſis facimus convivia cellis,
Quis lardum crudum, farſaq; cruda damus:
Cum ſtrumulo cæſo, butyroq; in pyxide ſalſo,
Et Bacchum, & Cereris pocula aquoſa damus.
Phœbus Rogidas globus ut ſe condit in undas,
Noxque ſuos oculos protulit ignivomos:
Cumque proceſſerunt ſtellata ſydera mundi,
Effulſitque ſuo iam Cynoſura polo:
Mox noctem ludu, Baccho Cereriſque liquore
Ducimus, æquali & pocula lance volant.

Et paulo poſt:

Iamque fuit ventum ſub ſubterranea caſtra,
Quæ Ceres & Bacchus, Cypris & alma tenent.

Elyſiis

Elyſiis poſitum campis me forte putabam,
Atque locis quibus in turba ſepulta ſedet:
Tam varios video luſus, & ludicra verba,
Oſcula & amplexus, quicquid & audet amans.
Iamque ego non noctes tenebroſas ire putabam,
Sed qui vernali ridet in axe dies.
Gaudet amor tenebris, volat & ſub nocte Cupido,
Noxque placet Veneri Baccheq; blande tibi.

Super hoc quadam facetia.

MOris autem eſt, ut cucullatæ in iſtas cavernas, tam fœminæ quam viri ingrediantur, ne paſſim & à plebeia multitudine agnoſcantur. Ingreſſi vero omne velamentum abiiciunt. Ibi tum in mediis voluptatibus compotante, iure ſcilicet naturali: *Nach der alten VVeiſz.* Secundum legem, Tu quoque fac ſimile. Et ſecundum medicos, ut dicit Harpocrates, de commixtione complexionum: Recipe piperis longi manipulum unum, uncias duas pillularum Cochiarum, *ungekochte Fledermauſz, Rips raps, Stubenrauch, Himmelblavv.ij.Donner* ex grillorum adhuc ſemel, *Senff, Meerrettich, Guty,* ex eodem, *Schornſteinfegen,* Diagredion, Diateſſaron, *ein Hinder-Viertel von einer Viehemagd im groſſen Spital:* miſce ſimul, & contere in mortario: repetatur mane & ſero, media nocte & in omni tempore. Et in ſacris literis: Oſcule-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Oſculetur me oſculo oris ſui. Cant. I. Læva
eius ſub capite meo, & dextera eius ample-
xabitur me. Textus intelligendus eſt, ut ver-
ba ſonant, ſecundum *Lollhardum Rubſchnit-*
zel de Filtzbach in ſua authentica, cap. Non
ſic formantur. §. Groſſitudo, ubi filcitaſti. Et
ſecundum Logicos, plura prædicantur de
eodem ſubiecto, alternatim, & ſubalterna-
tim, ſecundum ſub & ſupra, in recta linea
prædicata prædicamentali, in ſupppoſitione
perſonali, & in materia mixta. Alexander
vero, Dei patientia Rex provinciæ Barba-
rorum, ſic dicit in ſuis conſtitutionibus: Eſt
communis homo pariter cum virgine latro.
Ubi dicit gloſ. notab. Sciendum, quod hic
autor ponit unum pulchrum notabile de
communitate perſonarum. Et hæc eſt ſenten-
tia recte teutonizata. Latro *der Pfaffenknecht*,
cum virgine, *mit der kœchin*, eſt communis
homo, *iſt ein recht Par zuſammen*, pariter, *an*
allen orten. Et ſcilicet intellige implicite in
ſtabulo, in cellario, in coquina, in camera,
quando ſcilicet lectum faciunt. Sed iam tem-
pus eſt, tertium huic concluſioni addere
Corollarium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

De diverſis cereviſiæ nominibus. Corollarium III.

CUm igitur verſus Septentrionem maior ſit cereviſiæ quam vini affluentia, diverſa eadem res ſortitur nomina, ſecundum diverſitatem qualitatum ſibi congruentia. Probatum eſt ſuperiori Corollario, maiorem eſſe cereviſiæ quam vini copiam apud Septẽtrionales populos: hoc eſt, partim in Sarmatia, cuius partes ſunt Polonia, Ruſſia, Lituania, Livonia, Mazovia, Pruſſia: partim in ulteriori citeriorique Saxonia, cuius partes ſunt Pomerania, Rugia, Ducatus Stetinenſis, Marchia ſuperior & inferior: & vera illa nobiliſſimorum Ducum & Imperator. parens antiqua Saxonia, quæ longe lateque patens maximam oram maritimæ partis occupat. In quibus regionibus (ut dixi) vinum non naſcitur, bibitur autem nihilominus importatum optimum: ſed prædominatur cereviſia, craſſus ille & humano corpori noxius humor, quem (ut credere par eſt) dæmon aliquis malus excogitavit, in hominum perniciem, ut eo non ſecus ac veneno quodam peſtifero pleraque clariſſima ingenia extinguerentur. Non tamen perinde atque omnino improbatur res, ſi modus (quod & de vino dixi) adhiberetur. Sed optima illa virtus temperantia, quam & in brutis plerunque agnoſcimus, ad nos non venit: Etenim ut recte dicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

dicit Celtis noſter, quem hiſce de rebus libenter ſæpe allego,

Taurus habet certas potandi tempore leges,
Sic equus, & liquidus quam vehit aer avis,
Sed nos divina qui cum ratione vigemus
Cur Venus & Bacchus nocte dieq; tenent?

Nos vero non contenti rebus ipſis turpiter abuti, nominibus quoque luxuriamus, tanquam parum ſit rem turpem agere, niſi nomen quoque turpitudinis adiiciatur. Quamvis fortaſſe turpe non ſit, rem ſuo vocabulo exprimere, alienas tamen à re ipſa voces fingimus, ut ſcilicet ſemper quidem cereviſiam bibentes, videamur tamen diverſa velut genera diverſis nominibus explicare. Quamvis ridicula potius quam cenſoria nota dignum, quod Erphordienſes (ut à nobis incipiam) ſuam illam pinguem & craſſam cereviſiam, peculiari vocabulo *Schluntz* appellitant, nomine ſcilicet plane barbaro, & hoc ideo, quod ne Barbari quidem intelligunt: puto, eo myſterio, quod eandem avidius potantes, omnino non intelligibiles, inſenſati, ne dicam irrationales atque indeclinabiles in quamcunque partem moveantur. Qua in re quid opus eſt teſtimonio? res notior eſt, quam ut oporteat teſtes producere. De Cereviſia Erphurdienſi tale extat Epigramma:

Ah pereat craſſam præſtat quicunque ſodali
Schluntz Reydgern: *nunquam vina meraca bibat.*

Lipſen-

Lipſenſium vero cereviſiam ſtudentes vocant Raſtrum, metaphora puto ſumpta ab agricolis, quod quemadmodnm hi raſtris & ſarculis & ligonibus omnem agri duritiem vertunt & emolliunt ita Lipſenſium cereviſia velut raſtrum, inteſtina omnia ſua acetoſitate lædit, movet & corrumpit. Eſt autem triplex, de quo talis eſt verſus:

Ein topff Scherpentum, zvveen Raſtrum, ſpanque Coventum.

Nihilominus tamen in tam nobili oppido externæ quoque habentur cereviſiæ. Ut ſunt Einbecenſis, quæ apud nos eſt optima. Neuburgẽſis, quę oculos lędit. Turgavienſis. Belgeranenſis, de qua Proverbium eſt: Belgerana, eſt omnibus ſana. Wurizellenſis. Friburgenſis. & reliquæ id genus. Præterea quis non novit Saxonicas quoque cereviſias diverſis appellari nominibus? *Filtz* ſcilicet Magdeburgenſis. *Mommom*, ſive Mommum Brunſvvigenſe. *Gauſe*. Goſlarienſis. Sed præſtat alia prætreire ſilentio, ne de re nihili aliquid facere velle videar, cum ſint tot pene cereviſiarum, quot civitatum & oppidorum nomina. In quibus & talia quandoque audivi ridicula: *Quitzſchart*, *Kuhſchvvantz*, *Kalberzagel*, *Buffel*. Apud Francofordianos ad ripam Oderę: *Staffeling*, *Beydervvann*, *Schlipſchlap*, *Fitſcherling*, *Stampff in die aſchen*, *Stortz den Kerl*, *Batzmann*, *Hotenbach*, *Gluckelhan*, *Sperpype*, *Horlemotſch*, *Stroheingen*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

gen, Baſtart, Rutetop, Hellſchepoſt, Lorch, ltax, Salat, Sterckepertzel, Fertzer, Rolings Bier, Raſeman, Alt Clauſz, Korvinck, Kreſſen, Mortportner, Reyſſerkopff, Fidelia, Lotenaſe, Hartenacke, Brey pot, Muckenſenff. Et multa talia. quæ quis numerabit? Nomina, per Deum muſcarum, quamvis plane ridicula, tamen bibonibus & birolatronibus iſtis adeo amabilia, adeo auditu iucunda, ut quoties talium quippiam nominetur, meras Sirenas ſeſe audire putent, & iam tum ad ipſas voces ſitiant. Verum ut aliquando finem ineptiendi faciam, concluſionem tertiam & ultimam huius quæſtionis reſponſivam ſic pono.

Ebrietatem omnibus ſtatibus eſſe fugiendam. Concluſio III.

EBrietas avaritia peius vitium: iuventuti pernicioſa, ſenectuti exitialis, ſacerdotibus turpiſſima cenſenda, & rempublicam gubernantibus prorſus evitanda. Ita literarum ſtudioſis, tanquam ingenii peſtis, memoriæ mors, eſt fugienda. Non putabam neceſſarium, ut omnia quæ in capite quæſtionis poſita ſunt, in hac ultima concluſione repeterem. Quandoquidem de his in ſuperioribus concluſionibus & corollariis ſatis dictum eſt, & hic velut epilogo quodam dicetur, quod in præcedentibus non ubique ad verbum eſt expreſſum. Itaque ad probandam primam huius concluſionis partem, reſumo

ſumo verba divi Hieronymi ſuperius etiam Corollario ſecundo primæ couclusionis à me poſita: Illa, ſcilicet ſponſa Chriſti, vinum fugiat pro veneno: hæc adverſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonum: non ſic avaritia quatit, inflat ſuperbia. & quæ ſequuntur. Non ſic inflat ſuperbia dicit, quemadmodum ſcilicet vinum immodice ſumptum pervertit omnem vitæ ordinem, & inſtruit ad alia vitia viamque turpitudini aperit. In quam ſententiam multa quidem loco præmemorato dicta, hic repetantur: nos ad alia feſtinamus.

Iuventuti pernitioſam & magis quam rem Veneream obeſſe ebrietatem.

IUventuti nihil eſt ebrietate pernicioſius, quando quidem ipſa ſe ſola non contenta, ſemper ad peiora declinat & trahit occupatum vino & illecebris captum animum. Videmus multos ætate florentes, formoſos & amabiliſſimi coloris exiſtentes, mox ubi continentiæ fines egreſſi, vitiiſque parumper aſſuefacti, ebrietatis cōſuetudinem induunt, defluere, emacreſcere, elanguere, florem illum ætatis, & animi vigorem, amittere. Quid adhuc egemus teſtibus? Conſiderate ſi vultis quoſdam in hoc auditorio, non annis graves, non temporum ſerie rugoſos, non inedia pallidos, non febre macilentos, ſed vino & cereviſia ſupra modum pota, ſenes, languidos, tremulos. Nulla maior peſtis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tis repſit unquam in noſtram Germaniam: acile erat tolerare tyrannos, cædes, latrocinia: iſtis occurrere, & remedia cum tempore invenire potuimus. Hanc curare luem nulla medela poteſt. Hunc hoſtem in noſtris inibus adeo ſuperbe graſſantem, vincere aut prohibere nullo modo poſſumus. Quomodo planxit robur & virtus omnis militiæ! Quomodo converſa eſt in luxum frugalitas noſtra! Quomodo degeneramus à patribus noſtris! Maiores noſtri ſanguine & ſudore ſuo pepererunt nobis principes terrarum, imperium. Quomodo nos laborem patrum noſtrorum defendimus? quomodo deripi permittimus? Aquilæ ad gruem redierunt, dixit Campanus, cum vidiſſet magis in compotationibus & ebrietatibus, quam conſilio & ſapientia verſari diætas Germanorum, quarum ipſe maximæ Ratiſponenſi interfuit. Hannibal ad Capuam, cum vincere Romanos, & imperium Europæ in Aphricam transferre potuiſſet, luxuria & delitiis defluens, victus & fugatus eſt. Alexander Magnus non ſolum nobiliſſimum Perſarum regiam in ebrietate incendit, ſed & Clitum, & multos alios amicorum interfecit, omnemque Perſicarũ victoriarum gloriam ebrietatis vitio, velut nebula quadam ſolem clariſſimum, obfuſcavit. Tyberius, Nero, Heliogabalus, Commodus, Domitianus, & plerique alii Romanorum Imperatores, perdi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

tiſſimis vitæ exemplis, rempublicam ſæpe afflixerunt. Nos, quod ex tanto imperio relictum, & maiorum noſtrorum virtute ad nos delatum eſt, etiam ægre nobis retinemus, ad vitia magis quam ad virtutes ingenioſi. Quid enim iſto novitio noſtro invento, ſcilicet tormenti illius quod bombardam vocamus, excogitari potuit vel ingenioſius, vel pernicioſius? quo velut vitiorum propugnaculo utimur, dum in urbibus, muro, & aggeribus cinctis, eo hoſtem arcemus, ne voluptariã & quietam vitã impediat. Ad hoſtes vero egreſſi, eo viam per agmina & muros facimus, ut liceat ſine conflictu quam maxima nonnunquam bella conficere, ne ſcilicet corpora ad voluptatem & delicias nata, temere periculis obiiciamus. At non ſic maiores noſtri, qui etiam (ut eſt apud Tacitum) civitates munitas aliquando dicuntur aperuiſſe, muroſque deieciſſe, ne eſſent ſine metu hoſtium, & murorum potius, quam ſuæ fortitudini confidentes, bellicam virtutem amitterẽt. Sed ne declamare videar, hinc ex tranſcurſu revertor ad propoſitum. Rem veneream, tametſi omni ætati turpis eſt, & pernicioſiſſima, non tamen perinde ac ebrietatem in adoleſcente damnaverim. Ea enim plerunque ſe ſola contenta, reliqua excludit vitia: adeoque ſecum occupata, ſemper ſuis ludibriis ita eſt intenta, ut de reliquis nihil cogitet: Amor enim ille, qui nonnunquam

iuveni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

iuveniles animos invadere, etiam incautos, ſolet, non adeo præcipitat ætatem, & vitæ regulam, ſed potius inſtruit, informat, mores docet, componit ſeſe ad benevolentiam, qui amat, ut fiat armabilis. Videte Cimonem Boccatii, qui ex fatuo ſapiens, ex rudi doctus, ex ruſtico urbanus, ex agreſti civilis, ſolo amoris beneficio factus eſt. Non placet autem circa hanc rem laudandam conſiſtere, quod ſuapte natura iuvenum ingenia ad eam ferantur.

Turpiſſimam eſſe in Sacerdote ebrietatem.

QUam turpis Sacerdotibus ſit ebrietas, divus Hieronymus aperte docet, ut habetur in Decretis Canonicis, diſti. 35. his verbis: Eccleſiæ principes, qui delitiis affluunt, & inter epulas atque laſcivias, pudicitiam ſervare ſe credunt, Propheticus ſermo deſcribit, quod eiiciendi ſint de ſpatioſis domibus latiſque conviviis, & multo labore epulis conquiſitis. Et ſi vis ſcire quo eiiciendi ſint propter malas cogitationes & opera ſua, Euangelium lege: In tenebras ſcilicet exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. An non confuſio & ignominia eſt, Ieſum crucifixum, pauperem & eſurientem, fartis prædicare corporibus, & ieiuniorũ doctrinam rubentes buccas tumentiaque ora proferre? Vinolentiam Sacerdotum Apoſtolus ad Corinth. ſcribens damnat capit. 5. his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

verbis: Nolite, inquit, inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu ſancto, loquẽtes vobiſmet ipſis in Pſalmis. Hinc Dominus in veteri Teſtamento, ut habetur Levit. 10, Aaroni locutus in hunc modum: Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis, tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonii, ne moriamini. Et Num. 6. capite habetur eadem ſententia, multisq; aliis in locis ſacrarũ literarum, tum etiam multo plura in ſacris Canonibus, diſt. 44. per totum. Quæ ne cuncta diligentius, quam meam profeſſionem decet, rimari videar, audite quæſo Tibullum Poetam, dicentem:

Caſta placent ſuperis: pura cum veſte venite,
Et manibus puris ſumite fontis aquam.
Vos quoque abeſſe procul iubeo: diſcedat ab aris,
Cui tulit obſcura gaudia nocte Venus.

Communicavit mihi nuper quoque Eobanus Heſſus noſter verſus, quos in eandem ſententiam luſiſſe ſe aiebat, his verbis:

Ah ſcelus eſt, ſatianda cibo potuque Deorum
Immodice potu polluere ora mero.
Ebria Chriſtophagi vitent convivia myſtæ:
Sancta prophanatas non amat ara manus.
Sit procul omne nephas venerandi à limine templi
Pollutum: ſacras lex iacet ante fores.
Pura Deo caſtus perſolvat liba Sacerdos,
Cui neque ſit Bacchus nec mala nota Venus.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

De huiuſmodi quoque ebrioſis Sacerdotibus non ineleganter ſcripſiſſe mihi videtur Euricius Cordus in Bucol. ludicro ſic:

Non ego qui ſancta ſe religione gubernant
Denigro, ſed pravam quorundam mordeo vitam,
Qui veteris potius famuli eſſe videntur Iacchi,
Qui tanquam ſicca fuerint à Dypſade morſi,
Omnigena in vaſtam demergunt vina Charybdim,
Continuaque iacent madidi ebrietate Sileni.

Huc etiam pertinet illud Eſaiæ 5. cap. ſcriptum: Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam, ut vino æſtuetis. cithara & lyra & tympanum, & tibia, & vinum, in conviviis veſtris, & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Et ſtatim ſubdit: Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Sed neſcio an & illud noſtri Celtis in hanc rem conveniat. Sed convenit. Addam igitur:

Nulla Sacerdotum luxu nunc caſta puella eſt.
Cauſſaque criminibus ſunt ſacra templa malis,
Nam plures totum non congrederentur in annum,
Quã queis colloquiũ dat modo ſacra domus.
Heic tractant fœdas mala gens ſermone loquelas
Ceu ſolet in medio turba prophana foro. &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Sed quod nunc inſtat agamus, ne veritatis patrocinio invidiam mihi comparem eorum, quibus eſt veritate nihil magis invìſum: hinc igitur ex templis ad forum venio.

Cavendam ebrietatem gerentibus Rempublicam.

REmpublicam adminiſtrantibus, ebrietas præcipue fugienda eſt, non ſecus ac rerum gerendarum impedimentum potentiſſimum. Non enim admittendi ſunt, iuxta Plat. dictum, in reip. adminiſtrationem, quicunque eluvioni & voluptatibus deditam vitam agunt: quod hi tum ad cõſulendum, tum ad res gerendas ſunt maxime inepti. Vinum enim immodice ſumptum, gravat & obruit omnes vires ingenii. Et ut Campa. inquit in lib. de regendo magiſtratu, corpus enervat: fluctuat animus voluptatũ cupiditatibus incenſus, explendarumque libidinum, quarum origo eſt omnis à ventre, & peſtifera civitati. Dignitate enim abiecta & contempta republ., unius principis intẽperantia tota in licentiam luxumque diſſolvitur. Præclare igitur & Solon Athenienſis legem tulit, quæ iubebat temulentum principem morte eſſe mulctandum, cum ſatius ſit unum hominem in repub. perire, quam in uno viro fœdari rempubl. Et ne dicere nimis multa in eam ſententiam videar, vela contraham, atque de his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

de his dicam, quæ magis ad noſtrum inſtitutum pertinent.

Literarum ſtudioſis ebrietatem tanquam hoſtem præcipuum eſſe fugiendam.

Literarum ſtudioſi paſſim hoc tempore conmuni ebrietatis vitio laborant, quo malo equidem non video quid bonis ingeniis ſit periculoſius, cum eo non ſolum corporis vires, ſed ingenii vivacitas, animique vigor omnis extinguatur, & non ſecus ac cicuta contactus animus infrigeſcat, fiatque multo quam natura fuerat remiſſior. Marſil. Ficin. inter quinque ſtudioſorum hoſtes ſecundo loco non ſolum vini, ſed & cibi ſatietatem enumerat, his quidem uſus verbis: Quippe ſi vinum vel nimium vel nimis calidum vehemenſque fuerit, caput ipſum humoribus peſſimiſque fumis implebis. Mitto quod inſanos facit ebrietas. Cibus vero nimius, primo quidem ad ſtomachum in ipſo coquendo, omnem naturæ vim revocat, quo fit, ut capiti ſimul ſpeculationique intendere nequeat. Deinde inepte coctus, multis & craſſis vaporibus humoribuſque mentis aciem obtundit: quin etiam ſi ſatis coquatur, tum (ut Galenus ait) animus adipe & ſanguine ſuffocatus, cœleſte aliquid pervidere non poteſt. Quæ cum ita ſint, ut certe ſunt, fugiendam cuilibet ſtudioſo non ſolum vini, ſed & cibi intemperantiam, quis non

non videt? Probandaque eſt laudabilis illa maiorum noſtrorum inſtitutio, qui iuxta rectam continentiæ regulam ſanxiſſe videntur ut ſimplici potu & cibo viverent quicunque in hac Erphurdienſium Academia literarũ agere militiam conſtituiſſent. De qua re cum ſint pene infinita, quæ dici poſſent, ſponte mihi tempero. Ad finem deſcendo, ſi prius hoc velut Corollarium adiecero.

Pejorem eſſe in ſacerdote ebrietatem avaritia. Corollarium I.

IN Sacerdote vero tametſi frequens ebrietas res eſt turpiſſima: avaritia tamen, quod ad æternam beatitudinem conſequendam, eſt longe peſſima. Dixi, ebrietatẽ cum omni ſtatui, tum maxime in ſacris ordinibus conſtitutis, fugiendam. Reſtant dicenda pauca quædam de inſatiabili quorundam avaritia. Quo vitio paſſim hoc tempore multos in omni vitæ genere admodum infeliciter videmus occupari, maxime tamen in illis, qui ſacris altaribus miniſtrant, id vitii deteſtandum videtur, cum eo magis à peccatis ipſi abeſſe debeant, quo ſunt virtutibus & religioni per ſacerdotalis vitæ profeſſionem proximiores. Quod cum non parum à multis negligi videamus, atque adeo paucis obſervari id quod in ſacris Canonibus ſcribitur, 1. quæſt. 1: Cito (inquit divus Ambroſ.) turpem ſequitur lepra mercedem: & pecunia

male

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

male quæſita, corpus animamque comma-culat: Non placet mihi circa hunc locum cō-ſiſtere, ne ſolus mederi velle videar huic mor-bo, qui tot ſeculis etiam contra ſanctorum patrum conſtitutiones & indicta invaluit. Et enim cavendum nobis eſt, ne dum verita-tem nimis ſimpliciter, & abſque fuco profi-temur, ab his quibus contradicere nefas eſt, mendacii arguamur. Dicerent enim ſtatim, Poetam me eſſe (à quo tamen ſemper longiſ-ſime abfui) atque ideo mentiri: quoniam perſuaſum habent ad mendacia duntaxat natos Poetas; frequenterque illud obiiciunt, Multa mentiuntur Poetæ. Et præterea ma-los Chriſtianos vocant, ſed non ſolos Poetas. habent enim hoc Germanicum proverbium ſemper in promptu, quod obiiciant: *Roller, Zoller, Fergen, Schergen, Artz, Poeten und Iuriſten, Das ſeind ſieben boſe Chriſten.* E-gregium ſane dicterium, quod non ſolum Poetas, ſed & Medicos & Iureconſultos rationario prophanorum inſcribit. Sed & non minus illud verum egregium ſane di-ctum Keyſerſpergii nobiliſſimi iſtius Argen-tinenſis concionatoris: *Vor zijten vvaren guldene Prieſter, und holtzerne kelch: Nun ſeind die Prieſter holtzern, und die kelch gulden.* Bo-nos tamen hic & ubique ſemper excipio: Illis ſiquidem debetur honor & reverentia. De malis loquor, qui ſuæ dignitatis obliti recte vivendi regulam negligunt, & nullo non ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſunt helluone ignaviores. De quibus hoc præclare dictum puto, quod ſcriptum inveni in inſtitutionibus parvis, de abuſione clericorum, c. ſecreto. §. poſt parietem. *Da der Seuvvzins gfallen iſt.* Sed tamen extra iocum. Doctiſſimus vir Bebelius adnotavit hanc facetiam in hunc modum:

Audi quid ſpectat ad hos, qui bonus vult eſſe Sacerdos.
Alta prece lege, cum vadis per civitate.
Curre per Eccleſia, lachrymare percute pecte,
Et genua flecte, longiſſima Miſſa lege.
Habe pellet rite, ſi vis implere burſe.
Eſto Pontifices, Papa, Sacerdos, & omnes
Expede: mille ſtatim fac cito redire.
Murmure non cure, mitte vade quomodo vade,
Per manice, burſe, pome, coclear, quoque pyre
Da puere parve, tunc mater dat tibi magne,
Et reliqua.

Homilia beani Ioannis Monaſterii, de eadem lectione: Fratres avariſſimi, Deus ebriorum malorum ruſticorum, avarorum presbyterorum, monachorum, abbatorum, priorum, fratrorum, & aliorum quorumcunque ſtatorum, ſeculariorum, ſpiritualiorum, regorum, ducorum, principorum, civiorum, civitatorum, villorum, caſtrorum, provinciorum, dominorum, amicorum noſtrorum dilectiſſimorum, & cæterorum, ſolutam in domum ſempiternam. Fratres leccatiſſimi: Scriptum eſt, quod hodiernum dierum lexi-

leximus in prohemio templi ad matutinas, quæ leguntur in ſecundis nuptiis. Viri Galilæi, *Ir ungetreuvven Frantzoſen*, quid admiramini, *vvas laſzt ihr euch beduncken*, aſpicientes in cœlum, *meynt ihr daſz ihr uns Teutſchen veriagen vvollet*, Alleluia, *Gott gebe euch S. Vrbanus plag*, ut ambuletis per vias rectas, *daſz ihr alle mit der Naſen in dreck muſſet fallen.* Tu autem *Schuſſelkorb, Leffelbret, lieber Herre.*

Magiſtratibus fugiendam avaritiam.

QUid vero de Magiſtratuum avaritia attinet dicere? cum ea plerunque clariſſimas res affligat & peſſundet. Rerum autem omnium (inquit Campanus) neſcio an turpiſsima ſit avaritia in magiſtratu, quæ & odium parit, & maximas ſolet importare calamitates, & detrimenta gignit, & perverſam opinionem integritatis. Cicero offic. 2. ſic dicit: Caput eſt in omni procuratione negotii & muneris publici, ut avaritiam expellat etiam minima ſuſpicio. Et poſt pauca: Nullum, inquit vitium tertius, quam avaritia, præſertim in principibus, & rempublicam gubernantibus. Habere enim quæſtui rempublicam, non modo turpe eſt, ſed ſceleratum etiam & nefarium. Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit: Spartam nulla re alia niſi avaritia eſſe perituram. Id videtur non ſolum Lacedæmoniis, ſed & omnibus

opulentis populis prædixiſſe. Verum enimvero iamdudum inſtituti ratio poſtulare videtur, ut coronidem velut navi ex longa navigatione defeſſæ imponamus. Quod profecto faciemus, poſtquam unum id poſtremo loco adiecerimus.

Prædicatorum Paræneſis. Corollarium ſecundum & ultimum.

DIſcant igitur boni & ingenui iuvenes, qui ex literarum ſcientia quærunt gloriam, vitare ebrietatem, quæ ingenium, corpus, & fortunas male ſolet afficere, nedũ memoriam. Addam hoc poſtremo loco verba Plinii ex naturali hiſto. libro 14. cap. ult. Ita, inquit, vina ex libidine hauriuntur, atque etiam præmio invitatur ebrietas, & ſi Diis placet, emitur; alius ut quantum biberit, tantum edat, & pretium vinolentiæ lege accipit; alius quantum aleæ quæſierit, tantum bibit. Tunc avidi matronarum oculi licenter graves produnt maritos, tunc animi ſecreta proferuntur. Alii teſtamenta ſua nuncupant: alii mortifera loquuntur, rediturasque per iugulum voces non continent, quam multis ita interemptis. Vulgoque veritas iam attributa vino eſt. Interea ut optime cedat, ſolem orientem non vident, ac minus diu vivunt: Hinc pallor, & genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus, effundentes plena vaſa, & (quæ ſit pœna præſens) furiales

es ſomni, & inquies nocturna, præmiumque ſummum ebrietatis, libido portentoſa, ac iucundum nefas. Poſtera die ex ore halitus fœtidi, ac fere rerum omnium oblivio, morſque memoriæ. Hæc Plinius. Sed & illud conſiderandum non minus eſt, quod Virgilio quidam attribunt, ſapienter autem dictum, cuiuſcunque illud ſit,

Nec Venerisq́, nec tu vini capiaris amore:
Vno namq́ modo vina Venuſq́ nocent.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello:
Et Lapithas bello perdis Iacche gravi.

Agete igitur, optimi literarum candidati, hæc & talia multa conſiderantes, renunciate illorum ſodalitati, qui per tabernas circunquaque pervagantes, iuventutis ſuæ florem adeo venalem habent, ut nullis non peſſimis crapulationibus abſumendum proſtituant. Capiat vos bonorum familiaritas, quæ cum utilitati, tum etiam honori vobis eſſe poſſit. Cum illis converſamini, quorum conſuetudine doctiores melioreſque fieri poteritis. Illud Pſalmographi ſemper in ore habentes: Cum ſancto ſanctus eris, & cum perverſo perverteris. Et illud Poeticum, quod citat divus Paulus: Corrumpunt mores bonos colloquia prava. Seductores iuventutis veſtræ, non ſecus ac peſtem quamdam mortiferam fugite. Bonos duces amplectamini. Quod profecto facietis, ſi præceptoribus ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſtris obedientes, bonis literis bonam dabiti operam, & ebrietatem, omnemque nimium luxum & aſotiam vitæ averſabimini, ut vitæ innocentes, per virtutum operationem, finem illum bonorum omnium perfectiſſimum, quem in hoc ſolicito labilis vitæ curſu quærimus, feliciter tandem attingatis. Cui ſit honor & gloria. Dixi.

CONCLVSIO.

HÆc ſunt, humaniſſime Domine Quodlibetarie, quæ ex veſtræ excellentiæ mandato, ad quæſtionis mihi aſſignatæ enodationem afferre potui. In quibus ſi quædam minus ornata, quam ad omnium aures facientia, à me prolata ſunt, velim nobiſcum conſideretis, & breve fuiſſe tempus, quo ad id muneris ſubeundum profectus ſum, & voluiſſe, imo oportuiſſe me huius actus conſuetudini inſervire. Ut ſcilicet apud maxime ſapientes, maxime delirarem, & quaſi temporaneum fatuum agerem. Quem ſi non egregie repræſentavi, in cauſa fuiſſe putabitis veſtram negligentiam & inhumanitatem, qui tam multa dicenti de vino vinum bibere non dediſtis.

Rythmus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Rythmus Cordi Urcei, die Divi Martini pronunciatus.

Io Io Io Io.

GAudeamus Io Io.
Dulces Homeriaci,
Io Io.
Noſter Vates hic Homerus
Dithyrambi dux ſincerus
Pergræcatur hodie,
Io Io.
Hæc eſt illa bona dies,
Et vocata læta quies
Vinæ ſitientibus,
Io Io.
Nullus metus, nec labores,
Nulla cura, nec dolores,
Sint in hoc ſympoſio,
Io Io.
Vultis mecum iam potare,
Et Lyæum exaltare,
Dulces Homeriaci?
Io Io.
Qui potare cupit mecum,
Licet vitrum portet ſecum,
Vina plenis viribus,
Io Io.
Ecce tibi Trebulani
Apportamus & Albani
Centum plenos urceos,
Io Io.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Sed quis nobis miniſtrabit,
Et quis præſto vinum dabit
Dulce ſcientibus?
Io Io.
Hic habemus Thomaſinum,
Cognoſcentem bonum vinum,
Primo viſu ſubito.
Io Io.
Hic ridendo propinabit,
Et bibendo provocabit
Omnes Homeriacos.
Io Io.
Audi bone Thomaſine,
Græce bibens & Latine,
Tuum fac officium.
Io Io.
Eſt iam tempus ut potemus,
Et poſt potum ſic oremus,
Deflectamus genua.
Io Io.
Si potaſtis, iam levate,
Et crateras coronate,
Vt bibatis iterum.
Io Io.
Fœlix eſt ter, fœlix quater,
Cui dat potum Bacchus pater
De ſpumanti cantharo.
Io Io.
Ne lucernæ extinguantur,
Et potantes moriantur,
Date nobis oleum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Io. Io.
Vos Germani, vos Hiſpani,
Vos inſubres, vos Britanni,
Bibite pro viribus.
Io Io.
Sed vos rogo dum potatis,
Ter quaterq; videatis,
Ne frangatis urceum.
Io Io.
Omnes fortes ſunt vinoſi,
Et potantes animoſi,
Dicit Ariſtoteles.
Io Io.
Omnis Doctor, omnis Rector,
Bacchi patris ſit protector,
In æterna ſæcula.
Io Io.
Dulce dulci miſceatis,
Ex hoc in hoc faciatis,
Vt potetis dulcius.
Io Io.
Bacche vatum fortis Pater,
Et qui ſolus es bimater,
Et formoſus diceris:
Io Io.
Qui delphinos amatores
Puerorum, & potores,
Feris miſces lyncibus,
Io Io.
Tecum civem Lamſacenum
Rogo ducas, & Silenum,

Bac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Bacchasq́ Thyrſigeras,
Io Io.
Et te prope ſit Potina,
Quæ dat potum in culina,
Prima cunctis pueris,
Io Io.
Tentat Bacchas Ityphallus
Malus caper, malus gallus,
Ah animis turpiter,
Io Io.
Bibe quantum vis Priape,
Sed honeſtam partem cape,
Ne perturbes gaudia,
Io Io.
Bibe, bibe, bibe, bibe,
Tu qui ſapis, bibe, bibe,
Dum Lyæus imperat,
Io Io.
Sed iam potrix turba tace,
Et tu Codre talos iace,
Sub bibendi arbitrio,
Io Io.
Quod iecisti canes ternos,
Bibe, bibe, bibe ternos
Iam Falerni calices,
Io Io.
Tu iecisti ſenionem,
Bibe, bibe bactrionem
Trebulani veteris,
Io Io.
Codre caput tibi fumat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Ne quis ignis te conſumat,
Stingue mero citius,
Io Io.
Et vos meos combennones
Elevate bactriones,
Vt poſſitis dicere
Io Io.
Io Io Io Io.
Gaudeamus Io Io.
Dulces Homeriaci,
Io Io.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

DE FIDE MERETRICUM in ſuos AMATORES,

Quæſtio minus principalis,

Vrbanitatis & facetiæ cauſa, in fine Quodlibeti Heydelbergenſ. determinata à Magiſtro

IACOBO HARTLIEB LANDONENSI:

Novis quibuſdam additionibus nuper illuſtrata.

Ach liebe Elſe, bis mir hold.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Hexaſtichon

IOANNIS GALLINARII

Heydelbergenſis.

TVtus amare potes, hæc quiſquis ſcripta revolves.
Eſt alius Chriſti quã meretricis amor.
Ille ſuos donans æterno munere ſervat:
Quæq; miſer tibi ſunt, hic bona cuncta rapit.
Ille hominem reddit divinos noſcere cultus:
Exuit hic hominem, beſtiam & eſſe facit.

Hexaſtichon

IOANNIS SPEYER

FORCHEMENSIS,

In Quæſtiones ſolatiunculas Quodlibeti Heydelbergenſis.

NOſſe volens ſcortũ lector miſerabile, vanũ,
Ambiguum, fallax, perpetuumq; malũ:
Fraudis mille modos: tenues queis vincimur hamos,
Vitaque languentis compede vincta iacet:
Huc venias, moneo: mirum lætaberis, inquam:
Nil tibi malueris hoc mihi crede libro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

APPENDIX

Ex Orationibus

IOANNIS CHARISTÆI

Meretrix eſt ut mare: quodcunque das, devorat, & tamen nunquam abundat.

FAmiliares fæminarum artes, nimirum veneficia, mala medicamenta, magicæ vanitates, doli, fraudes, decipula, nomine artium mulierum continentur. Alia quoque, quæ plurima menti fœminæ natura dedit. Verſus ſunt Græcis Proverbiales: Theſaurus eſt malorum mala fœmina. Item: Improba mulier truculentior eſt feris omnibus. Item: mare, ignis, & fœmina, ſunt mala tria, quæ totum perturbant mundum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

CRATO UDENHEMIUS,

cholis Sletſtatinis præfectus, univerſis ſuis auditoribus & alumnis, tanquam filiis chariſſimis, S. P. D.

COpiam mihi fecit Iacobus Wimphelingius, divinarum literarum Licentiatus, integerrimus amicus meus, duarum quæſtionum, quæ in fine diſputationis Quodlibetaris, in florentiſſimo Heydelbergenſi gymnaſio, laxandi animi iocique ſuſcitandi cauſa, pridem terminatæ fuerunt. Prima explanat fraudes meretriceas: Altera flagitioſiſſimum in clero concubinatum execratur: eas arbitror vos non infructuoſe legere poſſe: tum ne adoleſcentiam veſtram Venereo (ut ſpero) viſco nondum captam procaciſſima pelliceant ſcorta, tum ut ſacris initiati à ſceleratiſſimo impuriſſimoque abhorreatis concubinatu. Malo enim vos perpetuo manere laicos, quam Sacerdotes evadere concubinarios. Nam quiſquis ex vobis concubinam eſt habiturus (quod abſit) is mihi videtur ſimul filio Virginis & filio Veneris velle placere. Is corporis geſtu Chriſtum venerabitur, ſed blandiore aſpectu meretrici adulabitur: iiſdem, quibus Chriſtum delibabit labiis, meretriculæ os contingere, & imprimere oſculum non verebitur. Is oblationes ſibi nomine

Chriſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Chriſti impenſas, pro luxurioſo petulanti
ſcorti veſtitu expendere non erubeſcet.
corpore ſtabit in ara, & mente cogitabit, n
quiſpiam interea focariam ſuam blando fo
veat complexu. Is confitebitur ore ſe pec
caſſe, ſed animo nollet meretriculam ſuam ſ
non deinceps viſurum. Is ita in concubinat
obſtinate perſeverans, in mortali peccat
rem divinam faciet, id eſt, ſacratiſſiman
Miſſam celebrabit, putando fortaſſis Deun
irrideri poſſe, qui dum hoc errore ducitur
videbitur mihi profecto nonnihil à fide Chri-
ſtiana aberrare. Ex quo neceſſario ſequitur,
ut non ſolum ipſe cœcutiẽs, ſed ipſum cœcu-
tientem ducere, & abſolvere prætendens, pa-
riter in æternæ damnationis foveam cadant.
Is iniquiſſimus erit iudex, quandoquidẽ, ne-
dum diei, hebdomadæ menſiſve curriculo,
ſed totius anni ſpacio, noctesque dieſque co-
habitans meretrici, celebrabit, Sacramen-
tumque participabit Euchariſtiæ. Hic ſi Lai-
cum & ſolutum, habentem concubinam iti-
dem ſolutam, ſemel in anno Euchariſtiæ par-
ticipationem indigne petentem, à commu-
nione eiuſdem prohibere ſolet, qua fronte,
quibuſve verbis quæſo ille gentili obſtabit
Poetæ Ovidio? quem me vobis nuper inter-
pretante, Faſtorum 6. occepiſtis canere,

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum iudex alios quod monet ipſe facit.

Con-

Concordat & id vulgatum:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Precor propterea Deum miſericordiſſimum (in cuius viſceribus vos omnes vivere cupio) vobis fore propitium, ne unquam aliquem ex vobis cogar videre concubinariũ, ſed pium, devotum, caſtumque ſacerdotem, qui digne ſacrificare conetur Eccleſiæ, ſuo apud Deum ſuccurrat interventu, pro ſalute denique animæ meæ ſedulo fideliterque exoret. Ad quod quiſquis pro mea in ſe fideli doctrina gratus eſſe volet, ſe ipſum obligatum intelliget. Valete, ex Sletſtatino gymnaſio quarto Kal. Septembris, anno Chriſtianæ ſalutis milleſimo quingenteſimo primo.

Sub præſtanti Magiſtro Ioanne Hilt Rotvveilenſi diſputaturus de Quodlibet acutiſſimo.

FRetus veſtra humanitate, vigilantiſſime Domine diſputator, fretuſque benigna ſupportatione omnium præſentium, qualicunque ſtatu aut honore præfulgeant, decrevi aſſeſſoriam quandam quæſtiunculam, nudiuſterius mihi à quodam Baccalaureo oblatam, evolvere. Primum antem rogo, ut deponant matutina ſupercilia rigidi Catones, adſint, ut audiant benigne, blando vultu, modeſtis auribus, memores virtutis moralis, quam Græci Eutrapeliam, Latini vero tum urbanitatem, tnm feſtivitatem, tum comitatem, tunc iucunditatem dixere: memo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

res annuæ huius actus conſuetudinis. Hæ enim hora, locus hic, philoſophici bel fines, ludos, fabulas, moderatos riſus, ænigmata, ſales, iucunda dicteria, facetias, & ſcommata flagitat, à quibus neque divus Auguſtinus, abhorruit, neque ſuus peculiaris imitator Franciſcus Petrarcha. Sed iam ad rem ipſam deſcendamus.

Mulierum Amatores mente cæcos eſſe, Vergilio teſtante de Didone.

At regina gravi iamdudum ſaucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne.

Et de Venere & Baccho.

Multos cœcus amor cogit ſecreta fateri,
Arcana & demens detegit ebrietas.

QUæſtio minus principalis mihi propoſita fuit hæc: Cur cæci amatores mulierum eaſdem plus colunt, venerantur & amant, quam Deum Optimum Maximumque.

Patres & Domini præſtantiſſimi, proteſtor inprimis, me non de his verbis & dictionibus, Deus, Amor, Mulier, loquuturum, licet his verbis uſurus ſim, ſed de rebus per ea ſignificatis. Quis enim tam hebes & inſanus, cum loquatur de Deo, de eius amore, ſolum in animo ſuo cogitet, & omnia referat ad nudas literas, ad nomen maſculini generis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ris, quale eſt Deus, quale eſt Amor, ad ſecundam & tertiam declinationem? Sed loquor de Ente primo & ſummo, quo melius excogitari non poteſt: de Paſſione animi, quæ eſt amor: de qua ſanctus Thomas in 1. 2. q. 23. per totum: & de Muliere mala: de qua Proverb. 7. dicitur, Conſidero vecordem iuvenem, qui tranſit per plateas iuxta angulum; & prope viam domus mulieris graditur in obſcuro, adveſperaſcente die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce, occurrit illi mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula, vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians, &c. De rebus, inquam, loquor per terminos ſignificatis, non de nudis vocibus, ſicut & divus Marſilius fecit, fons origo, & autor noſtri gymnaſii, qui laboravit, & nos in labores eius introivimus. Qualis hic fuerit, cuius vitæ, cuius doctrinæ, liquido conſtare poterit ex oratione funebri, in exequiis eius palam habita ab optimo & præſtanti ſacræ paginæ profeſſore, indubie non more Italico, ſed ſervata Germanica & Theologica veritate ac integritate.

Amorem Dei quietum, & mulierum irrequietum, longe inter ſe differre: in id Vergilii;

Sævit amor magno & curarum fluctuat æſtu

Philippi Beroaldi Cupido.

Vt ſine febre dolet, ſine morbo languet amator,
Vt ſomni vigiles, irrequieta quies:
Vt rubet, ut pallet ſubito, mutatque colores,
Sive pudor vexet pectora, ſive timor.
Nunc ſcio, ut infractæ voces, mutilataq; verba:
Vt coram domina cor ſalit atque tremit.
Vt quam longa gravi ſuſpiria corda trahuntur,
Vt modicus riſus, multus amaror ineſt.
Vt gaudet læta, plorat plorante puella,
Induit & vultus vultibus alterius.
Nunc ſcio, ut infelix dominæ veſtigia quærit,
Et reperiſſe timet, mobilitate levis.
Genua labant, quotiens faſtoſæ limen amicæ
Tranſit, & in toto corpore membra tremunt.
Nunc ſcio, quamvis amor ſupra caput inflet amantem,
Atque omnem ſophiam conſiliumque fuget,
Condita quã parvo ſint larga abſynthia melle,
Lurida vel quantum pocula fellis habent.

PRo quæſtionis deciſione notatu dignum exiſtimavi, quod longe differunt amor Dei & mulierum. Nam amor Dei quietus, amor vero mulierum eſt inquietus: amor Dei mun-

mundus, amor mulierum eſt immundus: amor Dei facit filios Dei, amor mulierum facit filios diaboli: Amor Dei facit prudentes, amor mulierum facit fatuos: amor Dei facit homines Angelis ſimiles, amor vero mulierum beſtiis irrationalibus pares, imo vero & aſinos & porcos. Amor Dei compatitur, & congaudet de reliquorum amore ſimiliter Deum diligentium. Quiſquis enim Deum amat, gaudet & lætatur de hoc, quod à cæteris quoque Deus diligatur, & quanto plures, tanto vehementior eſt amor. Per contrarium amans mulierculam, moleſte fert & contriſtatur, ſi alii amare eam tentent, iuxta illud Poetæ: Dum canis os rodit, ſocium quem diligit odit. Qui quidem verſus ad literam de cane exponitur, nihilominus allegorice ad noſtrum propoſitum referri poteſt. Literaliter ſic: Dum, *vvan*, canis, *der hund*, rodit, *naget*, os, *das beyn*, odit, *er neidet und haſſet*, ſocium, *den geſellen*, quem diligit, *den er lieb hat*. Allegorice ſic: Dum, *vvann*, canis, *der narr*, rodit, *unſinnig iſt*, os, *uber Adams ripp*, odit, *er haſſet*, ſocium, *ſeinen miteſſer*, quem diligit, *den das frevvlein lieb hat*. Ratio autem iſtius eſſe poteſt, quia Deus eſt verum lumen, & verus fons vitæ, qui autem habet copiam luminis, eam aſſidentibus ſimiliter favet, & unum lumen multis apud ipſum videntibus ſufficere poteſt: pariformiter idem fons, multorum ſitim extinguere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

poteſt. Sed amans mulierem, non amat fontem, ſed paludem, non amat lucem, ſed tenebras, & revera tenebroſum locum. Facit l. foramen. & l. caminum ruginoſum. §. longum, latum, profundum. C. de ſtipulatione inutili. l. ſi quis. §. nonnunquam. ff. de ventre inſpiciendo. l. unica. C. de cloac. facit etiam l. interdum. §. reperiuntur. ff. de locis & itineribus publicis. Per hoc volo quæſtioni ſatisfactum eſſe, hoc adiecto, quod Cyrus apud Xenophontem oſtendit: Amorem igne eſſe longe potentiorem, quod ignis urit homines tangentes, at amor formæ eos etiam accendit, qui procul ſpectant, in tantum, ut ardenter æſtuent.

Amatorem arduis neglectis operibus, ut ſimiam puerilibus duci & fatuis: in illud Vergil.

Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondoſa vitis in ulmo eſt.
Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget uſus,
Viminibus mollique paras detexere iunco.

QUod autem amor mulierum faciat homines fatuos, oſtendo ex conditionibus amatorum & ex annalibus, quoniam tales boni cuculi, ſtolidi & obtuſi, magnificant quæ magna æſtimanda non ſunt. Sicut enim naturalis fatuus plus amat nolam quam florenum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ium, plus picam quam equum: ſic & amatores mulierum, parva earum munuſcula magni pendunt, ſua quoque quæ indies eiſdem præſtant, parvi faciunt. Illi namque more officinatorum & computiſtarum in fine ſeptimanæ data & recepta computant, incipientes ſub hac forma: *Item mijn liebes Ketterlein hat mir geben ein kräntzlein fur drey häller, dar gegen hab ich ihr geſchenckt ein Schleyer fur zvveen gulden. Item, ſie ſchanck mir zvvey Nägelinblumlijn, mit blauvver ſyden umbvvunden, da gab ich ihr vviderumb ein Pater noſter fur ſechtzehen Alb. Vnd ich fraget ſie: Lieber ſchatz mijn, vvas bedeut das blauvv? Sie ſagt, es bedeut, Narr hie, Narr do.* Pſal 35. Narrabo delictum meum in vita mea.

In Studentem Heydelbergenſem, ut ad vocabulum litera g imminutum propter hominis dementiam alludendum ſit, amicæ callida illuſio, & Vergilii ſub nomine Galli exhortatio.

Galle quid inſanis? inquit tua cura Lycoris,
Perque nives alium, perque horrida caſtra, ſecuta eſt.

Ab amante conſultorum confutatio.

Alpinas ah dura nives, & frigora Rheni
Me ſine ſola vides, ah te ne frigora lædant,
Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

FUit inſuper quædam matrona, quæ elegi ſibi ſtudentem quendam ſtolidum, alliciens eundem parvis munuſculis, puta mitris ligulis, pectoralibus, plicatis zonis ex ſerico confectis, & ſi quæ ſunt ſimilia. At ille multum gaviſus, ex ea quæſivit, cur nam mihi tantum honorem exhibes, cum tamen de te nihil meritus ſum, nec tibi quicquam impendi? Reſpondit amaſia, fraudis & doli plena: Non vellem revera me aliquid abs te recepiſſe, nec cupio, ſed tantum de tua præſentia & aſpectu lætor & exulto. Ille autem bonus homo, finis eius intentum & latentem animum non intellexit. Parvo vero tempore tranſacto, excogitaverat ipſa viam, qua pro parvis maiora eſſet receptura. Appropinquabat ei gemens & lachrymans, quæſivit ille cuculus: Eia quid mali pateris? in quibus rogo deficis? Reſpondit: O mi ſocie cæterorum chariſſime, te in meis anxietatibus nolo moleſtare, quoniam ſi certior de meo dolore efficereris, pro me plurimum dolores. Eſto igitur lætus, & deſine contriſtari, quoniam ſatis eſt me mœſtam & conſternatam eſſe. Ac denuo poſt puſillum temporis abunde flevit. Ipſe vero contriſtatus tandem illis verbis eam alloquitur. Angorem animi tui atque defectum ſcire deſidero, & quam breviter abs te enarrari cupio. At illa obticuit, nihil reſpondens. O veſanum hominem, ô ſtultorum nume-

numerum infinitum, de quorum numero tu unus exiſtis. Conſideraſti ne unquam vulgi illud dicterium? *Hund hinken, Fravven vveynen, und Kramer ſchvveren, daran ſoll ſich niemand kehren.* Ille non minus priſtinum repetens verbum collachrymando dixit: Eia mea amaſia, quid nam contriſtaris? Subiunxit ipſa dicens: *ach, ach*, cauſam doloris mei tibi enarrare eſt mihi difficile: Eſt quidam pannicida, qui ſine parata pecunia ſub bona ſolum ſpe mihi antehac dederat ſeptem ulnas panni, pro facienda tunica, & ulnarum quælibet floreno conſtat, terminus autem ſolutionis mihi ab eodem impoſitus effluxit, & niſi hodie ei ſatisfecero, extra civitatem ſum expellenda. Id autem mihi inter cætera tantum dolorem affert, quantum verbis vix conſequi poſſum, quod à te ſeparari debeo, & tuum deinceps aſpectum minime contemplari. Ad hæc omnia cuculus retulit: Eia, ſis læta: *Sey frolich mein Greta, ich vvil dich nit laſſen in deinen nôten.* Mox itaque Iudæos ac Chriſtianos iudaizantes viſitare intra ſe cogitans, & ſuam dilectam iuvare, impignoravit tunicas, vendidit libros, ut ei ſuccurrere poſſet. Cum ſe ipſum rebus ſuis ita ſpoliaſſet, ſedet in cubiculo inſpiciens mittam, pectorale, & reliqua parva munera à ſua amaſia recepta, ingemiſcenſque, dixit: *Ach, ach, vvie ſteheſt du mich ſo theuvver, ich gauch, ich narr, vvas hab ich daran zu ſteuvver? Ich hab meine kley-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

der verſetzt und verkaufft: vvas thu ich nun an, ich armer narriſcher mann? VVie iſts ein ding umb der buler fahn. Poſt puſillum vero temporis, percepta illius Suevi ſtultitia, à parentibus ſuis ab alma Univerſitate revocatus, ex fatuo tamen amore perligatum pectus habens, & prorſus excæcatum, diſcedere ab ea nequivit, niſi ei prius vale dixiſſet. Obtulit ſe hora, qua una eſſe poterant. Cum audit illa profectionem, iterum in fontem lachrymarum reſoluta eſt his verbis: *Ach vveh, heut und immermehr, dijn abſcheid bricht mir mijn hertz in tauſent ſtucke, und macht mir grooſz hertzenleyd.* Fatuus collachrymãs dixit: *Ach mijn Gred, kan ich es geſchicken, ſo darffſt du nicht langer mijn beiten, ſo vvil ich dich bringen zuer Kirchvveihen, es ſey dann ungluck darinn.* Volens ergo arripere iter verſus patriam, veniens ad Rheni fluvium, cogitabat intra ſe, & verbis ſe ipſum alioquitur: O tu miſerabilis homo, eſt ne tibi hodie trans hoc mare magnum & ſpacioſum navigio tranſeundum? neque tua dilecta tibi hodie reviſitanda? *Ach vvie iſt mir das ſo eine groſſe ſach.* Mox ſibi in mentem venit: cum reverſus fueris ad eam, ô quam magno gaudio afficietur: Redit, feſtinanſq; ſerotino tempore, venit ad locum fœtoribus & ſtercoribus pleniſſimum, inter duas domos incluſum, *in einen ſchonen pallaſt, da man dem blinden pferd zu eſſen gibt, und da ein ieder bour ſeyn notturfft thut.*

Aſcen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Aſcendit iuxta morem priſtinum, prope a-
maſiæ cubiculum : fuerunt autem feneſtræ
ſerratæ & clauſæ : tandem introſpiciens per
rimas, vidit in cubiculo lumen cereum ar-
dens, aliumque ſocium illic ſedentem, & ca-
ligas ſuas exeuntem. iuxta l. accedat alter. ff.
de concubitu clericorum & mulierum. §.
narrabo. l. alium. ff. de vulgari ſubſtit. l. vo-
lebat. C. ubi in rem actio. & l. unic. ff. de in
rem verſo. §. audies. Mox ipſe cum triſtitia
magna deſcendens, pergit ad coquinæ fora-
men, circa locum lavandarum ſcutellarum,
zu guttem Teutſchen, fur das kuchenloch, vo-
cem parvam & gracilem emittens, quæ ab
ea dignoſci poſſet. Ipſa vero eundem audi-
re nolens, dixit : *Auſs hundt, daſs dich der
narriſch ritt ſchutte.* Reſpondit ipſe: *O Greet-
lin fyn, ich ſihe vvol vvie es zugeht in deinem
kâmmerlein, du heltſt an mir, vvie ein faul
armbroſt. VVol hin zu dem teuffel, ich hab mehr
verlorn.* Ipſa huiuſcemodi percipiens, altiſ-
ſima voce cantavit : *Siheſt du ſauvver? da
ſchlag der teuffel zu: noch dann vvil ich mij-
nen vvillen thun, und ſolt es mich immer
gereuvven.* Pariter & ipſe in receſſu ſuo ca-
nendo inquit: *Ich getravv der lieben nicht
vvol, ſie hat mich gantz verlaſſen, dievveil
ich kein geld mehr han.* Neſcis inſane Prover-
bium illud Græcanicum : Nullam in fœmina
eſſe fidem! Unde Æſopus ille fabulator præ-
cipit: Fœminæ nunquam arcana credideris.

Infidum eſt enim genus fœminarum. Et vetus Proverbium eſt: Nec mulieri nec gremio credi oportere: cum illa incerti & levis animi ſit: & plerunque in gremio poſita, cum in oblivionem venerunt exurgentium, procidant.

Amatorem inquietum, inſtabilem, & ad omnia paſſionatum, nunc muſicis, nunc choreis, quo amicæ placeat, in hora mille mutabilitatibus deditum. De quo ſub nomine Galli in hæc Vergilius:

IAm mihi per rupes videor lucoſque ſonanteis
Ire liber, Partho torquere Cydonia cornu
Spicula: tanquam hæc ſit noſtri medicina furoris:
Aut Deus ille malis hominum miteſcere diſcat.

Quod amor mulierum faciat hominem inquietum & paſſionibus plenum, perpulchre oſtendit Plautus in Mercatore, dicens: In amore hæc inſunt: Cura, ægritudo, inſomnium, ærumna, error, terror, fuga, inepta læticia, temeritas, excors immodeſtia, petulantia, cupiditas, malevolentia, deſidia, iniuria, inopia, contumelia, diſpendium, multiloquium, pauciloquium. Et alludit Herman. Buſchius, dicens:

Neſcio quid ſit amor, quam vos male perdit amantes:
Flamma furens venis, morbus & error hebes,

Eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Eſt levitas, vulnus, dementia, cura, venenum,
Acre malum, languor, ſervitiumque nocens,
Fel, labor, anxietas, infamia, pœna, tyrannus,
Arcus, & eſt telum, perpetuumque iugum.

Qui amat miſere, perdite, afflictimque, formam fulgentem: mores & animum mutat, ut tandem carnis ardorem expleat. Cum id aliter non poteſt, ſuam mulieri fidem ſeſeque coniugem dedit: hæc caro heus nimium care emitur, parvi momentuli voluptatem eandem iam multis doloribus reprehenſam: cui iam omnis vita ſupplicium eſt. Tãto enim iam miſerabilius ſimul vivere incipiunt, quanto ab invicem minus liceat ſeparari. Quid enim triſtius eſt, quam hos ſemper iungi debere, qui animo convenire non poſſunt. Quid quod durius, quam nunquam diſcordem ſocium, vel rectius hoſtem dixero, habere ſeparatum? Hic uxor, ut claro quaſi in ſpeculo videtur, nihil boni nilque placiti factura eſt, niſi cum ipſa morietur: unde eius rei dolor exuendus, qui iam emendari nequit. Nam ſuperi omnes, & ſi omnia conſilia ſua in unum congeſſerint, non efficient, quod factum ſit infectum. Nihil in iuventutem cadit ipſo amore delirius, nihil cæcius, nihil periculo plenius. Errat omnis amans atque nil recte operatur, & ſe & omnia neſcit.

neſcit. Multos perdidit amor variiſque lan guoribus afflixit.

Benemerita in tribus hominum generibus ir perditum, quorum fœmineum genus haud infimum.

Est, inquam, ſervitium nocens & infructuoſum, quod mulieri impenditur. ſecundum illud: Qui ſervit puero, communi, vel mulieri, ſervitium perdit. Sententia: *VVer kinder tragen ſich thut befleiſſen, Dem ſollen ſie bald in die ſchooſz ſcheiſſen. Der ſich dienſtbar macht der Gemein, Dem vvird ſein lohn etvvan zu klein. VVer bôſen vveibern dienen thut, iſt als verlorn, ſpricht Muſcatblut.*

De vocalibus & vocabulis vernacula linguæ fantaſtice exponendis.

Quod amor mulierum faciat hominem beſtiam & inſenſatum, ſe ipſum non cognoſcentem, imo & porcum atque ſubulcum, ex certa hiſtoria poſſum aſſeverare, quæ talis eſt. Fuit quidam amori deditus, & licet omnium literarum ignarus, ſicut alter Stilpho, ſcholas tamen regendas aſſumpſit, docens pueros, & omnia ex Iſidonio Germanico, in cap. de vocalibus, a, e, i, o, u.

Poſthac in Germania poſitiva. Panem, *Brod.* Caſeum, *Kâs.* Vinum, *VVein.* Offam, *ein Supp.* Pira, *ein Bir.* Lobium, *ein leib Broods.* Et pluraliter, *eiñ apffelmuſz.* Obſonogarus, *ein*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ein Linſenmeichel. Slem flirida, *ein Hafenreff.* Calceum, *ein Schuch.* Bracus, *ein Bruch.* Liripippius, *ein kappenzipffel.* Vilhelmus, *ein Strooſack.* Gladium, *ein Schvvert.* Vilrincus, *ein pantzer.* Waitmurrus, *ein Beer.* Inops, *ein lâcheſzlich.* Stercus, *ein kuſſin.* Anus, *ein lâcker.* Fornax, *ein ofen.* Fornicator, *ein ofenmacher.* Biſzinckus, *ein ofengabel.*

De vocabulis vernacula lingua fantaſtice exponendis.

DEinde docuit eos exponere orationes. Ad patrem, *der Nontag.* Apud villam, *ein Bauvver an der Sonnen.* Ante ædes, *ein Schneiderknecht. Bettler.* Prope feneſtram, *ein Pfaffenknecht.* Imperterritus, Sine labore, *ein Landtsknecht.* Inexpugnabilis, *ein alt VVeib.* Ex quampluribus, *ein Bettlers mantel.* Nugigerulus, *ein Kuppler. Circa ſepem* eſt æquivocum: uno modo eſt mendicus, quærens pediculos, alio modo, *iſz kuhdreck.* *Glis* ſimiliter eſt æquivocum, iuxta illud Alexandri: Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur. Glis animal ſignificat, *ein Spinferckel in einem ſack.* Glis terra tenax, *das iſz ein dreck.* Glis lappa, *ein Schuchpletz.*

De coniugatione & regimine fantaſtico & abuſivo.

DOcuit inſuper eos coniugare verba: Iuvo as, are, avi, atum, eſt verbum regens dat-

dativum. Supplico, as, are, cui, itum, regit accuſativum. Frango, as, are, avi, atum. Liquo, as, are, avi, atum. Transfero, transferas, tranſlare, tranſlavi, tranſlatum. Vivo, vivi, vitzum. Voveo, voves, vovere, voxi, votzum. Indulgeo, indulges, indulgere, indulgui, indulſitum. Reperio reperivi, &c.

De lectionibus chori monſtro pennato mirabilioribus.

DOcuit eos legere lectiones in choro. Et primo in Dominica LXX: Poſuit Deus ſtellas in fermento cœli, ut lucerent ſuper terram. De beata Maria Magdalena: Quia turpitudinis ſuæ maculas aſpexit, lavanda ad fontem miſericordiæ cucurrit, convivantes non erubuit. De nativitate Domini: Et ibant omnes, ut proficerentur figuli in civitatem ſuam. Et alibi: Nuſquam in totum veteris inſtrumenti ſerie reperimus, Angelos, qui tam ſedulo apparuere piſtoribus, cum luce aparuiſſe. De aſſumptione beatæ Mariæ Virginis: Ab initio & ante ſæcula creata ſum, & uſque ad futurum ſæculum non deſinavi. Item etiam de nativitate eiuſdem: Phares autem genuit Eſrotz. ponebatur enim z pro m. Et iterum: Aram autem genuit Aminaclab. erat enim more Poetico d productum. Et in die Paſchæ: Sicut eſtis aſini.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

De expoſitione collectarum plus iuſto monſtruoſa.

DOcuit & eos interpretari collectas, dicens: Advertatis vos qui vultis ire ad ordos, ita eritis exponere collectas. Quæſumus omnipotens Deus, ut beatus Apoſtolus tuum pro nobis imploret auxilium, ut à noſtris reatibus abſoluti, à cunctis etiam periculis exuamur. Quæ ſumus, *die vvir ſeynd.* omnipotens Deus, *Himmeliſche Vatter.* ut, *auff daſz.* beatus Apoſtolus, *S. Batt.* imploret, *daſz er bevveyn.* pro nobis, *vor uns.* tuum auxilium, *dijn elend.* ut, *auff daſz.* abſoluti, *ſo vvir bezalt haben.* à noſtris reatibus, *unſern ſchuldnern.* etiam exuamur, *daſz vvir nicht auſzgezogen vverden.* à noſtris periculis, *von unſern kleidern und läuſen.*

De modo epiſtolandi cancellariæ aſineitatis congruo.

TRadidit quoque eis modum epiſtolandi, & propoſuit eis ſæpe exemplar à ſe compoſitum. quod imitarentur. Inter cæteras autem ſuas epiſtolas, ſic unam eis ad patriam recitavit, quam ipſe per ſe cuidam adoleſcenti miſiſſe gloriabatur. *Magiſter Petrus Zepffel, alias* Hiltbrand, *pro nunc didaſcalon in Eccleſia collegiata ſancti Syfridi Metenſis, diſcreto nec non ſcientifico iuveni Alexio de Mentz, amico maximiſſime adamato.* Salutem

tem meam apertam. Dilecte ſocie chariſſim ego mitto te ſcire quod ego nuper inſteri pr uno gubernamine, & ex Dei gratia factu ſum ſcholirega Eccleſiæ collegiatæ ſancti Syfridi Metenſis, & bene ſto, quia habeo multum ſcholares, & parvos & magnos, pauperes cum divites. ego vellem quod tu veneris apud nos, quia poſſes mecum multum prodeſſe. ego vellem ſingulatiter reſpectum apud te habere, & vellem te diſcere caſualia & temporalia. & tu poſſes etiam à me docere facere verſos, quia incepſi nuperrime tertiam pars Alexandri, & ſum à primum ibi diſtinxere pedes. Diſcipuli mei iam ſciunt fabricare verſos: Unus heri apportat mihi unum bonum ſcilicet: O intemerata, mons ſuper ſydera fervet. Item alter: Iorius Stiſſus eſt preſbyteri clepores. Item tertius unum pulchrum epitaphium ad ſepulchrum lapidem: Ioannes eſt mors, quod fecit mihi væ. orate pro ſibi, Deus habet ſuum anima. Sin autem non eſt luxurioſus, id eſt, *liſtig*, ad verſos, ſed etiam ad porſas dictaminas, ego propoſui eis modum dictandi, ex quo ſtatim erunt facere epiſtolas. Cum hoc occupo me cum eis apud Oratoribus & Poetis. Lexi enim hucuſque Vergilium ſuper Lucam, Ciceronem ſuper Marcum, Quintilianum ſuper Ioannem, Plautum de beata Virgine, & Horatium de S. Catharina. Et lego eis multum bona circa impedimentas Alexandri.

ſem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

emper ſuper duos verſos viginti quatuor arguitur. Et modos ſignificandi Ioannis de Garlandria, in quibus mei diſcipuli multum creſcaverunt. Sic & tu poſſes inbrevi creſcare ſuper omnes ſocios tuus, etiamſi ſolveret eis pollum eorum. Et eris ſcribere unam pulchram literam ad avunculum tuum Dominum Ioannes *Lappenhäuſer*, plebanus in *VVeitloch.* Et eris ei perſuadere, quod te mittat ſemel trahere ad unam altam ſcholam, ſicut & ego ſteti in Univerſitate *Getſchvvellenſi.* Valete felice. Datum raptim Baſileæ, ſecundo Kal. Martialis, Anno Chriſto mille quadringento nongenteſimo nono.

Item legit eis parva naturalia, & inter cætera pronunciavit eis ad pœnam: Sic advertate, quod vinum eſt triplicis naturæ. Prima facit bonum ſanguis. Secundo facit corda lætia. Tertio proiicit ruſticos ad merdum.

Confutatio in Ludimagiſtros literarum ignaros.

SEd diceres, quare tam indoctum præceptorem puerorum Cononici in ſuis ſcholis ſuſtinuerunt? Reſponſio: quia bonam habuit vocem, & pulchros flavoſque capillos, & ſciebat optime ludere in lutinis, potuitque canonicis & ſuis concubinis facere ſolatia, in domo, in menſa, in camera, ante domum, ſcilicet *hofieren,* & præcipue in carniſprivio in hoſpitum præſentia. Cæterum gratus etiam fuit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

fuit, & dilectus famulabus & concubinis ca
nonicorum : quæ quidem concubinæ ma
gnam habebant poteſtatem apud domino
ſuos, & poterant efficaciter intercedere pr
aliquo ludimagiſtro, qui eis placuiſſet. D
tali tantaque concubinarum autoritate au
dietis ex collaterali meo. Ille, inquam, re
ctor ſcholarum, ut habent annales Baſilien
ſium, deditus fuit amori mulierum, ideo et
iam indoctus, ut auditum eſt, cæpit amar
puellam famulam piſtoris, in S. Ioanni
Gaſſen, quę fuit virgo poſt quartum. frequen
ter nocte ad eam aſcendit, per acervos li
gnorum, quæ ante eius cubiculum copioſe
fuerant collocata. Paſtor qui & ipſe oculos
in famulam coniecerat, habuit enim uxorem
vetulam & rugoſam, conſiderans neſcio
quos ſtrepitus in domo fieri nocturnos, ar-
ripuit gladium, ad cameram famulæ prope-
rat: Rector ſcholarum vigilans, & metu ple-
nus, non parvi pendebat inſultus piſtoris,
per valvam deſcendit. ſequitur piſtor. fugit
ille: nec prorſus evadere ſe poſſe timens, in
angulo & in acie domus ad haram, id eſt, ad
ſtabulum porcorum introivit, inter porcos
ſe collocans. cum piſtor anhelans ſequere-
tur, & in diverticulo neminem videret, &
ipſe quoq; ad ſtabulum acceſſit indignabun-
dus: quæritans, quinam in ſtabulo latitaret?
Reſpondit fatuus amator: ***Es iſt niemand hie, dann vvir armen Sävv.*** Piſtor arbitratus le-
gionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ionem dæmonum (de qua in Euangelio Lu-
æ 8,) porcos ſuos intraſſe, mox anxius do-
ıum revertitur. Sic autem rector puerorum
x amatore porcus factus, cum porcis in ſta-
ulo porcorum porcinam vitam finivit.

Amorem turpem, odii, iræ, belli, poſtremo vero, quod omnium graviſſimum, homicidii ſæpius miniſtrare fomitem. de quo in hæc Vergilius:

Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello,
Et Lapithas bello perdis Iacche gravi.

Baptiſta quoque Mantuanus ita cecinit Ecloga prima:

Ludit amor ſenſus, oculos præſtringit, & aufert
Libertatem animi, & mira nos faſcinat arte:
Credo aliquis dæmon ſubiens præcordia flammã
Continet, & raptam tollit de cardine menti.
Nec Deus, ut perhibent, amor eſt, ſed amaror
& error.

Et ut multa paucis comprehendam: Amor mulierum Deum offendit, Angelos contriſtat, dæmones lætificat, hominem excæcat, rationem enervat, viſum obnubilat, memoriam debilitat, fantaſiam lacerat, marſupium evacuat, infamat, vilem, abiectum, & inconſtantem facit, anxium & ſollicitum omni tempore reddit, podagram, chiragram, erraticam, & vertiginem generat. Amator mulie-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

mulierum nihil honeſtum, nihil divinum, nihil ſpirituale, ſapidum aut dulce putat: & ei iã ſola caro, ſola libido, ſola præſentia ſcorti ei iucunda eſt. Amator indevotus eſt, gelidus eſt, aridus eſt, frigidus eſt, orare non poteſt ſtudere non poteſt, ſacris intendere negligit eccleſiã propter Deũ non intrat, ut rem ſcilicet divinã videat aut verbũ Dei audiat, imo ingreſſus templũ ſermonis tempore, omnem populum bis, ter, quater circuit, ſi ſuam videre poſſit: ſed eſt idolatra; idolatriam enim committit, quoniam idolum colit, propter idolum ad templa feſtinat, ingreſſus oculos circumgyrat, ſi forte idolum ſuum videat: ingrediens, manens, & exiens, ſignum ei aliquod præſtat: non bene dormit, non bene comedit, comedens non nutritur, ſed corpus extenuat: iraſcitur, litigat, frequens bellum crebra pace concludit, & vix uno momento in eodem propoſito manet: inconſtans, fluctuans: raro lætus, ſæpe mœſtus, ſemper varius. Uniformis, nunquã meretricum nefarias artes, & inenodabiles laqueos videt, Sirenum blanditias, & viſcum malæ voluntatis non ſentit, naufragium ſuum non percipit. Si quando atrociter minatur, iratus ſecum cogitat: Ego ne illam? quæ illum: quæ me: quæ non ſine modo. mori me malim. ſentiet quam vir ſim. Hæc verba, una mehercle falſa lachrymula (quam oculos terendo miſere vix vi expreſſerit) reſtinguet, & ſe ultro accuſabit,

:cuſabit, & dedit ei ultro ſupplicium. Hoc
:iebat Plautina anus in Aſinaria, quæ tumi-
um & minacem adoleſcentem ſic alloqui-
ur: Fixus eſt hic apud nos animus tuus cla-
o Cupidinis. remigio, veloque quantum
ɔoteris feſtina & fuge: quam magis te in al-
um capeſcis, tam æſtus te in portum refe-
et. Amor anxia res eſt, credula, timida, ſol-
icita, omnia circumſpiciens, vana & ſecura
'ormidans. Amor eſt fœda ſervitus, & iniu-
ta, moræ impatiens. Amans eſt ſuſpicioſus,
:ſt contentioſus, eſt fantaſticus: cum alii in-
:er prandendum lætantur, nova referunt,
'commata tractant, gaudent, delectantur;
ipſe ſolus animum habet apud meretriculã,
in convivio ſe eſſe neſcit: cogitat, medida-
tur, animo revolvit ſuam amaſiam; & arbitra-
tur eam quoque iam ſui eſſe memorem, quia
gaudet gaudio imaginario, cum iam forſi-
tan ipſa ſit in curia plebani, in ſtabulo equo-
rum, in cella monachi, ubi alium habet ci-
bum manducare. Amator cæcum habet iu-
dicium, quoniam infidelem iudicat fidelem,
deformem iudicat pulchram, fallacem iudi-
cat veracem, fœtidam iudicat bene redolen-
tem, ſtercoribus plenam iudicat reliquiis re-
fertam, ſtercus & lutum iudicat eſſe marga-
ritam vel balſamum. Iudicat eſſe ſibi pro-
prium, quod vult eſſe appellativæ qualitatis,
id eſt, commune multorum. Amator mere-
tricis hic in terris quodammodo in inferno
conſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

conſtitutus eſt, quoniam eſt in igne, quia a-
mor ignis eſt: eſt in æſtu, eſt in fletu, eſt i
ſtridore, eſt in ſudore, eſt in timore, eſt i
anguſtiis, eſt in tenebris, eſt in ſuſpiriis, e
in miſeriis, eſt in dolore ſine remedio, eſt i
vinculis ſine ſolutione, eſt in mala & perve
ſa voluntate, eſt in averſione Dei, eſt in La
thæo fluvio infernali, quoniam maieſtat
divinæ, & omnium beneficiorum Ieſu Chri
ſti oblitus eſt, eſt in Phlegethonte, quia i
ardore irarum & cupiditatum, eſt in Ache
ronte, quoniam in triſtitia, eſt in Cocyto
quoniam in luctu & lacrymis, eſt in Styge
quoniam in gurgite odiorum. ita ut cun
Pſalmiſta vere dicere poſſit: Circundederun
me dolores mortis, pericula inferni invene
runt. Tribulationem & dolorem inveni, &
nomen Domini invocavi. in quarta quin
quagena Pſam. 119. Huiuſmodi etiam miſe
riæ amatorum & conditiones, quas etiam a
maſiæ ſuæ eis ex cognominibus adſcribunt
currendo per Alphabetum, ut, *Aſſ*, *breymaul*
clotz, *diltap*, &c.

Cognoſcant igitur amatores quales diligāt
in quas ſuum amorem, corpus & ſubſtan
tiam, cum animarum periculo expendant
Hæc, optimi & præſtantiſſimi patres, & pro
pter noſtros adoleſcentulos, & optimos e
phebos adduxi, ne innocentem ſuam adoleſ
centiam, ingenium, memoriam, vires ani
mæ, vires corporis, pulchritudinem, ne do
na Dei

na Dei, patrimonium, ſudores parentum, nobile tempus, omnem laborem, omnem conatum ſuum tradant, ſubiiciant, offerant, dedant meretrici. Quæ qualis ſit, alphabeticæ literæ indicant ſecundum ordinem.

Conditiones Meretricum.

A *Avara eſt meretrix.*
B *Blaſphema, bibula.*
C *Captioſa, contentioſa.*
D *Doloſa.*
E *Effrons.*
F *Fallax, fœtida.*
G *Garrula.*
H *Habendi parata, hircina.*
I *Impia, infidelis,*
L *Luxurioſa, laſciva.*
M *Mendoſa.*
N *Nugigerula.*
O *Obſtinata.*
P *Putrida, procax.*
Q *Queruloſa, quaterlochica.*
R *Rixoſa, rancida.*
S *Squalida, ſcabioſa, ſpurciſſima.*
T *Terribilis, truculenta.*
V *Vinolenta, venenata, venenoſa, venefica.*
X *Chriſti & omnis honeſtatis inimica. A qua nos eripiat, qui noſtro amore dignus eſt in ſecula ſeculorum, Amen.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Ovidius de Fallacia ſcortorum.

Fallite fallentes. ex magna parte prophanum
Sunt genus. in laqueos quos poſuere cadant.

Martialis.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis.
Namque eſt fœminea tutior unda fide.

Ad Adoleſcentes nupturos, ne ducant meretrices, ne ſeducantur. ex c. de ſpon.& ma inter opera. quoniam ſunt plerunque ſteriles, & à ſacerdotio impediunt, & vix deſueſcunt id quod aſſuetæ ſunt.

TETRASTICHON.

Ne placeant turpes pietatis imagine tædæ.
Si bonus es, & vis ducere, duc ſimilem.
Quid faciet meretrix? fallit quæ caſta putatur.
Vina placent aliis; fæxne relicta tibi?

Item:

Semper habet lites alternaque iurgia lectus
In quo nupta iacet.

Item

Item ne ducant etiam virgines filias meretricum.

Lac dabit hac ſcorti, quæ lac ſuxit meretricis.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu.

ET,

Quod nova teſta capit, inverterata ſapit.
Der hafen ſchmeckt gern nach der erſten bruh.

Sapphicum hendecaſyllabum Ioan. Speyſer. ad libellum, & eiuſdem pios Lectores.

MOlliter flammas Veneris libelle
Solve pugnacis celebrande: amores
Neſcios ſcorti, celereſque dolos,
Noxia bella.
Callidi quicquid ſceleris ſuperbum
Evomit ſcortum, duce te ſacratæ
Dabitur vitæ. Labor omnis illi
Improbus errat:
Et ſacri ſi quos generis miniſtros
Inficis multa nimiaque ſorde,
Motus in cleros animo paterno
Dicere amatos.
Forte ſuſpectas tibi fabuloſas
Cenſeas muſas venerande noſtras,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Clere: traductas fuge ſuſpicari
Fata per almæ.
Anxius nullus dolor hicve livor,
Sola ſed dulcis animi voluptas,
Læta quam pubes velut una Phœbum
Florida poſcit.
Te monet ſcortum rabidum libellus
Strictius querno decorare flabro
Indies: technas adimes ſuperbas,
Inclute lector.

Barbara lexis Samuelis ex Monte rutilo. in diſcretos amatores, atque tacitos.

QVicunque velit amare
Weiber oder Iungfravven,
Magno in gaudio ſtare,
Der ſol gar eben ſchauvven,
Vt fungatur prudentiis,
Er mocht die ſach verderben,
Summa foret dementia,
Vnd kondt kein lieb ervverben,
Quæ placeret, ſed haberet
Gar groſſe reuvv, bey meiner treuvv.
Amans age caute.
Iſtis audax in rebus ſis,
Ein verzagter gar nichts ſchafft,
Amoris eſt maxima vis,
Der Narr hat ſich villeicht verklafft.

Pru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Prudens dominatur aſtris,
Und kan bulen ſchône vveib,
In urbibus atque caſtris.
Merck bulhertz vvas ich dir ſchreib.
Sequere me, docebo te,
Daſz du durch kunſt ervverbeſt gunſt,
Vivas quoque laute.
Sis in verbis moderatus,
Wo du bey den vveibern biſt:
Eris virginibus gratus.
Den red vvol zu aller friſt.
Nuſquam dignus ſit amore,
Der vveib und iungfrauvven ſchendt.
Virgineo pollens flore
Sich gar ſpôttlich von ihm vvendt,
Et dicet ſic, Rach quis eſt hic?
Du grobes rindt, hab dir den grindt,
Simul ac puritum.
Cum gradiaris in via,
Vnd dir ein ſchön vvyb begegnet,
Dic Virgo tunc ſalve pia,
Vor klaffern biſz geſegnet.
Cito recede ab ea,
Daſz dich der Eyferer nicht ſeh.
Dic, Vale amica mea,
Daſz dir nimmer leyd geſcheh.
Plus deberem, ſi auderem,
Dir ſprechen zu, ich hôr daſz du
Vnquam noſcas ritum.
Tandem ipſa cogitabit,
Was hat er zu ſagen mir?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quis Deorum mihi dabit,
Daſz er kâm hervvider ſchier?
Vt cor experirer eius,
Ob es in liebe vver entzundt,
Facerem profecto peius.
Ich ſprâch, Dir ſey alles vergundt.
Quodcunque vis, cor meum ſis,
Leb du mit mir, als ich mit dir,

Hic in lætitia.

Se tunc bene habebunt res,
So iſt die glock gegoſſen,
Tua corroborata ſpes,
Ich hab ſein offt genoſſen,
Iſtum adhuc amo ſexum,
Daſz da krantz und Schleyer tregt.
Tenet me ſibi connexum
Mein muhe hab ich darauff gelegt,
Eas amo. ergo clamo,
Beut mir dein mundt, ich vvurde geſundt,

Ex amicitia.

Quid obſecro iucundius,
Wenn ein vveibsbild vvol geſchickt?
Amabit hæc profundius,
Daſz ſie auſz iren Augen blickt,
Syderum inſtar ex polo,
Sie kan geben hohen muth.
Si vixerit abſque dolo,
Ich nem ſie fur groſſes gut.
Vultu læta, nuſquam ſpreta.
Dich zu ihr ſchmuck, hart an dich druck.

Hinc

Hinc ſume baſia.
Sunt & huic clinodia,
Stehn nicht vveit von dem hertzen.
Serva hoc in cuſtodia.
Mit ihnen iſt gut ſchertzen.
Effigies lætabunda.
Die vvarheit muſz ich melden,
Vbere dura ac rotunda.
Die niemandt kan vergelten.
Iſta tange, ſed nec frange.
Ick ſag furvvar, durch den griff dar
Gaudet amaſia.
Pauperculam prudens vita.
Daran iſt gar kein gevvinn.
Divitem venuſtam cita.
Es hat ein beſondern ſinn.
Nam ſi conceperit illa,
Kan dich und das kindt ernehren.
Miſera autem ancilla
Mag ſich hungers kaum ervvehren.
Scortum cave: vivit prave.
Ervvehl ein zarte, die dein vvartte,
Conviva fidelis.
In ſecreto rem hanc tene:
Geſchicht dir guts, ſchvveig ſtill darzu.
Sic vives undique bene,
Und behaltſt euch beyd in rhu.
Qui vulgaverit amorem,
Iſt aller der vvelt ein ſpott.
Plures ducet in errorem.
Vor deiner zung ſey ein knot.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Sis diſcretus, ſemper lætus.
Folg meiner lehr, gevvinſt gut und ehr:
Crede Samueli.

Ludovvicus *Hohenvvange*, capitibus de meretricum fide in Sacerdotes & plebeios ſummarium indidit.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

DE

FIDE CONCUBINARUM,

IN SACERDOTES,

Quæſtio acceſſoria,

Cauſa ioci & urbanitatis, in Quodlibeto Heydelbergenſi

determinata à Magiſtro

PAULO OLEARIO,

Heydelbergenſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

DISTICHON IOANNIS GALLINARII, *Heydelbergenſis;* in Quæſtiunculam ſolatioſam PAULI OLEARII.

QVi ſacris datus es, animum ne crede puellis,
Et ſcortum fugias, te monet iſte liber.

PHILIPPUS BEROALDUS in Cupidinem.

PAnthia me docuit, qui ſint in amore dolores:
Affectus, curæ, gaudia, damna, doli.
Nunc ſcio quas leges, quæ iura, aut dogmata ſævus
Iuſſit amor: ſcripſi ſingula, & edidici:
Quæ ſpes, quive timor, quod bellum, fœdera, quæ pax,
Induciæ fiant atque inimicitiæ.
Nunc ſcio quanta gerat ſecum mens prælia amantum,
Quantaque mobilitas diſſidiumque premat.
Hoc velit, hoc nolit: cupiat quod ſpreverat ante:
Fluctuet, ut glauci fluctuat unda ſali.
Vt mens infelix, alieno in corpore vivat,
Vtque animus dominæ migret in hoſpitium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Nunc ſcio quam largi ſunt fletus, utq; medullis,
Oſſibus & venis fervida flamma latet.
Vita ærumnoſa eſt, mors eſt infamis amantum.
O felix quiſquis talia non pateris!
O felix Veneri medium qui porrigis unguem,
Et rides arcus, ſpicula, tela, faces.

VIRGILIUS DE MULIERUM mutabilitate & dolo.

EIa age rumpe moras: varium & mutabile ſemper
Fœmina. Et,
Illa dolos dirumque nefas in pectore verſat.

Vale qui ridiculoſa hæc legeris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

DE FIDE CONCUBINARUM IN SACERDOTES,

Sub egregio Magiſtro

IOANNE HILT ROTVVILENSI,

Diſputatore de Quodlibet acutiſſimo.

TAnta eſt veſtrę prudentiæ apud me autoritas, humaniſſime Domine Quodlibetarie, ut præceptis & mandatis veſtris nullo pacto cõtradicere queam, quibus, ut quæſtionem minus principalem à Baccalaureo quodam pridem mihi propoſitam determinarem, ſum interpellatus. Qui cum diuturno temporis curſu huius rei ambiguus extitiſſet, ex me quæſivit, unde ortum cœperit illud Proverbium, quo hodie convenientiſſime utuntur Sacerdotum concubinæ: *Daſch mein lieber Herr, gelt du biſt mir lieb.* Quanquam præfatus Baccalaureus hac de re nihil certi determinaſſet, ego tamen ei obtemperare volens, aliqua remotiora quam breviſſime recitare curavi. Quare ſi minus decens, minus politum ornatumve quippiam in medium allaturus ſum, non temeritati & immodeſtiæ, ſed priſtinæ huic

lauda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

laudabiliſſimæ conſuetudini à pleriſque iam pridem obſervatæ, quæ locos & facies hactenus admiſit, impingere & adſcribere velitis rogo. Ad principale igitur inſtitutum deſcendens, hunc mihi finxi quæſtionis titulum.

Aſininæ aures (in id Perſii: Auriculas aſini quis non habet?) an concubinario ſacerdoti ſint imponendæ.

SAcerdoti, qui vexatur à ſua concubina, quam & permittit in domo ſua, in omnibus rebus, & negotiis dominari, & gubernare, an non merito aures aſininæ capiti ſuo retro ſint imponendæ?

Sacerdotis vocabulo quomodo in his noſtris facetiis utendum.

PRo primo nota, quod non loquor de hoc vocabulo, Sacerdos, ut eſt nomen vel terminus communis generis, & tertiæ declinationis, ſed de re ipſa per hunc terminum ſignificata, & de viro ſacris initiato, ſive ſit ruralis, plebanus, præmiſſarius, aut capellanus, ſive urbanus, canonicus, aut vicarius.

Concubinæ diffinitio.

PRo ſecundo concubinam ſic diffinio: Concubina eſt vas omnium vitiorum, mulier ſine pudore, beſtia ſine honore, appetens primos recubitus in menſa, primam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſedem in Eccleſia, primatum in balneo & in chorea, ſemper pigra, ſemper plena, rixoſa, criminoſa, ſcabioſa, omnibus odioſa, ſoli Cerbero chara, in fallaciis, tam in dictione quam extra dictionem, optime inſtituta.

Diffinitionis ſuperioris comprobatio.

DIffinitio illa non interimenda, ſed bona exiſtit, cui bonæ diffinitionis conditiones neceſſario accommodantur: præſens eſt huiuſmodi, ergo eſt bona. Et ſi eſſent huius diffinitionis differentię eſſentiales pręter iam recenſitas, volumus, eaſdem in hac patticula, Vas omnium vitiorum, incluſum iri.

Concubinariorum conditiones eſſe multiplices.

TErtio animadverto, diverſas eſſe conditiones ſacerdotum cōcubinariorum. Quidam enim habent corda materna, vulgariter *mutterliche hertzen*, quidam non habent. Primi quidem in duplici ſunt differentia: aliqui enim in ſola vita concubinæ, alii vero etiam poſt mortem. Qui in vita habent molles animos, *mutterliche hertzen*, ſunt qui totam rem domeſticam, omnem ſupellectilem, omnes fructus, omnia iumenta, oves, boves, & vaccas univerſas, inſuper & pecora campi, volucres cœli, & piſces maris, omnem denique pecuniam, & cætera quæque, concubinæ & ejus probatæ perſpectæque fidei

fidei offerunt, tradunt, credunt, & committunt, dicentes: *Liebe Elſz, ich getrauvv dir lijb und gut, dann ich hab dich faſt lieb, dardurch magſt du meine liebe vvol ſpuren, daſz ich dir alle ding in dein gevvalt gebe.* Quia vulneratum eſt cor meum, Canticorum 2. & 5. Et amore langueo, 1. Paralip. 27. Et neſcio, quod tam miſer ſum, miſerabilis, pauper, cæcus & nudus, Apocaly. 3. Cui illa: *Lieber Herr, ich hab euch auch lieb als mijn eigen ehr, unnd mein eigen ſcham*, quia uſque adeo cumulatis honoribus & pudicitia eſt gravata, *als ein krebs mit baumvvollen: (ſie hatte dann ein burde ſtrohs in den hindern geſtoſſen, daſz ihr die âhren nach zotteten.* Non dubitetis, *Ich vvil euch getreuvv ſeyn, vvil zu euvverem ding lugen, beſſer dann alle euvvere freunde.* Ecce videte quid iam feci, domus veſtra ſtetit ſicut horreum, *als ein ſcheuvver*, quando ad vos primum intravi, iam eſt polita & ornata. Quia habuit in abſentia Dominus quinq; antiquas diſtortas vetulas, quę purgaverant undiq; domũ, *vom dreck, kerich, ſpinvveppen*, &c. & ſolum ebiberunt Sacerdoti quindecim menſuras vini. Conſequenter illa: Ecce videte quomodo utenſilia veſtra, quæ prope rubigine periiſſent, ollæ, patinæ, urnæ, ſcutellæ, lavacrum, canthari, lucibuli, &c. (quia cantharum habebat de media menſura, & alium de octali, & parvum lucibulum, quo utebatur dum luderet

alea:

lea : de quibus C.mane cultellus. l.paucum habemus , *VVir haben uns gar verthan.* §. Omnibus obligamur. & l. ſi nihil adeſt. ff. de ceſſione bonorum. l. omnino. ff. de auro & argento ablegato. §.Paupertatis.) Ecce inquam quomodo vibrant, quomodo radiant. *Sehet vvie glitzet der alt Schuſſelkorb, die alten hackmeſſer ſtibl.* Ecce linteamina veſtra quam candida,quę antequam venirem erant immunda , & reſperſa materia prima. Diſpoſuit autem concubina ignorante Sacerdote duas lotrices , quibus dedit vina , panes , rapas , piſa , lentes , lardum & farcimina. ff. de farciminibus. §. conſuetudo eſt. Et ff. ad l. non ſit cura. C. de his quæ notantur infamia. l. non ſumus. l. abſente domino.§ melior. ff. de operis ſervorum. Ubi gloſſa. *Alte vveiber beſchoren, ſeind deſz teuffels iaghorn.* Tali pacto fit coniunctio ſacerdotis & famulæ , concubinarii & concubinæ, inhoneſti & inhoneſtæ , & charitate non ficta. O quam cæcus amor , *Ach vvie groſſe lieb , o du elender Holderlein.* Et ſi quandoque incidunt inter eos lites & bella , quia forte Sacerdos incipit eſſe de via Antiquorum, (vulgariter: *Er iſt der alten vvelt, daſz ihm die hoſen lumlen vvie einem Iacobs Bruder, und ſchlottert ihm das hirn , vvie ſiedent erbſen in einem hafen,)* & concubina credit ſe adhuc eſſe de via Modernorum , id eſt , iuniorum , adeo ut de verbis veniatur ad verbera, ipſa poſt ſolum affla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

afflatum aeris à manu, qua eam fuit percuſſurus, tanquam acriter percuſſa, incipit querulari & eiulare, & ſputo vel aqua maxillas circa oculos humectare. Bonus ille Sacerdos, *der gut fromm ehrbar Herr*, habens cor matris, *ein mutterlich hertz*, mox ſe ad latus eius applicat, & cum ea plorat, dicens: *Schvveig liebe Elſz, es ſol nicht mehr geſchehẽ:* & abſtergit lachrymas ab oculis eius, & eas nonnunquam lingua ſua ſugit vel lingit, dicens, ſe id facere ex pœnitentia, & ex magna charitate, ita ut verificetur illud Apocalyp. 21. dimidiato capitulo: Et iam non erit amplius neque luctus neque clamor, ſed nec ullus dolor, quoniam priora tranſierunt. Mox illa: *Pfaff nein, mir nit alſo. meinſt du daſz ich dir das uberſehe? vvilt du daſz ich bey dir bleibe, ſo muſt du mir in dieſer nechſten meſz einen Lundiſchen rock kauffen. Dann ich höre ſagen, das thuch vverd faſt vvolfeil, oder ein arleſen mantel, oder ein vierfachen ſchleyer, nicht mehr dann fur ſechs gulden.* Et tantum de his, qui in vita materno afficiuntur affectu ad concubinas.

Philippi Beroaldi diræ in maledicam.

HÆc ſi fœcundum concuſſerit improba pectus,
Fuderit & virus vipera lethiferum:
Nulla fides, nec pax, nulla eſt concordia, nec ius:
Nullus amor veteres inter amicitias.

Oderit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Oderit Æacidem Patroclus, Caſtora Pollux,
Ogygiden Tydeus, Theſea Pirithous,
Nec Pythian Damon, Piladē nec amabit Oreſtes,
Nec Siculi fratres pectora fida gerent.
Fraudū mille modos, artes quoque mille nocendi
Hæc habet, & linguam vibrat in excidium.

De Concubinariis poſt mortem etiam (quod ſtultiſſimum eſt) in Gredam ſuam damnabiliter affectis.

VIRGILIO IN HÆC ITEM diſſuadente.

Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit.
Maius agit Deus, atq; opera ad maiora remittit.
Cura tibi, divum effigies templumque tueri.

SUnt vero alii, qui etiam in morte materpaliter ſuis concubinis afficiuntur. De quorum numero fuit quidam ruralis Sacerdos, conſecutus famulam, quæ olim indulgentiarum gratia viſitaverat omnes cellas fratrum mendicantium in Baſilea, quæ poſtea fuit hoſpita mulierum, non virorum, in foro lignorum & equorum, *auff dem holtzmarck und roſzmarkt* in Spira, & in platea vaccarum, *in der kuhgaſſen* in Wormatia. Et lotrix trium burſarum in Heydelberga, ſuper quam nullus requievit, niſi centum quadraginta quatuor millia, &, ut in Apo., duodecim millia ſignati. In Reſponſorio, Omnes gentes.

cum

cum Pſalmo , Laudate eam omnes gentes monachi, clerici & ſtudentes. In Donato ſeptuaginta octo, vel paulo plus. Et in ſymbolo , Quicunque vult. quia caſta eſt. quam nemo rogavit. Et in penultima eiuſdem parte, Reliqui pene omnes. quæ erat *von den groſſen geſchlecht der hurẽ und bubẽ*, cognomine optime merito *ein heerhur* appellata. c. 33 diſt. vidua. ſuper verbo meretrix. c. 45. diſt. diſciplina. Illa inquam præfati Sacerdotis concubina poſt aliquot annos apud eum eſt mortua : requieſcat in pice. Tunc vox in Rhama audita eſt, ploratus & ululatus, & noluit bonus ille Sacerdos conſolari, quoniam non eſt amplius viſa ſuper terram Elſa ſua dilecta: *die hubſche gaffelſtirn*. Cuius Epitaphium eſt:

Hoc iacet ingenua forma Elſa ſepulchro:
Grata fuit Elſa manecultello ſemper.
Qua dum vixit, in rufa tunica ixit.
In rufa tunica. Deus habet ſuum anima.
Qui orat pro ſecum, debes comedere mecum:
Et ſi ſunt is mille, omnes oratis pro ille. Amend.

Et tantum de Sacerdotibus, qui maternum effectum gerunt in fœdas meretrices in vita & in morte , iuxta illud Eſaiæ ante principiũ: Nunquid oblviſci poteſt Sacerdos concubinam ſuam, ut non miſereatur corti uteri ſui? Et reliqua.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

De Concubinariis ordine tertiis, materno amore minime affectis, turpi, ut meruere, meretricio vocabulo, Gredam ſuam inſignientibus.

NUnc de Sacerdotibus, qui non habent uſque adeo molles & effœminatos animos, ſcilicet *mutterliche hertzen.* Qualis fuit quidam Canonicus Herbipolenſis. Cuius cõcubina balneum intrans audivit cæteras Canonicorum famulas ex cognominibus & familiis dominorum ſuorum appellari. Verbi gratia, cum exituræ eſſent balneo, clamabat lotrix pedum, aut fricatrix poſteriorũ: *Langet meiner frauvven vom Schvvartzenvvaldt ein thuch.* Et iterum: *langet meiner frauvven vom Finſterloch ein thuch.* Et rurſus: *langet meiner frauvven von VVeitingen ein thuch.* Canonici vero illius, qui de *Grunbach* erat, concubina nominabatur ſola nomine ſuo Dorothea, neque adiectum fuit. *mein frauvv von Grunbach.* Venit domum, flet, lacrymatur, plangit, ſpretam ſe dicit, ſeſe à domino ſuo nequaquam diligi conqueritur. Is cauſam inveſtigat. Reſpondit illa: Ecce iam in balneo omnes meæ profeſſionis mulieres (*pfaffen kâllerin und Thumbherrn frauvven, das ehrbar geſchlecht*) a Dominorum ſuorum cognominibus meruerunt appellari. his auribus enim audivi: *Langet meiner frauvven von Schvvartzen vvaldt ein thuch. Langet mei-*

meiner frauvven vom Finſternloch ein thuch. Vnd, Langet meiner frauvvē von VVeittinge ein thuch. Ego autem ſola ſicut ſcabellum pedū veſtrorum Dorothea vocata ſum. Reſpōdit Canonicus, quia cor matris non habebat, *ſonder er hatte ein manns hertz:* O beſtia Interrupit illa è veſtigio. *O freylich bin ich di beſte, vvollet ihrs anders glauben.* Proſequitur Canonicus, Ecce bona Dorothea, mate adhuc ſuperſtes eſt, quæ vulgo *Grunbach* appellatur. ſi tu in hoc cognomine cum ea concurres, fieret confuſum chaos: aut enim tu pro matre, aut mater pro concubina mea apud ignaros poſſes diiudicari. Verum ne te omnino defraudem, reſtant adhuc alia duo cognomina. Sum enim Archidiaconus. inde vocor *ein Lands Richter.* Sum & Archipreſbyter. unde vocor *ein Ertzprieſter.* Optionem habeas eligendi, quod vis è duobus, ut aut appelleris à primo, *ein Landshur*, aut à ſecundo, *ein Ertzhur.* Et tantum de his qui materno in concubinas non afficiuntur affectu.

De concubinariis cum honeſtate (ut apud ipſos eſt) deck dich Gred *tenentibus.*

PRæterea conſiderandum, quia quidam putant, ſe habere poſſe cum honeſtate concubinas: (Dicit enim lex, Qui habet unam concubinam, caſte vivit. Infortiatus in ſexta parte decreti. Imo etiam nonnulli ſecundum canones, præcipue in illis diœceſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

us, in quibus annuatim data fuerit collecta, ut ſubſidium charitativum, vulgariter *der milchpfenning, und kindszehend.*) num & nobis licebit abſque formidine de oppoſito cohabitare concubinæ. Unde nuper, ubi ab Epiſcopo in totum clerum collecta impoſita fuiſſet, ſuus vicarius, ſuus officialis, ſuus *friſz gar auſz,* (dico fiſcalis,) circumibant per vicos & plateas, civitates & caſtella, colligentes *den milchpfenning, und kindszehendt.* Venerunt ad quendam pluralem in beneficiis, quem arbitrati ſunt ad minus duas habere concubinas, ut una infirmitatis aut puerperii tempore aliam relevaret. Ipſe autem continuo concubinam ſecum non habebat, *dann er behalff ſich mit der coderey*, hoc eſt, *mit des glockners tochter.* Ad quem fiſcalis: Da Epiſcopo collectã. Sacerdos: Quare? *Friſz gar auſz,* (dico fiſcalis:) Propter concubinam. Sacerdos: Nullam habeo, neque unam habui. *Friſz gar auſz,* (dico Fiſcalis:) Si non habes, diſpone tibi unam, quoniam epiſcopus vult habere pecuniam, & ego etiam partem meam: cum tot habeas beneficia, poſſes vel nobilem educare. Talis fuit quædam *in VViltbaden,* apportans epulas ad menſam, & dicens: Benedicite. Reſpondit quidam, *Gnad Herr:* quia putabat virum eſſe locutum. At illa: *Gnad frauvv vvijt dahinden.* Tum ille verſo vultu ad culum: Hic os præpone, & invenies *ein morgenſupp*, quia prædeſtinatum eſt hoc ab antiquo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

antiquo, ſicut & alia ab æterna præordinat
ſunt, quod ſcilicet in Euangelium tranſlat
ſunt nomina nobilium meretricum, & publ
canorum: ut *Engel.* Ibi, Lucæ 59. Euge ſerv
bone. Et *Peter Beltz,* Marc. 63. in Beelzebul
Et *Heck* in Ioannis 103. ibi, Hæc in Bethani
facta ſunt. Teſte Vergilio: Itur in antiquar
ſylvam. Et in nocte Paſchali, *VVen ſucht ih
hie, ir beſchlepten fravven? Ein alte hur m
einem auge.* Et mox reſponſum eſt, Non e
hic. quoniam concubina ſubtraxit pecunia
vinum exhauſit, frumenta aſportari fecit
ſupellectilia in ſuam ciſtam in alia domo ſ
tam recondidit. Vix *ein alten ſchuſſelkorb
hackmeſſerſtiel, bonenſtroh, ſpôn ſpreuvver
aſchen, ſpindelkorb, rips, raps, keſſel, rinck
federvviſch, beſem, ſchaffthövv, rübeſchnitz
öpffelſchnitz, nuſzlaub, ſchmer, ſchnur, finck
feder, abbrech, eyerſchal, ſpulpletz, federn vo
den hunern,* ſed non *von gänſen,* poſt ſe do
reliquit. ut in authent. vetularum informan
tium & ſeducentium iuvenculas, folio lacc
rato, ſpatio nigro. ff. *zvviſchen pfingſten un
eſzlingen, da der vveg uber die vvijden hang
§. da das teutſch anfacht,* Col. poſt duode
cimam & dimidiam, *als Kulman ſagt, ic
hab anderhalb mutter,* &c.

Philipp

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Philippi Beroaldi cupido.

SVbdolus, impoſtor, mendax, truculentus & aſper,
Blanditis pollens fraudibus atq; dolis.
Hic domitat pecudes, piſces, inſecta, feraſque,
Monticulas Faunos, ſylvicolasque Deos.
Hic mortale genus pharetra ſuccinctus & arcu
Sic face debellat, cœlicolaſque Deos.
Pocula dat dulci circumlita melle: ſed intus
Fel gerit, & largam fundit amaritiem.
Principio iuvat, & mentes demulcet amantum,
Mox ferus exagitat deſpoliatq; rapax.
Divitias lacerat, cum damno dedecus affert,
Emollit mentes, ludificatque ferox.
Diſtrahit, exanimat, cruciat, verſatq; rotatq;,
Carnificusq; trucis fungitur officio.
Improbe amor, quantis mortalia corda fatigas
Curis, & quantis ſæpe cupidinibus?

Doctrinæ experimentales ab inveteratis dierum malorum, iunioribus meretricibus de damno ſacerdotibus inferendo datæ, *da die von Noppenheim gen Altzen ſind kommen,* iuvenes informando ad decipiendos & ſpoliandos Sacerdotes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Fides concubinæ in Sacerdotem prima.

PRima doctrina, *heiſz dir den pfaffen vil flachſz beſtellen*, & facias tibi *ſpinnen* per alias mulieres, & cum portant decem *ſtreng*, clam reſerva novem, & da Sacerdoti Friburgenſi unam pro decima, Tu autem, quæ tibi nent, ſatisfacias de vino, de panibus, de carnibus & farciminibus Sacerdotis. Extra de muliere petulante, l. infunde. §. repletæ ſunt omnes, *die huren ſeyn all voll.* C. in conviviis. ff. de farciminibus & mero collatione quotidiana. *Trag auch eyer auſz inn dem ſpulicht, vvenn dir der Pfaff zu nahe darauff ſihet.* ut ff. de furto. l. meretrix. C. qui alieni iuris ſunt. §. Fryberger. Et ff. de dam. da. c. ſemper.

Fides concubinæ in Sacerdotem ſecunda.

SEcunda doctrina. Quando Sacerdoti pulſatur ad primam & ad veſperas, tunc fingas, tibi pulſatum eſſe ad ſuam cellam vinariam, *und trinck daſz du bavvfellig vverdeſt in vernunfft. So du dann vvilt kochē, ſo ſchlagſt du ein feuvver daſz dir die funcken zu dem halſz auſz ſtieben.* Reveniente vero Sacerdote, dic te extaſim paſſam eſſe, *ſag du ſeyeſt drey ſtiegen abgefallen, daſz dir dein nach-*

baur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

baur Kuntz das maul mit einem huffeiſen auff hab gebrochen.

Fides concubinæ in Sacerdotem tertia.

TErtia doctrina. Si bonus tuus ſacerdos, *der gut einfeltig bretſpieler*, habet famulum 18. annorum, pincernam aut cellarium, bene ſentias cum eodem, ut tibi ollas det vini plenas, quas ſecrete in coquina ſitas habeas. l. caupo. §. merum. & l. Bacchus ff. de potatoribus, & potatricibus. *Seind aber die zapffen abgeſchlagen*, tunc perfora *mit einem kleinen rórlein zvviſſchen dẽ reiffen:* ſi terebello cares, *ſo ſauff oben auſz dem punten mit einem ſtrohalm, oder hencke einẽ ſaubern ſchleyer zu dem punten ein, und truck es darnach auſz in ein kubel, du biſt darumb kein zauberin.*

Fides concubinæ in Sacerdotem quarta.

QUarta doctrina. Habeas arcam ſive ciſtam in alia domo, ad quam nonnunquam aſportes farcimina, *gut lebervvurſt, bratvvurſt,* & ſi quæ ſunt ſimilia, pannos, menſale, mappas, ſcutellas, cantharos, lucibulos, &c. Inſt. de uſucap. §. furtive. & facias tibi amicos de Mammona iniquitatis. ut cum ſacerdos tuus defecerit, recipiant te in ſua conventicula ſatis inhoneſta. ff. de collegiis illicitis, l. ebrietas. §. ſemper eſt. & ut impleantur ſcripturæ Marcolphi, *Auff einem vollen bauch, ſtehet ein frölich haupt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Fides concubinæ in Sacerdotem quinta.

QUinta doctrina. *Lug daſz du dẽ Pfaffen in das hertz kõmeſt, kõmeſt du ihm in das hertz du kõmeſt ihm auch in dẽ ſeckel, da der ſame inn leit, da man die leut mit bezalt. ſo nimb gulden und gelt, vvas du findeſt.* C. de non nu. pec. l. marſupium. & ff. de frigi. & malefi. *in ſeckel, daſz die hundt an ihn ſeichen.*

Fides concubinæ in Sacerdotem ſexta.

SExta doctrina. *Hüte dich vor den Pfaffen die mit kleinen pfrunden groſs gelt ſamlen, die ſind kein fravven mann, und haben nicht mutterliche hertzen.* de quorum numero ſunt avari & parci Sacerdotes, unam recreationem ſemel habẽtes. *das ſind die freyen ſchlemmer, die auff ein mal ein octal vveins, und ein hellervveck verpraſſen,* dicentes: *VVir haben feindtlich gepraſſet, nur auff den bencken, und reckten die fuſz zum fenſter auſz, alſo vol vvaren vvir. Das ſind die freyen pfaffen, die in einem gantzen iar ihren nechſten nachbauvven nit zu einem trunck vveins durffẽ laden.* Quorum ſcilicet Sacerdotum collaria, birreta, caputia in marginibus ſudoribus ſunt infecta, tunicæ vero & pallia ab ante cibi & vini defluxu apparent defœdata, *haben vvie ein ſchultheiſz ein vveinſtraſz fornen am vvammeſz.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Fides concubinæ in Sacerdotem ſeptima.

SEptima & ultima doctrina. *Trenn dem pfaffen ſein futer auſz dem rock, es ſey beltz oder arles, und mache dir ein underrock darauſz. auſz ſeinẽ kappenzipffel mache ein bruſtthuch, und uberrede den tollen fantaſten, er habe ihn auff der kirchvveyhe vergeſſen*, ex ebrietate. C. dignum duximus. *Sie vvaren all vol.* §. in dedicatione. *Item zertrenn ihm ſein chorrock, und mache dir ein hembt darauſz.* & cum ille incipit ſuccenſere, tu mox reſponde: Ematis mihi linum, *ich vvil euch bald ein neuvven haben geſpunnen, ich thet es darumb, daſs ir ein nevven chorrock uberkommet.* O *vveh des chorrocks*, quod ex vinis Sacerdotis per manus aliarum meretricum netur, & in ſeptimum uſque annum emeret *ein gantzen ſchamlot, ein ſcharlach, ein ſammatin ſchaube, ein carmeſin, oder ein ſyden talar.*

Additio ſive Poſtilla ad præfatas doctrinas.

Wann du in eines pfaffen hauſs geheſt, ehe du ohn ſchaden darauſs ſcheideſt, ſo mache die ſchuch unden naſs, und trage zum minſten aſchen an den ſolen herauſs.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Concubinæ cum ruſtico in hæc conducto (*ſacerdote cruciatam agente*) *rurale convivium. ab ea in id vulgare irriſio*: Herr Engers, geht ihr mit den creutzen, *ubi plorandum vobis*, und ſinget nicht?

HAs doctrinas quædam concubina ſe bene didiciſſe putans, cum ſacerdos ſuus in diebus rogationum cum reliquiis, vulgariter *mit den creutzen*, profecturus eſſet, gaviſa de Domini ſui abſentia, vocavit ruſticum quendam quadratum, fortem, potentem & armatum, licet non eſſet de partibus Suitzenſium: mox fidelis illa famula viginti ſex ova & dimidium, ſecundum dictum *kulman in Schnerſsheim*, in patellam butyri plenam incuſſit, & vaſculum ſeptem menſuras vini continens cum dimidio octali, & faciens ipſa magnum hauſtum cum eructatione verbi non boni, cœlum aſpiciens, dixit: *He he, das heiſſet geſchlabutzt, gelt ich geb dirs, laſs bouſen, laſz bouſē, ſo trinckē vvir auſs krouſen, freſſen und ſauffē, es iſt pfaffen gut.* Superveniente mox ex inſperato Sacerdote, ancilla paululum ſtupefacta: *Ey Herr Enders, ich meinet ihr gienget mit den creutzen.* Ad hæc Sacerdos iratus, dixit: *VVie, hur? ich mein es ſey dir uber deine* poſteriora *gangen.* At illa: Non per Deum: ipſe ſolum voluit accendere lumen in mea culina.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Concubinæ à Sacerdote alieno deprehenſæ in concubitu, in Canonicum VVormatienſem & in eius convivas ſcandaloſum reſponſum.

CONcordat lex, cuius caſus eſt Doctor quidam. Prælatus nobilis, habens hoſpites in menſa iam reſidentes, & ſumpto primo cibo, expectabat ſecundum à famula depromi & afferri. cum famula diu differret, impatiens moræ Prælatus feſtinavit ad coquinam, apprehenditque quendam adoleſcentem in foco cum ancilla, ne dicam ſupra. Cui dixit: *VVas iſt das? fahr ſchön, lieber geſell: ſchon mir der häfen, denn ich hab erbare geſt drinnen ſitzen.* Reſpondit raſor: *Mein lieber Herr, ich hab die fuſs hie niden.* ff. de ſtupro. l. meretricum §. fidelia.

Concubinæ in alieno deprehenſæ concubitu, Alexandrina (neſcitur ubi edocta) ſecundum allegata reſponſio.

ET alia quædam nomine Taratantara, olim hic habitans in valle frigida, vulgariter *in dem kalten thal*, poſtea vero fidelis famula (more ſolito) præmiſſarii in *Naſsloch* villula, deprehenſa eſt per Dominum, quoniã amplexata fuit à plebano benedictionis cauſa. proficiat eis in æternum, *Laſs ſie es gott an der ſeelen genieſſen.* Dominus poſtquam vidit, cœpit pavere, tædere, contriſtari, ſudare

ſudare ac contremiſcere, ac ſi febrem tertianam pateretur, & irruit in eam his verbis: *VVas faheſt du an, du alter heſslicher teuffel:* Quæ mox reſpondit: Hanc olim pulchram veteres dixere figuram: Tunc ſcilicet, *ehe ich vvard ein badermagdt, durch alle burſen und marcktſtäll geiagt, und in die ſilberkammer, da die zäum und ſättel inn hangen.*

Concubina in Sacerdotem Spirenſem, propter eandem beneficio privatum, condigna deriſio.

Eiuſdem generis etiam fuit concubina Sacerdotis & plebani in Epiſcopatu Spirenſi, quem ſæpe exhortabatur Clemens Epiſcopus, ut eam abiiceret. Illo differente, cum quæreretur, quando nam beſtiam illam eſſet expulſurus? Reſpondit: Quando cœli movendi ſunt & terra. Epiſcopus contemptum ſe videns, per cenſuras compellere eum ſacerdotem quæſivit: nec profuit monitio, neque citatio, neque aggravatio, neque reaggravatio, neque ſuſpenſio, neque interdictum: tandem ad privationem proceſſum eſt. Confert Epiſcopus beneficium ſacerdoti bono, qui non in ſcortis, ſed in libris delectabatur: mane legebat Pſalmos, & rem divinam faciebat: poſt meridiem lectitabat Franciſcum Petrarcham de vita ſolitaria, Decretum, hiſtorias Bibliæ, homilias Doctorum. Nonnunquam etiam pro voluptate, & ni-

& nihilominus pro utilitate ſua, Vergiliũ in
Georgicis, tractantem de cultu agrorum, de
vinetis, & vineis, de cultu pecorum, & de
apibus. Oblectabat ſe quoque in Catone &
Varrone de re ruſtica, in Palladio de agricul-
tura, & in Ioanne Gerſon de cœlibatu, & in
aliis devotis & utilibus opuſculis, in Lucio
Columella, in Cicerone, & in Oratoribus
atque Poetis, præcipue Chriſtianis, quos
neque divus Hieronymus, neque ſapien-
tiſſimus Auguſtinus ſprevit aut deſpexit. Ille,
inquam, Sacerdos cum ad locum beneficii
res tranſtuliſſet, alter privatus ad Atheſim
ſe parat, vulgariter, *auff die Etſch*, res ſuas
colligens in unam ſarcinam, vulgariter, *in*
ein bundt und reff, fuerat enim antiquus bac-
chans. Cum iam accinctus eſſet itineri, ac-
cerſivit famulam, quam non dubitabat ſe-
cum abituram. At illa, *patſcha pfaff*, mode-
ſtis geſtibus, ut mos eſt meretricum, *die zun-*
gen herauſs geſtreckt, eſels ohren hinden auff-
geſetzt, und ein ſchnall daran geſchlagen, pat-
ſcha pfaff, da du ein pfrund hatteſt, da vvar ich
gern bey dir, ich ſehe dich nimmer an. Tum
ille: *vvauffen, vvauffen*, Suevice: *mordio,*
mordio, Rhenenſium voce: *ceter, ceter*, Er-
phordienſium idiomate: heu me miſerum,
Pſam. 200: Væ, væ, Apocalyp. 80. Ipſa au-
tem nihil omnino miſerta miſerrimi ſacerdo-
tis, ſed ſicut tigris, lamia, leæna, urſa, lupa,
crocodilus inexorabilis, facto ſono cum di-

 gitis,

gitis, denudata oſtendit ei poſteriora, his verbis: *Grüſs mir den alten affen zu Heydelberg, und den voraffen zu Straſsburg.* Sciebat enim ipſa alia multa refugia & diverticula, quia Mus miſer eſt antro qui ſolum clauditur uno. Sententia: *Es vvirdt keine umb eines mannsvvillen zur huren, ie mehr ie beſſer.* Ipſa enim fuit nota, familiariterque coniuncta tribus paſtoribus in villis circumiacentibus, multiſque ſtationariis & monachis terminariis, vulgariter *den Nollbrudern*, in terminis illis caſeos, nuces, farcimina, lardumque colligentibus.

Concluſio reſponſalis: Sacerdotem concubinarium aſininis auribus & ficubus dignum.

Conclusio reſponſiva. Sacerdos concubinarius, qui permittit concubinam ſuam dominari, (ut tactum eſt) non ſolum auribus aſini eſt dignus, ſed etiam eius ficubus, vulgariter *Eſels fygen*, quales Fridericus Barbaroſſa Mediolanenſibus civibus dedit manducandas, propter contumeliam Imperatrici coniugi ſuæ illatam.

Finis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Finis antea dictorum, propter quæ hæc legenda in medium data ſint: Nam ut apud Comicum eſt,

Hæc quicunque leget, ſic puto cautus erit.

HÆc ſunt, eximie Domine Quodlibetariæ, quæ placuit ad hanc minus principalem quæſtiunculam adducere, propter noſtros iuvenes, ut fugiant doloſas meretrices, & ut tandem facti ſacerdotes, ex dominis non efficiantur ſervi, & captivi, fabula vulgi, & mancipia diaboli. Etiam hæc recenſui propter rempublicam, & propter meam privatam utilitatem, ad captandam concubinarum benevolentiam, ut ſi quando in ædes Sacerdotum introiero, ipſis ſatis indevote legentibus miſſam, famulæ parent mihi pinguem offam, & miniſtrent dulcia pocula poculorum. Amend. Dixi.

DISTICHON.

Dæmon non potuit clero mala fundere plura,
Quam quod ei tribuit famulos omni ſine cura.

BAPTISTA MANTUANUS.

FOemineum ſervile genus, crudele, ſuperbum,
Lege, modo, ratione caret, confinia recti
Negligit, extremis gaudet, facit omnia voto
Præcipiti, vel lenta iacet, vel concita currit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Fœmina ſemper hyems, atque intractabile frigus,
Aut canis, ardentes contriſtat ſydere terras.
Temperiem nunquam, nunquam mediocria curat.
Vel te ardenter amat, vel te capitaliter odit.
Si gravis eſt, mœret torvo nimis horrida vultu:
Si ſtudeat comis fieri gravitate remiſſa,
Fit levis, erumpit blando laſcivia riſu,
Et lepor in molli radiat meretriceus ore.
Flet, ridet, ſapit, inſanit, formidat & audet,
Vult; non vult, ſecumque ſibi contraria pugnat.
Mobilis, inconſtans, vaga, garrula, vana, bilinguis,
Imperioſa, minax, indignabunda, cruenta,
Improba, avara, rapax, querula, invida, credula, mendax.
Impatiens, oneroſa, bibax, temeraria, mordax,
Ambitioſa, levis, maga, lena, ſuperſtitioſa,
Deſidioſa, vorax, ganeæ ſtudioſa, palatum
Docta, ſalax, petulans, & dedita mollitiei,
Dedita blanditiis, curandæ dedita formæ,
Iræ odiique tenax. in idonea tempora differt
Vlciſcendi animos. infida, ingrata, maligna,
Impetuoſa, audax, fera, litigioſa, rebellis.
Exprobrat, excuſat tragica ſua crimina voce.
Murmurat, accendit rixas, nil fœdera pendit.

Ridet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Ridit amicitias, curat ſua commoda tantum.
Ludit, adulatur, defert, ſale mordet amaro.
Seminat in vulgus nugax, auditaque linguæ
Auget, & ex humili tumulo producit Olym-
pum.
Diſſimulat, ſimulat, doctiſſima fingere cau-
ſas,
Ordirique dolos. fraudique accommodat ora,
Ora omnes facili caſus imitantia motu.
Non potes inſidias evadere, non potes aſtum
Vincere, tantæ artes, ſolertia tanta nocendi.
Et quanquã videas oculis præſentibus, audet
Excuſare nefas. potis eſt eludere ſenſus
Sedulitate animi. nihil eſt quod credere poſ-
ſis,
Et nihil eſt, quod non, ſi vult, te credere co-
gat.
His facient exempla fidem, &c.

ALIUD.

CVm factor rerum privaret ſemine cle-
rum,
Ad Satanæ votum ſucceſſit turba nepotum.
So vvir ſchon ledig ſeyn von kindern,
Beſcheiſt uns der teuffel erſt mit freunden.
Sprechen die alten Pfaffenhuren.
Quem non decepit ars mulierum?

Cavete ô boni ſocii.

WAs ein pfaff und vvolff thut heiſſen,
Das thut gar ſelten guts ſich fleiſſen.

Hut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Hut dich tochterlein ich komm.
Wilt du dein hauſs behalten ſauber,
Hut dich vor Pfaffen, Munch und Tauben.
Alt Affen, iung Pfaffen, dazu vvild beeren,
Soll niemand in ſein hauſs begeren.
So ſprechen die frechen Pfaffenhuren:
Kutz katz vom zumpffen, du fraſſeſt mir fernt auch einen, ich vvil dir ſonſt ein pfund fleiſch kauffen.

Quo pacto ſit licentianda concubina, hanc concluſiunculam legito.

FIt leve quod ſtulto pellex ſe iungat amanti,
Fit grave quo pacto ſit ſegreganda tibi.
Præceptum tibi do promptum, mihi crede: Reconde
Argentum, Cererem, vinaque; liber eris.

SENTENTIA.

EIn Frauvv ſich bald geſellt zu dir,
Daſs du ihr bald abkompſt, folg mir:
Beſchlieſs dein gelt, auch brot und vvein,
Bey dir kein ſchon vveib lang mag ſeyn.
So bleibt dir vvol dein gut und haab.
Dann vver nichts gibt, iſt bald ſchabab.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Im Thon: Es vvolt ein Megdlein ſpaciren gehn, ſpaciren uber den Brunnen.

P*Ertranſivit clericus*
Durch einen grunen vvaldt,
Invenit ibi ſtantem
Ein Megdlein vvol geſtalt.
Salve mi puella.
Gott gruſs dich Megdlein fein.
Dico tibi vere,
Du muſt mein Bule ſein.
Nolò lieber Herre,
Ihr treibt mit mir den ſpott.
Si vultis me amare,
So halt ich euvver gebott.
Ipſa tulit camiſiam,
Die bein die vvaren vveiſs.
Fecerunt mirabilia,
Da niemand nicht umb vveiſs.
Und da das ſpiel geſpielet vvar,
Ambo ſurrexerunt.
Da gieng ein ieglichs ſeinen vveg,
Et nunquam revenerunt.

Du.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Du haſt vvahr, Hans, vvas hangt dir am backen?

CARMEN AD CLERUM.

DIſce bene, clerice, virgines amare,
Quia ſciunt dulcia oſcula præſtare,
Iuventutem floridam tuam conſervare,
Pulchram & amabilem prolem procreare.

Et ut cognoſcas latius,
So nimb gar eben vvar.
Ludimagiſter fatuus,
Das iſt vveit offenbar,
Se multum ratus amari
Von einem Weiblein ſchôn,
Amore volens cremari,
Hieſs ſie mit ihm heym gehn.
Replentur vini veteris,
Und vvaren guter ding.
Iocus hic fuit celebris,
Gar ſchôn ſie ihn umbfieng.
Non immemor rei ſuæ,
Die ſchantze namen ſie in acht.
Gratulando illi ſuave
Bald ihn zu eim narren macht.
Multos hinc extorquet nummos.
Das iſt ihr aller Art.
Abit & quærit alios.
Lag ihm an ſicher hart,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Nec hunc curabat miſerum,
Dievveil ſie pfenning hat.
Nevit poſt huic linteolum,
Darin geſchrieben ſtaht,
W. V. H. I. M. G.
Erkundts auſzlegen fein,
Sic ſpeculans Poetice,
Das vvar die gattung ſein.
Omne dediſti gaudium,
Weynen und hertzenleydt,
Grave paris cordolium,
Iammer menglich geſpreit.
Non. fuerat autem ita:
W. V. H. Wilt und hert,
Illi prius non audita,
I. M. G. Iſt mein gefert.
Sonabat. mira dicam.
Der gut geſell vvar ein gauch.
Iudæo portat tunicam,
Zvvo deck, den mantel auch:
Vt eam poſſet adire,
Mit ſeckel vvol beſchvvert.
Quo placentur eius ira,
Gar bald er zu ihr fährt.
Ad ipſum ubi venerat,
Da vvar es gar noch nacht.
Ipſa blandiri non ceſſat,
Biſz ſie das geld rauſz bracht.
Mox aperit ſtultus peram,
Wolt ſo gelieben ſich,

Rem

Rem refero vobis veram,
Sie ſprach, halt dich an mich.
In cubiculum ducitur,
Hoffet ein gutten muth,
Subter lectum abſconditus,
Er meynt es vver als gut:
Ecce quidam ingrediens,
Selber er aufſthun kundt,
Manet cum ipſa dormiens.
Dem vvar ſein hertz vervvundt.
Sub lecto iacebat ſpretus,
Sie hatt ein Scherer knecht,
Summis qui viribus fretus,
Macht ein groſz geprecht,
Pauper ſub lecto torquetur,
Durfft reden gantz kein vvort.
Et quis non cruciaretur,
Wo er ſolch ſpiel anhort?
Mane ſurgens hilariter,
Das fravvlein vvar geſcheidt,
Exeunt domum pariter,
Denn er fórcht ſeiner haut.
Interim miſer trepidus,
Saumpt ſich nicht lang im hauſz,
Saltabat prorſus territus
Hinden zum laden auſz.
Nec poſt illam adivit,
Sie hatt das gelt ſchon ein,
Vbi talia reſci vit.
Auch vvolt ſie nimmer ſijn.

Deinde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

)einde totum extortum
Thet ihm gar eben recht
allaciſſimum hoc ſcortum)
'erpraſzt der Scherer knecht.
.uſum cernens ſe & fabulam,
'on dern er vvol gettravvt,
ncepit amare quandam,
.uff die er gentzlich bavvt,
Bonorum cum diſpendio,
Verſchlempt ſein mutter erb,
Erat durans amatio,
Darnach vvard ſie ihm herb.
Repertus it per tegulas,
Er lieff uber die dach,
Amittitque ſuas ſcholas,
Der Teuffel deſz gelach.
Sepoſt caminum abſcondit,
Es vvar ihm gar kein ſchertz,
Vota preceſque ſpopondit,
Erſchrocken vvar ſein hertz.
Fuga ſibi conſuluit,
Das vvar ein faſznacht ſpiel,
Linquat veſtem oportuit,
Ein buler lydt ſich viel.
Amor, dicebat abiens,
Iſt Kartheuſer Orden.
Heu mihi quam fui amens!
Innen bin ichs vvorden.
Quid autem iam dicam clara?
Es vveiſz doch iederman,

Quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quam proba ſit avis rara:
Ach gauch ich fahr davon.
O *Gretula, Katharaque,*
Klein lieb macht groſſes vveh.
Id ſtultus ſenſit utique
Biſzher und furbaſz meh.
Ergo ſapienter dixi,
Ich vviſzt gern vvie der hieſz:
Tamen ſi non ita vixi,
Der ſich nicht narren lieſz,
Eius ego vellem viventis noſcere nomen,
Qui non fœmineæ luſus ab arte foret.
Felix, dives & beatus,
Mag vvol Pfaff Keris ſeyn.
Meo caſu aviſatus,
Laſzt ſolchs, und trinckt gut vvein.
Demum ſibi nunciatur,
VVie eine geſtorben iſt.
Quod deflendo lamentatur.
O todt vvie grimm du biſt!
Et quia favet Helicon,
Schreibt er mit groſſem leyd
Hoc elegans eulogium,
Gott geb ihr evvig frevvd.

E *heu terribili granſſans mors impia vult* V
L *ethifera fixit cuſpide corda tu* A.
S *Orte cadit parili dux & cum* Rhetore *con-ſu* L,
A *ſtra tenens vita, præmia digna tu* aE.

Hic

Hic iacet Elizabet, ſi benefecit habet.
Ein Furſtin ſchôn im Thummelloch,
Ligt leyder todt, und lebet noch
In meinem hertzen gantz ohn end,
Seyt ſie geſcheiden iſt behend.
Alleinig gar verlaſſen ich,
Betrubt und elend iâmmerlich,
Empfinde ietzt den rechten lohn.
Trooſt gebt dem ſie hat vvol gethan.

Ita vixit ille Rector,
Er vvolts nicht anders han,
Vale ſemper bone Lector,
Lug du und ſtoſz dich dran,
Gut geſell iſt Rinckman.

Petri Polandi Laudenburgii, Theologi & Sacerdotis ſæcularis, contra amorem mulierum Diſtichon.

Quicquid amaverimus mūdi, te Chriſto relicto,
Dicimur & mœchis ſimiles, & ovi pereunti.

Contra amorem mulierum, & carnis incentiva, multa remedia inveniri poterunt in optimo libello de Integritate. quem qui carpunt & audiunt, caveant ne caſtitatem Deo gratiſſimam odio habere videantur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

PROGNOSTICA,

Alioquin barbare

PRACTICA PERPE-TUA NUNCUPATA.

AB

ANDREA GARTNERO,

Mariamontano,

Latinitate donata, paucis quibuſdam annexis, quæ in priori lingua non reperiebantur.

Tetraſtichon eiuſdem

ANDREÆ GARTNERI.

Vt ventura ſcias, hæc tu Prognoſtica vera
Perlegito ſapiens, ſcriptaq; falſa fuge.
Vnius nec erunt anni Prognoſtica tantum,
Sed rara ſunt eadẽ tempus in omne ſequens.

DISTICHON

Georgii Gartneri, fratris Andreæ.

Ad riſum, Lector, præſentem perlege chartam.
Qua mundi curſus tempus in omne patet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Honeſto, & circumſpecto viro,

IOANNI GARTNERO,

MARIÆMONTANO,

civi Annæbergenſi, fratri germano ſuo chariſſimo, ANDREAS GARTNERUS Mariæmontanus

S. P. D.

QVotannis quidam ex ſyderum ratione ac motu, terreſtrium metiuntur futuros effectus, idque poſtea literis mandantes, publice omnibus legendum exhibent. Illos autem ſæpiſſime in iudicio ſuo falſos eſſe videmus; adeo quod vulgus nunc illorum ſcripta mendaciorum libellos palam vocitare audeat. Superioribus autem diebus quidam neſcio quis, ſed profecto homo induſtrius, exiguum edidit Opuſculum, quod Prognoſtica recte & Latine vocamus, à Barbaris vero, inepto vocabulo, Practica nuncupatur. Quo libello perlecto, nihil falſi uſquam in eo deprehendere potui, nihilque quod non futurum ſit, invenire licet. Ita bonus ille homo, cuncta, quæ vera ſunt, narrare ſtuduit. Ob id ego, Opuſculum theutonica lingua ſcriptum, latinitate donare volui, ut id ipſum, non Germani tantum, ſed & cæteræ nationes legerent. Pauca etiam ego adieci, quæ prius Opu-

ſculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſculum non continebat. Hæ autem Prognoſtica non tantum præſentis anni ſunt, ſed pluribus imo omnibus ſequentibus, rata & vera futura ſunt. Tu ergo, frater amantiſſime, hæc lege, & iocoſa, quod ſoles, boni conſule: iiſque delectare, & nos redama. Patrem communem perquam amice meis verbis ſalutabis. Bene vale Erfordiæ, Anno 1591.

PRO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

PROGNOSTICA.

CAPUT I.

De Antiquitate.

AUreus numerus hoc anno parvus erit, & modicus apud pauperes.

Multæ futuræ ſunt illo anno tenebræ medio noctis, præſertim tempeſtate.

Scarificare, & ſanguinem minuere, bonum eſt & utile, quoties hominem neceſſitas ad hoc impulerit. Vitanda tamen maxime ſanguinis minutio, quæ fit à ruſticis circa feſta bacchanalia, dum ſuillis farciminibus repleti ſunt.

In Martio, aliiſque temporibus, utilia ſcabioſis balnea, & unguenta, fricatio quoque illis erit non ingrata.

In menſe Iulio vina ex frigidioribus cellariis allata, ſitientibus ſunt iucundiſſima.

In Decembri autem tunicæ, iumentorum pellibus ſuffultæ, ſtomacho, & toti ventri ſunt optimæ.

Mercatores omnibus menſibus, niſi auri argentique virtute ſatis muniti fuerint, in alienas regiones navigare diligenter caveant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

CAP. II.

De Domino huius anni.

Plures, & varii, futuri ſunt anni præſentis domini, quilibet ſuper alium ſeſe extollelere ſtudebit. Scabella ſuper ſcamna aſcendere conabuntur, ſervi ſuper ancillas. Sacerdos quoque, marito poſt ianuam coacto, ſuper fœminam. Et felis ſuper murem præceps ruet. Semperque potentior infirmiori dominabitur.

CAP. III.

De principum valetudine.

Principes, præſenti anno, ſibi caveant à gravibus morbis, tum enim ſani, & bene validi manebunt. Quod ſi minus fecerint, timendum, ubi morbus invaluerit, quoſdam eorum morituros eſſe.

CAP. IV.

De Abbatibus.

Abbates magnam habebunt nobilium familiaritatem ac etiam opem, in evacuandis vaſis vinariis, parum autem contra adverſarios præſidium. Plura præterea Abbates monachis vetabunt, quæ tamen ipſimet licenter & impune acturi ſunt.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

CAP. V.

De morbis vulgi.

Communis plebs, ſi multum auſteri lactis, runaque & ſimilia comederint, & ex huiſmodi eſu, ventris profluvium patiantur, ormidandum eſt, ſi aquam biberint, ne eis enter intumeat, ac in grave periculum incidant, præſertim, ſi indoctum medicum uratorem ſuſceperint.

CAP. VI.

De Frugibus.

Triticum, Siligo, Avena, Ordeum, quicquid ariſtam habet, in rupibus & ſaxis teuiter creſcent. In ſtercoratis autem & bene ultis, copia creſcet omnis generis frumenorũ; ſi Deus gratiam & auxilium ſuum non denegaverit. Non tamen ſemper pari venduntur precio, ſed nunc pluris, nunc minois. Ita etiam cæteræ res in fortunæ rota, nodo aſcendent, poſtea deſcendent, veluti ſervus & ancilla.

CAP. VII.

De vino & cereviſia.

Nihil aut parum vini, horno anno colligetur in ſylva Hercinia. In aliis vero pluribus locis copiam vini dabunt vites, & quidem

ſuaviſſimi, bibituque delectabilis. Multis autem vinum erroneam vitam faciet; fæceſque ſupra & infra egeret. Magnas item diſcordias & ſeditiones Bacchus excitabit: plures de ſedibus, ſcamnis, & ſcalis, præcipitabit. Præterea vinum, magnum calorem, ſed vacuam crumenam, & malas veſtes faciet, maxime, ſi teſſerarum uſus accedat. Cerviſia autem optima erit, ſi nimium aquæ infuſum non fuerit.

CAP. VIII.

De Pomis.

Ceraſorum, æſculorum, prunorum, & huius generis pomorum, abunde ſatis erit hoc anno, in ſuperiori foro Conſtantiæ, & Auguſtæ in foro, cui nomen Berlach, quibus abſumptis, una nocte, alia creſcent quamplurima. Ex horum autem fructuum eſu, homines calculoſi efficientur. Per podicem enim innumeros calculos eiicient. Quæ res ſi invaleſcat, plures mulieres, ut ſuſpicari poſſum, vivæ fodientur.

CAP. IX.

De rapis, raphanis, capis & allio.

Hæc omnia uſque ad ſatietatem, Argentinæ, in macello piſcario reperientur, exili precio. Nemo tamen illis, ultra quam ſatis eſt, veſcatur. Tuſſim enim illa generant, & cre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

crepitum, ſupra & infra, oſculumque eorum, qui hæc comederint, puellæ ſedulo fugient, & horreſcent.

CAP. X.

De Metallis.

Carius erit hoc anno argentum ſtanno, & aurum plumbo. Ferri autem multitudine utentur laminarii, & cultellifices, in conficiendis galeis, thoracibus, gladiiſque & aliis armis. Cuprum quoque precioſum futurum eſt hoc anno, eius enim uſus frequens eſt, & creber, in cudendis monetis.

CAP. XI.

De equitibus, peditibus, ac cæteris militibus.

Milites & equites haſtarum ludo, exercitatione, iocum quærent. In venationibus faventem habebunt fortunam plerique eorum: multos cuculos capient, vitamque ſuam ita inſtituent, rebuſque ſuis provide conſulent, ne aliquis caupo debitor eorum maneat.

CAP. XII.

De Magiſtris artium, Scholaſticis, Diſcipuliſque ſtudentibus.

Illi iucundam, hoc anno, vitam ducent, ludo venereo, propter vini copiam. Eorum autem multi, magnam patientur pecuniæ penu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

penuriam. Ita tamen vivent, quod magis anxii erunt ipſorum creditores, quomodo pecuniam debitam extorqueant, quam ipſi, quomodo ſolvant. Secure poſſes apud eos ſcientiam deponere. Nemo enim eam apud hoſce quærere conabitur: nec ipſi curioſe, quid ſcientiæ apud ſe depoſitum ſit, inveſtigabunt.

CAP. XIII.

De cantoribus, amatoribus, fiſtulatoribus, aurificibus, & pictoribus.

Hi omnes magnam erga mulieres habebunt fortunam, in latere, quo loculus pendet: ſuſpicabunturque ſe bonam habere caudam, & inter pocula de magnis rebus gloriabuntur, ubi res falli non poteſt. Plagam autem Urbani, quæ aſſidua apud eos verſatur, cavere vix poterunt.

CAP. XIV.

De religioſis.

Sacerdotes diligentes erunt in ſacra æde, quando preſentibus multi nummi numerantur, quos poſtea cum ancillulis conſument. Quidam maximo deſiderio, hyeme expectabunt, adeo quod Martini feſto, quo pecunias levant, Pentecoſtes cupient celebrari. Gregem ſibi commiſſum maxime amabunt,

plus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

lus tamen oves, quam arietes. Religioſi fratricelli, demiſſi erunt, & ſupplices, erga ruſticos, multoſque caſeos venabuntur, ſi modo blanda valebunt verba.

CAP. XV.

De mulieribus & virginibus.

Mulieres & virgines debiles erunt, & brevis memoriæ, & prolixorum crinium. Uxores, hoc anno, communiter viris ſuis imperitabunt, maritiſque multa (quanquam non omnia de Deo) concionabuntur. Meretrices vetulæ bonæ, imo optimæ erunt amaſiorum internunciæ. Præterea, de quibuſdam magna erit ſuſpicio, quod ſint honeſtæ, aut etiam virgines, quibus fit iniuria, libenter tamen hanc ſuſpicionem paſſuræ ſunt.

CAP. XVI.

De mulierum infirmitatibus.

Menſe Maio, cum ſanguis in homine renovatur, quaſdam mulieres pruritus vexabit. Pro remedio autem illius morbi, viri illis ſcarificare debent infra umbilicum. quod ſi non profuerit, ungendæ ſunt infra caput & maiorem pedicam querno baculo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

CAP. XVII.

De vetulis viris.

Viri vetuli, in corde magnum erga mulieres affectum habebunt, ſed parum damni dabunt, quoniam eorum braccatus ſocius militiam recuſabit, &c.

CAP. XVIII.

De communi plebe.

Calcearii, ſartores, pelliones, opificeſque reliqui, & propolæ, multa mentientur, & hæc lucri cauſa facturi ſunt. Nulli autem tam ſtolidi erunt, quin libentius lucrifacerent, quam quod damnum paterentur. Pecuniæ tamen penuria, hoc anno, multas emptiones impediet. Pecunia etiam inæqualiter inter homines, præſenti anno, dividetur.

CAP. XIX.

De variis nationibus.

Ungari & Sarmatæ, ſeu Poloni, plura bella hornotino habebunt anno, quia magnorum pediculorum erit frequentia. Miſnenſes, Turingi, & Saxones, parva pocula faſtidient, modicumq; cerevifiæ vitabunt uſum. Communis populus Herbipolenſis minus pecuniæ hoc anno habebit, quam Canonici. Suevi, & Bavari, bene habebunt, quia multa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

multa pira hoc anno torruerunt.

CAP. XX.

De civitatibus.

Norimbergenſes, inæquales & varias habebunt emptiones: Centuſſis enim ceræ plubis vendetur, quam centuſſis axungiæ. Augustani & Ulmenſes, magnam habebunt familiaritatem. Sed Urbani plaga, hoc eſt, ebrietas, frequens apud eoſdem futura eſt. Conſtantia multas habebit afflictiones propter murium gliriumque multitudinem. Tubingæ modicum pecuniæ cito conſumetur. In omni autem loco melius divites habebunt, quam pauperes.

CAP. XXI.

De populi ſeditionibus.

Poſt Kalendas Februarii, magna futura eſt populi ſeditio. Tunc enim ſtultorum infinitus erit numerus. Poſtea in Aprili, proxima die poſt paraſceven, ingens erit ſanguinis & cruoris effuſio: capelli, & hœdi quam plurimi, mortui, in ſanguine iacebunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

CAP. XXII.

De quorundam hominum penuria.

Magna erit Sacerdotum penuria, adeo quod quidam tria, quatuorve, aut plura, habebunt Eccleſiaſtica officia. Penuria etiam erit nobilium: nam & ruſtici conabuntur nobiles efficere. Erit præterea penuria in Iudæis, quia & Chriſtiani uſuram & fœnus exercere ſtudebunt,

CAP. XXIII.

De inimicitiis.

Ingentes erunt inimicitiæ, inter laicos & clericos, inter ruſticos & nobiles, inter Theologos & Poëtas, inter probos & improbos, qui omnes inter ſe tunc reconciliabuntur, cum quis balneatorem invenerit, qui nunquam ſudaverit, mangonem, qui nunquam mentitus fuerit, aut carbonarium, qui nunquam niger factus fuerit, vel cum quis duos montes propinquos ſine valle oſtenderit. Tum demum profecto firma inter prædictos erit amicitia.

CAPUT ULTIMUM.

Generaliter complectens quoſdam futuros effectus huius animi.

Dies quibuſdam plus æquo breviores videbun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ebuntur, & nox longa, quibus mentitur mica, dieſque longa videbitur opus debenibus, & piger annus pupillis, quos dura remit cuſtododia matrum. Mercenarios æpe hoc anno capiet laboris tædium. Utiius erit pecuniam accipere quam dare. Meius erit equitare, quam pedibus vadere. Qui vinum non habebit, aquam bibere non ſpernet. Coniuges tam diu inter ſe pacem habebunt, donec litigare inceperint. Multi præſenti anno, nocte libentius ſe in lectum reponent quam mane ſurgant. Nigræ vaccæ album lac præbebunt. Non minus divites, hoc anno, quam pauperes, morientur. Plura adhuc vobis, quæ futura ſunt, enarraſſem, ſi Pythagoras ſilentium non indixiſſet. Valete.

Spes mea Chriſtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

MONOPOLIUM PHI-LOSOPHORUM,

Vulgo,

Die Schelmenzunfft.

Alias collegium, ſeu ſecta ftaternitatis & congregationis ſecurorum & bonorum ſociorum.

Ad conſervatores fraternitatis, brevis Præfatio.

RES utique grandis tractanda eſt, non unius hominis, non civitatis, non regiminis, ſed communitatis, uſque adeo dilatatæ, ut non arbitremur, ſub ſole eſſe gentem, quæ non ſuos habeat, qui iugo huius fraternitatis ſeſe liberos vaticinari audeant. Viſum eſt igitur primum originem huius Sectæ & Collegii declarare, & nominis cauſam, deinde Regulas ſubiungendo, leges fructuoſiſſimas ponere,

Ut igitur promiſſioni paululum ſatisfiat, inprimis memoriæ commendandum venit, quod verum noſtræ ſectæ nomen (ut propriis utar vocabulis) eſt, Secta ſecurorum. Securi nimirum dicuntur, quaſi ſemoti à cura. non enim curant amplos conſequi & amplecti

plecti honores. Sunt enim tardi de menſa, tardi de lecto, tepidi ad Scholam, pigri ad eccleſiam, ut habetur ff. de potatoribus. l. infunde. §. repleti ſunt omnes.

Nunc ad ſecundum, iter arripio, regulas ponendo, quia humana fragilitas rectum vivendi tramitem facile deſerit. Hinc eſt, qnod ex officio vobis credito & commiſſo incumbit, ut omnes confratres noſtros ad regulas ſequentes, & ad prædeceſſores noſtros, revocare curetis, &c.

REGULA I.

Prima huius Collegii Regula eſt, vivere ſine Regula, menſuram bibere ſine menſura, modus edendi ſine modo. l. paraſitus. ff. de collegiis illicitis. §. crapula.

REGULA II.

Sub pœna inhabilitatis omnes fratres ſic vivant, ut ſemper aliis obligati ſint, utque creditores maiorem habeant anxietatem, quo pacto exolvantur, quam ipſi debitores, qualiter ſatisfacere creditoribus poſſint. Nec ſit facultas creditori debitum expoſcere. l. pactum habemus. l. omnibus obligamur. C. de ſolutionibus.

REGU-

REGULA III.

Nemo fratrum ſit, qui non plus conſumat die Dominico, quam tota ſeptimana recuperet. Reditus quoque anni ſequentis, anno præcedenti ſint conſumpti.

REGULA IV.

Nemo fratrum ſub pœna ſuſpenſionis circa vina cogitet de emendis cenſibus perpetuis, vel ad vitam, ſed potius vendat vina, antequam in vaſa fuerint recepta.

REGULA V.

Vendat plauſtra fœni, tritici, ſiliginis, avenæ, priuſquam in horrea ſint deducta. l. neceſſitas aſtricta. ff. de negotiis geſtis.

REGULA VI.

Nemo etiam ſit, quin poſt prandium dormiat, ut ſero expeditius vigilare poſſit, & vacare potibus uſque ad horam conſuetam, id eſt, 12. aut extra, ſub libello repudii. l. & concubinatus. ff. noſtrum matrimonium. §. non ordine ſervato.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

REUULA VII.

Sub libello repudii, ſtrictiſſime mandamus, & declarationis noſtræ eſt, ne aliquis noſtræ communitatis, domus ſuæ procuret ornatum, ita ut quilibet pronior ſit, decem elargiri denarios pro menſura vini, quam obolum pro ſcopa. Deſint pulchra menſalia, magnæ ollæ, patinæ, urnæ, ſcutellæ, lavacrum: quæ ſi habeantur, raro laventur, niſi per flatum oris, aut ſubductu-ram tunicæ.

REGULA VIII.

Idem de vitris,. aut cantharis, erit iudicium, quæ tamen unuſquiſque apud ſe habeat potius, quam Biblia, aut Codiecm Iuſtinianæum.

REGULA IX.

Et ſi caſu veniet amicus, ipſe expers pecuniæ, cantharum impignorare non ceſſet, & in olla vinum adferat, ut habetur C. de manibus raro lavandis, c. longis ungulis, pediculis deſuper contextis. ff. conſuetudo corrupta. §. ad legem familiam incorrectam. C. de his, qui notantur infamia. l. turpe eſt. c. ſemper optavi mihi.

REGU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

REGULA X.

Prohibemus ſingulis, ſternere lectulos ſuos, niſi noctis ſilentio, hoc eſt, duodecima hora, ſic, quod prima nocte, in medio lecti altera, altera in latere dextro, tertia in ſiniſtro, ſomno ſe committant, & binignitate privilegiorum noſtrorum fruantur, ita, ut cuilibet ſit indultum, hyemis tempore, veſtibus non exutis, dormire, ne ſomno peracto induere ſe oporteat. ff. de accidia. C. tædioſo tempore. c. inebriati ſunt. Sic & licitum illis, lectiones in ſcholis, ut conſuetum eſt, negligere. c. conſuevimus. Si tamen ſe exuat quiſquam, tantus ſit fœtor pedum & caligarum ſpurcities, ut nemo, niſi huius ſectæ frater, fœtoris aërem pati valeat. c. unus ex vobis, non lavans pedes in æternum. ext. qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

REGULA XI.

Caveat quilibet, ne in æſtate ligna arida ad futuram hyemem diſponat, ſed potius per hyemale tempus, ter aut quater recentia & viridia ligna emat, quæ non niſi ſtramine ex lecto recepto incendantur.

REGULA XII.

Item de luminibus, ne talentum ſimul, ſed quantum pro denario emere cogitet. ff. de certis ſtraminibus. §. longi generantur pediculi. C. de potatoribus. l. mane. §. filio.

REGULA XIII.

De veſtibus hoc placet, ut per eas noſtri ſequaces præ cæteris hominibus dignoſcantur, ſcilicet, ut birreta, & caputia, in marginibus, ſudoribus ſint contexta, tunicæ vero & pallia, ab ante cibi & vini defluxu appareant defœdata.

REGULA XIV.

Nemo etiam noſtræ fraternitatis ſordes & immundicies in oris veſtimenti, manibus evellere curet, ſcilicet potius forcipe abſcindat, nec plumas abiiciat, nec veſtes diruptas ſeu laceratas reſarcire ſtudeat.

REGULA XV.

Et, ſi alicui neceſſitatis cauſa equitatum ire placuerit, non curet calcar dextri pedis ſiniſtro, & vice verſa ſiniſtri pedis dextro adaptare, nec caput ſellæ ad caudam equi iungere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

REGULA XVI.

Nec curet in ſacco appenſo panes, molles caſeos, nuces, botros, vitra, candelas, cruſibulos, calceos, & libros, per longum iter ſecum deportare. ff. de præmeditationibus. c. nulla meditatio mea eſt. Addere debes, Inſtitu. corpore vitiatus. c. equitant. 11. d. 1. c. inepte. Inſtitu. de ludibriis hominum. Hi ſunt de domibus leproſorum. c. videntur, &c. Inſulæ, &c. ſequeſtrantes à via veritatis. l. nolumus ordinem & ritum.

REGULA XVII.

Noſtros decet Philoſophos expertes eſſe omnis curæ & ſolicitudinis, nec non providentiæ, ut minima ſit eis cura, qualiter incedant, videlicet, birreto everſo, parvo caputio, diſperſis crinibus, plenis pennis.

REGULA XVIII.

Nec etiam refert, ſi mane dicant ſibi obviantibus, Bonum ſero, vel, vice verſa, ſero dicant, Bonum mane.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

REGULA XIX.

Nihil interſit, ſi cantharus, libri, caſeus, caputia, charta, taxilli, pecten, calcei, femorale, birretum, caligæ, faciletum, in eadem menſa, lecto, vel ſcamno, confundantur.

REGULA XX.

Nec ſit cura, an domus aperta ſit, vel clauſa, munda ſit vel ſordibus plena, dummodo ſolum ianua præ ſordibus, & immundis pulveribus, poſſit aperiri.

REGULA XXI.

Laudandus inſuper eſt, qui hic claves, cultellos, chartas, alibi vero birretum, caputium, vel aliud relinquat, calceos quoque geſtet, inferius ruptos, ſuperius clauſos.

REGULA XXII.

Item libertatem, quod iterum de benignitate eſt noſtrorum ſtatutorum, damus, ſi quando quiſquã in pecunia deficit, cappam, pulvinar, lectum, & alia, quæ pignori eſſe poſſunt, apud cauponẽ, piſtorem, carnificem, aut hoſpitem impignorare, vel etiam, ſi quis caducam pecuniam habens, quæ forte repelle-

pelleretur , valeat eam illuminare. ff. ſempe ludimus. §. de falſariis monetarum.

CONCLUSIO.

Poſtremum, fratribus, has regulas diligenter obſervantibus, indulgentias, pro habitis laboribus, piiſſime denunciamus, & in hoc ordine bene valere iubemus, ſi poſſunt.

MAR-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

MARCOLPHUS

Hoc eſt :

DISPUTATIONES,

Quas dicuntur habuiſſe inter ſe mutuo

Rex SALOMON ſapientiſſimus,

&

MARCOLPHUS, facie deformis & & turpiſſimus, tamen, ut fertur, eloquentiſſimus.

Latinitate donata, & nunc primum animi & falſi leporis gratia edita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

SALOMONIS ET MARCOLPHI

DISPUTATIONES.

CUm ſederet Salomon ſuper ſolium David patris ſui, plenus ſapientia, & divitiis, vidit quendam hominem, Marcolphum nomine, qui ab Oriente nuper venerat, facie turpiſſimum, & deformem: & tamen eloquentiſſimum. Uxor eius erat cum eo, quæ nimis erat terribilis, & ruſtica. Cum eos ambos conſpectui ſuo pariter exhiberi iuſſiſſet: ſtabant ambo ante eum, ſe mutuo conſpicientes. Statura itaque Marcolphi fuit brevis, & groſſa: caput habuit grande: frontem latiſſimam, rubicundam & rugoſam: aures piloſas, & uſque ad medium maxillarum pendentes: oculos groſſos, & lippoſos: labium ſubtus minus quam caballinum: barbam ſordidam & fœtoſam quaſi hirci: manus truncas: digitos breves & groſſos: pedes rotundos: naſum ſpiſſum & gibboſum: labia magna & groſſa: faciem aſininam: capillos, veluti ſunt hircorum: calceamenta pedum eius ruſtica erant nimis: pannitioſa atque lutoſa pellis: curta tunica uſque ad nates: caligæ repagulatæ: veſtimenta eius coloris turpiſſimi erant. Uxor quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quoq; eius erat puſilla, & nimis groſſa, cum groſſis mammis: comam habebat ſpinoſam ſupercilia longa fœtoſa & acuta, quaſi dorſum porci: barbam ut habet hircus: aures aſininas, oculos lippoſos, aſpectum colubrinum, carnem rugoſam & nigram: & maſſa de plumbo ornabat groſſas mammas eius: digitos habebat breves, ornatos anulis ferreis: nares habebat valde grandes: tibias breves & groſſas, in modum urſæ piloſas: tunica eius erat piloſa, & dirupta. de tali quidem muliere quidam iuvenis hos dixit verſus:

Fœmina deformis tenebrarum ſubdita formis,
Cum turpi facie tranſiit abſque die.
Et mala res multũ, turpem concedere cultum,
Sed turpis nimium turpe ferat vitium.

REx vero Salomon cum eos conſpexiſſet, ſic exorſus eſt, dicens: Qui eſtis? & unde eſtis? quod eſt genus veſtrum? Marcolphus reſpondit: Dic tu nobis prius genealogiam tuam, & patrum tuorum: & tunc indicabo tibi genus noſtrum. *Salomon*: Ego ſum de duodecim generibus Prophetarum. Iudas genuit Phares. Phares genuit Eſron. Eſron genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naaſon. Naaſon autem genuit Salmon. Salmon genuit Boos. Boos genuit Obeth. Obeth genuit Iſai. Iſai genuit David regem. David autem rex genuit Salomonem. Et ego ſum Salomon rex. Marcolphus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

phus reſpondit: Ego ſum de duodecim generibus ruſticorum. Ruſticus genuit Ruſtam. Ruſta genuit Ruſtum. Ruſtus genuit Ruſticulum. Ruſticulus genuit Tarcum. Tarcus genuit Tarcol. Tarcol genuit Pharſi. Pharſi genuit Marcuel. Marcuel genuit Marquat. Marquat autem genuit Marcolphum. Et ego ſum Márcolphus follus. Uxor mea eſt de duodecim generibus Lupicanarum. Lupica genuit Lupicam. Lupica genuit Lupidrag. Lupidrag genuit Boneſtrung. Boneſtrung genuit Boledrut. Boledrut genuit Bladrut. Bladrut genuit Lordam. Lorda genuit Curtam. Curta genuit Curtellam. Curtella genuit Policam. Polica genuit Policanam. Et hæc Policana uxor mea. Salomon dixit: Audivi te eſſe verboſum & callidum, quamvis ſis ruſticus, & turpis Quamobrem inter nos habeamus altercationem. Ego te interrogabo: tu vero ſubſequens reſponde mihi. Marcolphus reſpondit: Qui male cantat, primo incipiat. *Sal.* Si per omnia poteris reſpondere ſermonibus meis, te ditabo magnis opibus, & nominatiſſimus eris in regno meo. *Mar.* Promittit medicus ſanitatem, cum non habet poteſtatem. *Sal.* Bene iudicavi inter duas meretrices, quæ in una domo oppreſſerant infantem. *Mar.* Ubi ſunt aures, ibi ſunt cauſæ: Ubi mulieres, ibi parabolæ. *Sal* Dominus dedit ſapientiam in ore meo, cum nullus ſit mihi ſimilis in cunctis finibus terræ. *Mar.* Qui ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

los vicinos habet, ſe ipſum laudat. *Sal.* Fugit impius, nemine ſubſequente. *Mar.* Quando fugit capreolus, albeſcit eius culus. *Sal.* Bona mulier, & pulchra, ornamentum eſt viro ſuo. *Mar.* Olla plena cum lacte, bene debet à cato cuſtodiri. *Sal.* Mulier ſapiens ædificat ſibi domum: Inſipiens conſtructam deſtruit manibus. *Mar.* Olla bene cocta melius durat: & qui mundum diſtemperat, mundum bibit. *Sal.* Mulier timens Deum, ipſa laudabitur. *Marcol.* Catus cum bona pelle, ipſe excoriabitur. *Sal* Mulier pudica eſt multum amanda. *Marcol.* Lacticinia ſunt pauperi retinenda. *Sal.* Mulierem fortem quis inveniet? *Marcol.* Catum fidelem ſuper lac quis inveniet? *Sal.* Nullus. *Marcol.* Et mulierem raro. *Sal.* Mulier formoſa & honeſta retinenda eſt ſuper omnia deſiderabilia dona. *Marcol.* Mulier pinguis & groſſa eſt largior in dando viſa. *Sal.* Bene peplum album in capite mulieris. *Marcol.* Scriptum eſt enim: Non ſunt talia manicæ quales pellicia. ſub albo peplo ſæpe latet tinea. *Sal.* Qui ſeminat iniquitatem, metet mala. *Marcol.* Qui ſeminat paleas, metet miſerias. *Sal.* Doctrina & ſapientia debet in ore ſanctorum conſiſtere. *Marcolph.* Aſellus ſemper debet eſſe ubi ſe paſcit: & ubi paſcit unam plantam, quadraginta reſumit: ubi cacat, ibi format: ubi mingit, ibi rigat: ubi ſe volvit, frangit glebas. *Salom.* Laudet te alienus. *Marcolph.* Si me ipſum vituperavero, nulli

unquam

unquam placebo. *Salom.* Multum mel ne cō-edas. *Marcolph.* Qui apes caſtrat, digitum ſuum lingit. *Salom.* In malevolam animam non intrabit ſpiritus ſapientiæ. *Marcolph.* In lignum durum dum mittis cuneum, caveas ne incidat in oculum. *Salom.* Durum eſt tibi contra ſtimulum recalcitrare. *Marcolph.* Bos recalcitroſus pungi debet vicibus binis. *Salom.* Erudi filium tuum, & ab infantia doce eum benefacere. *Marcolph.* Qui ſuam mulget vaccam, de lacte ſæpe manducat. *Salom.* Omne genus ad ſuam naturam revertitur. *Marcolph.* Mappa digeſta, revertitur ad ſtuppam. *Salom.* Quicquid novit, loquitur Iudex iuſtitiæ & veritatis. *Marcolph.* Epiſcopus tacens, efficitur oſtiarius. *Salom.* Honor exhibendus eſt Magiſtro, & virga timenda. *Marcol.* Qui ſuo Iudici ſolet ungere buccam, ſolet macerare ſuam aſellam. *Salom.* Contra hominem fortem & potentem, & aquam currentem, noli contendere. *Marcolph.* Vultur ſcoriat duram volucrem, plumatque pellem. *Salom.* Emendemus in melius, quod ignoranter peccavimus. *Marcolph.* Quando culum tergis, nihil aliud agis. *Salom.* Blandis perſuaſionibus noli decipere quenquam. *Marcolph.* Per ingenium manducat qui manducantem ſalutat. *Salom.* Cum homine litigioſo non habeas ſocietatem. *Marcolph.* Merito hunc manducent ſues qui ſe miſcet inter furfures. *Salom.* Multi ſunt, qui verecundiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

habere neſciunt. *Marcolph.* Vivunt cum hominibus qui ſimiles ſunt canibus. *Salom.* Multi ſunt, qui benefacientibus reddunt mala pro bonis. *Marcol.* Qui alieno cani panem ſuum dederit, mercedem non habebit. *Salom.* Non eſt amicus, qui non durat in amicitia. *Marcol.* Merda de vitulo non diu fumat. *Salom.* Occaſiones multas quærit, qui ab amico recedere velit. *Marcol.* Mulier, quæ non vult conſentire, dicit, ſe ſcabioſum culum habere. *Salom.* Sermo regis debet eſſe immutabilis. *Marcolph.* Cito tædium habet, qui cum lupo arat. *Salom.* Radices raphani boni ſunt in convivio, ſed fœtent in conſilio. *Marcolph.* Qui raphanum manducat, ex utraque parte tulit. *Salom.* Perit auditus, ubi non vigilat ſenſus. *Marcolph.* Perdit ſuam ſagittam, qui tripum ſagittat. *Salom.* Qui avertit aurem ſuam à clamore pauperum, ipſe clamabit, & Dominus Deus non exaudiet vocem ſuam. *Marcolph.* Perdit lacrymas ſuas, qui coram iudice plorat. *Salom.* Surge Aquilo, & veni Auſter, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius. *Marcolph.* Quando fluit Aquilo, ruit alta domus: & qui habet herniam, non eſt bene ſanus. *Salom.* Mortem & paupertatem celare noli. *Marcolph.* Qui celat herniam, creſcunt ſibi maiora. *Salom.* Cum ſederis ad menſam divitis, diligenter inſpice quæ apponantur tibi. *Marcolph.* Univerſa miniſtratio per ventrem dirigitur, & in ventrem vadit. *Salom.*

Quando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quando ad menſam ſederis, cave ne prior comedas. *Marcolph.* Qui in altiori ſella ſederit, ipſe primum locum tenet. *Salom.* Si fortis ſupervicerit imbecillem, univerſam ſubſtantiam domus eius aufert. *Marcol.* Bene videt catus cui barbam lingit voluntariam. *Salom.* Quod timet impius, veniet ſuper eum. *Marcolph.* Qui male facit & bene ſperat, totum ſe fallit. *Salom.* Propter frigus piger arare noluit: mendicabit autem, & nil dabitur ei. *Marcolph.* Nudum culum nemo ſpoliabit. *Salom.* Studium reddit magiſtrum benevolum. *Marcol.* Aſſuetæ manus currunt ad caldarium. *Salom.* Proiiciendi ſunt à conſortio bonorum litigioſi & garruli. *Marcol.* Domina irata, fumus, & fracta patella perforata, damnum ſunt in caſa. *Salom.* Pro amore Dei, omnis dilectio eſt adhibenda. *Marcolph.* Si amas illum qui te non amat, perdis amorem tuum. *Sal.* Ne dicas amico tuo, vade, cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis ei dare. *Marcol.* Ad tempus faciam, dicit, qui non habet aptum utenſile. *Salom.* Crapulatus à vino, non ſervat tempus in eloquio. *Marcol.* Culus confractus non habet dominum. *Salom.* Multi concupiſcunt divitias habere, cum ſint in paupertate detenti. *Marcolph.* Prande quod habes, & vide quid remaneat. *Salom.* Multi ſunt, qui famem ſuſtinent, tamen ſuſtinent uxores. *Marcol.* Miſer homo panem non habebat, & tamen canem ſibi comparabat.

Salom. Stulto reſponde ſecundum ſuam ſtultitiam, ne videatur ſapiens. *Marcolph.* Petra quid audivit cui reſpondit quercus? *Salom.* Ira non habet miſericordiam, & ideo qui per iram loquitur, comparat malum, ſeu perpetrat. *Marcol.* Ne dicas amico tuo malum iratus, ne poſtea pœniteatis placatus. *Salom.* Os inimici non loquitur veritatem: nec verum labia eius perſonabunt. *Marcol.* Qui te non amat, ipſe te non diffamat. *Salom.* Quod ſatis eſt dormi. *Marcol.* Cui licet, & non dormit, pigritia nocet illi. *Salom.* Satietate repleti ſumus; referamus Deo gratias. *Marcolph.* Iubilat merulus, reſpondet graculus, non æqualiter cantant ſaturatus & ieiunus. *Salom.* Manducemus & bibamus; omnes enim moriemur. *Marcol.* Sic moritur famelicus, ſicut & refectus. *Sam.* Quando homo herpat, non poteſt paralogizare. *Marcol.* Quando canis cacat, non poteſt latrare. *Salom.* Satiata eſt iniquitas ventris; nunc eamus dormitum. *Marcol.* Tornat, retornat, male dormit qui non manducat. *Salom.* Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus, noli deſpicere. *Mar.* Quod habet caſtratus, dat vicinæ ſuæ. *Salom.* Ne gradieris cum homine malo vel litigioſo, ne forte ſentias malum propter eum, vel periculum. *Marcolph.* Apis mortua non cacat mel. *Salom.* Si cum homine callido vel malevolo amicitiam firmaveris, magis tibi adverſabitur, quam auxilium præſtet. *Marcolph.*
Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Quod lupus facit, lupæ placet. *Salom.* Qui ante reſpondit quam audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat. *Marcol.* Quando te aliquis pungit, ſubtrahe pedem tuum. *Salom.* Omne animal ſimile ſibi eligit. *Marcol.* Ubi fuerit caballus ſcabioſus, parem ſibi ſimilem quærit, & ſic ſe invicem ſcalpunt & confricant. *Salom.* Bene facit animæ ſuæ, ubi eſt homo miſericors. *Marcol.* Magnam domum deſpicit, qui ſe ipſum non cognoſcit. *Salom.* Qui fugit lupum, obviat leoni. *Marcol.* De malo in malum; de coquo ad piſtorem. *Salom.* Cave ne quis faciat tibi malum, ſi autem fecerit, noli ei facere. *Marcol.* Aquæ non currenti, & homini tacenti, credere noli. *Salom.* Non omnes omnia poſſunt. *Marcol.* Scriptum eſt in caſibus: qui non habet equum, vadat pedibus. *Salom.* Puer centum annorum maledictus erit. *Marcol.* Tarde eſt, veterem canem mittere in ligamen. *Salom.* Multũ habenti dabitur, & abundabit. *Marcol.* Væ homini qui non habet panes, & habet parentes. *Salom.* Væ viro duplici corde, & duabus viis incedenti. *Marcol.* Qui duas vias vult ire, & culum & bracam debet rumpere. *Salom.* Ex abundantia cordis os loquitur. *Marcol.* Ex ſaturitate ventris triumphat culus. *Salom.* Duo boves trahunt æqualiter ad unum iugum. *Marcol.* Duæ venæ æqualiter vadunt ad unum culum. *Salom.* Mulier pulchra, eſt à viro ſuo amanda. *Marcol.* In collo eſt alba ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

columba, in culo nigra, & hirſuta ut talpa. *Salom.* In tribu Iuda nimia eſt cogitatio mea, ut Deus patris mei principem me conſtituit populi ſui. *Marcol.* Cognoſco mappam, quia de ſtuppa facta eſt. *Salom.* Neceſſitas facit hominem iuſtum peccare. *Marcol.* Lupus apprehenſus, & in cuſtodia poſitus, aut cacat aut mordet. *Salom.* Sufficeret mihi temporaneus honor, ſi tantummodo Deus univerſum orbem meæ ditioni ſubiugaſſet. *Marcol.* Non tantum datur catulo, quantum blanditur ſua cauda. *Salom.* Qui tardus venit ad menſam, ſuſpenſus eſt à cibo. *Marcol.* Gluto non currit per totum. *Salom.* Cum moleſta tibi ſit uxor tua, ne timeas. *Marcol.* Molli bergario lupus non cacat lanam. *Salom.* Non decent ſtultũ verba compoſita. *Marcol.* Non decet canem ſellam portare. *Salom.* Tunde latera filii tui dum tenera ſint. *Marcol.* Qui oſculatur agnum, amat & arietem. *Salom.* Omnes ſemitæ ad unam viam tendunt. *Salom.* Ad culum unum omnes tendunt venæ. *Salom.* A bono homine bona fit mulier. *Marcol.* A bono convivio bona fit merda, quæ calcatur pedibus, ſic & beſtiales mulieres debent calcari. *Salom.* Bene decet mulier pulchra iuxta virum ſuum. *Marcol.* Bene decet olla plena vino iuxta ſitientem. *Salom.* Bene decet gladius honeſtus iuxta latus meum. *Marcol.* Bene decet ſtrues iuxta ſepem meam. *Salom.* Quanto maior, tanto humilior ſis in omnibus.

bus. *Marcol.* Bene equitat qui cum paribus equitat. *Salom.* Filius ſapiens lætificat patrem ſuum, inſipiens vero mœſtitia eſt matris ſuæ. *Marcol.* Non æqualiter cantant triſtis & lætus. *Salom.* Qui parce ſeminat, parce & metet. *Marcol.* Quanto plus gelat, tanto plus ſtringit. *Salom.* Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis. *Marcol.* Satis eſt infirmus, qui infirmum trahit. *Salom.* Omnia tempora tempus habent. *Marcol.* Diem hodie, diem cras dicit bos, qui leporem ſequitur. *Salom.* Iam feſſus loquendo, requieſcamus ergo. *Marcol.* Non obmittam loquelam meam. *Salom.* Non poſſum amplius. *Marcol.* Si non potes, conſequenter confitere te victum: da quod promiſiſti. Ad hoc Benajas filius Ioiadæ, & Zabud amicus Regis, & Adonias filius Abdæ, qui erant ſuper tributa, dixerunt ad Marcolphũ: Ergo tu ne eris tertius in regno domini noſtri? ſed eruentur tibi oculi tui peſſimi, de tuo viliſſimo capite. Nam melius decet te iacere cum urſis domini noſtri, quam ſublimari aliquo honore. Quibus Marcolphus ait: Quis adhæret culo niſi paſtelli? quare Rex promiſit? Tunc Ben Chur, & Ben Deker, Ben Cheſed, Ben Abinadab, Baëna, Ben Gaber, Achinadab, Achimaas, Bahana, Ioſaphat, Simei, & Geber, duodecim prępoſiti Regis dixerũt: Ut quid iſte follus infeſtat dominum Regem noſtrum? Cur non magnis colaphis maceratur? fuſtibus convictus eiicitur

 de con-

de conſpectu domini noſtri Regis? Ad hoc Rex Salomon ait: Non ita fiat, ſed bene ſaturatus in pace dimittatur. Tunc Marcolphus recedens ait ad Regem: Satis patior quicquid dixeris: ego ſemper dicam, Ubi non eſt Lex, ibi non eſt Rex.

REx igitur quadam die cum venatoribus ſuis, & copulis canum de venationum perſecutione, forte tranſiens ante hoſpitium Marcolphi, divertit ſe illuc cum equo ſuo, & inclinato capite ſuo ſub limine oſtii requirit quis intus eſſet. Marcolphus reſpōdit Regi: Intus eſt homo integer & dimidius & caput equi: & quanto plus aſcendunt, tanto plus deſcendunt. Ad hoc Salomon dixit: Quid eſt quod dicis? Marcolphus reſpondit: Nam integer ego ſum intus ſedens: dimidius homo tu es ſupra equum extra ſedens, intus proſpiciens inclinatus. Caput vero equi, caput eſt tui caballi ſuper quem ſedes. Tunc Salomon dixit: Qui ſunt aſcendentes & deſcendentes? Marcolphus reſpondit, & ait: Fabæ in olla bullientes. Salom. Ubi ſunt tuus pater, & tua mater, tua ſoror, & tuus frater? Marcolph. Pater meus facit in campo de uno damno duo damna: mater mea facit vicinæ ſuæ, quod ei amplius non faciet: frater autem meus extra domum ſedens, quicquid invenit occidit: ſoror mea in cubiculo ſedens, plorat riſum annualem. Salom. Quid illa ſignificant?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

gnificant? Marcolph. Pater meus in campo ſuo eſt, & ſemitam per campum tranſeuntem occupare cupiens, ſpinas in ſemitam ponit: & homines venientes duas vias faciunt nocivas ex una, & ſic facit duo damna ex uno. Mater vero mea claudit oculos vicinæ ſuæ morientis, quod amplius ei non faciet. Frater autem meus extra domum ſedens in ſole, & pelliculas ante tenens, pediculos omnes, quos invenit, occidit. Soror autem mea præterito anno quendam iuvenem adamavit inter ludicra, riſus, & molles tactus & baſia: quod tunc riſit, modo prægnans plorat. Ad hoc Salomo ait: Unde tibi verſutia hæc venit? Marcolphus reſpondit: Tempore David Patris tu, cum eſſem infantulus medici patris tui, quodam die pro agendis medicinis unum vulturem acceperunt: & cum ſingula membra neceſſitatibus expendiſſent, Betſabea mater tua cor illius accepit, & ſuper cruſtam ponens in igne aſſavit, ac tibi comedere dedit, mihique qui tunc in coquina eram, cruſtã poſt caput proiecit. Ego vero cruſtã vulturis cruore perfuſam cõedi: & inde ut ſpero verſutia mea venit, ſicut & tibi pro cordis comeſtione ſapientia. Salom. Sic me Deus adiuvet, in Gabatha mihi apparuit Deus, & replevit me ſapientia. Marcolph. Talis dicitur eſſe ſapiens, qui ſe ipſum habet pro ſtulto. Salom. Non audiſti quales divitias mihi dedit Deus? Inſuper & ipſam ſapientiam? Marcolphus.

colphus. Audivi, ſcio enim quod ubi vult Deus, ibi pluit. Ad hoc Salomon ſubridens, ait: Homines mei extra domum me expectant, foris non poſſum amplius ſtare tecum, ſed dic matri tuæ, ut de meliori (quam habet) vacca mittat mihi ollam plenã lacte, & ipſam ollam cooperiat de eadem vacca, tuque mihi eam portes. Marcolphus, Faciã, inquit. Rex vero Salomon cum ingẽti ſtrepitu hominum ſuorum in Hieruſalẽ veniens, in palatio ſuo, ſicut dives & potens Dominus, receptus. Matri autem Marcolphus Floſcemiæ nomine redeunti iuſſum Regis patefecit. Tunc Floſcemia ollam plenam lactis recipiens, & placentam candidam de eodem lacte faciens, ſuper ollam poſuit, & ſic Marcolphum filium ſuum Regi tranſmiſit. Marcolphus vero per ſemitam unius prati incedens, & calore æſtatis exæſtuans, vidit baſam vaccæ iacentem, vixque ollam ad terram deponens placentam comedit, & cum baſa vaccæ ollam contexit. Cumque veniſſet ante Regem, ollam tectam cum baſa vaccæ repræſentans: ait Rex Salomon: Cur ſic olla cooperta eſt? Marcolph. Nonne iuſſiſti ut lac vaccæ de vacca cooperiretur? & factum eſt. Salom. Non ita fieri præcepi. Marcolphus. Sic intellexeram. Salom. Melius fuiſſet ſi placenta lacte linita fuiſſet. Marcolphus. Sic fuit factum. ſed fames mutavit ingenium. Salom. Quomodo? Marcol. Sciebam te non indigere pane: ſed ego indigens

come-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

comedi placentam lacte linitam, & pro ipſa ingenioſe mutata baſam vaccæ ſuper ollam poſui. Salom. Nunc iſtud dimittamus: ſed ſi in hac nocte non ita bene vigilaveris ſicut ego, in craſtino de capite tuo non poteris confidere. Salomon & Marcolphus conſederunt, parvoque intervallo facto, Marcolphus dormire cœpit & ructare. Cui Salomon ait: Dormis Marcolphe? Marcolph. Non dormio, ſed penſo. Salom. Quid penſas? Malcolph. Penſo tot leporis eſſe iuncturas in cauda quot in ſpina. Salom. Niſi hoc probaveris, reus mortis eris. Iterũ Salomone tacente, Marcolphus dormire cœpit. Cui Salomon: Dormis Marcolphe? Marcolph. Non dormio, ſed penſo. Salom. Quid penſas? Marcolph. Penſo, tot pennas albas in pica quod nigras. Salom. Niſi etiam hoc probaveris, reus eris mortis. Iterum Salomone tacente, Marcolphus ructare & dormire cœpit. Cui Salomon: Dormis Marcolphe? Marcol. Non dormio, ſed penſo. Salom. Quid penſas? Marcolph. Penſo, nullam rem ſub ſole eſſe candidiorem die. Salom. Nunquid ergo dies candidior eſt lacte? Marcolph. Eſt. Salom. Probandum eſt hoc. Poſt hoc Salomone tacente & vigilante, Marcolphus dormire & ſufflare cœpit. Cui Salomon: Marcolphe adhuc dormis? Marcolph. Non dormio, ſed penſo. Salom. Quid penſas? Marcolph. Nihil tute eſſe credendum mulieri. Salom. Et hoc à te probabitur. Ite-

rum

rum Salomone tacente, Marcolphus ſufflare & dormire cœpit. Cui Salomon, Iterum dormis? Marcol. Penſo, plus valere naturam quam nutrituram. Salom. Niſi hoc probaveris, cras morieris. Poſt hæc, transacta nocte, Salomon feſſus vigilando, ſe in loco ſuo collocavit. Tunc Marcolphus dimiſſo Rege feſtinus cucurrit ad ſororem ſuam Fudaſam nomine, & ſimulans ſe multum eſſe triſtem, dixit ad eam: Rex Salomon contrarius eſt mihi, & non poſſum pati minas & iniurias. Sed ego accipio cultellum unum, ſub veſte mea, & hodie neſciente eo infigam in cor eius, & ſic occidam eum. Nunc autem chara ſoror precor te ne me accuſes, ſed omni fide celes: nec etiam fratri meo Bufrido indices iſtud. Cui Fudaſa reſpondit: Chare frater Marcolphe, ne dubites, quia pro capite perdendo te non accuſarem. Poſt hoc Marcolphus caute rediit ad curiam Regis. Sole autem oriente, & terram illuminante, curia Regis impletur, & Salomon à lecto conſurgens ſedit in throno palatii ſui. Tunc iuſſu regis lepus quæritur & in præſentia defertur. Et tot iuncturæ in cauda quot in ſpina à Marcolpho numerantur. Deinde quæſita pica & coram Rege allata, tot pennæ albæ quot nigræ à Marcolpho numerantur. Tunc Rege neſciente, Marcolphus lagenam plenam lacte in cubiculo poſuit, & obſtruxit ne lux intraret, Regemque vocavit. Cum Rex intrare

trare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

trare voluiſſet cubiculum, poſuit pedem ſuper lagenam lactis, & lapſus corruiſſet, niſi manibus ſe tenuiſſet. Tunc Rex iratus dixit: Tu fili perditionis, quid eſt quod feciſti? Marcolph. Iraſci ab hac re noli. Nonne dixiſti quod lac eſſet candidius die? quare non vidiſti de lacte ſicut de die vidiſſes? æquum iudica, nihil tibi peccavi. Sal. Deus tibi parcat: veſtis mea eſt perfuſa, collum debuiſſem habere confractum de tuo opere: & nihil mihi peccaſti, iuſtitiam feciſti? Marcolph. Alia vice cuſtodi te: ſed nunc ſedens, fac mihi iuſtitiam de proclamatione de qua loquor ad te. Cumque Rex conſediſſet, Marcolphus conquerebatur, dicens: Habeo domi unam ſororem, Fudaſam nomine, quæ meretrix effecta, quæ etiam prægnans dehoneſtat omnem parentelam meam, & tamen vult habere hæreditatem paternam. Tunc Salomon ait: Vocetur ad nos ſoror tua, & audiamus quid ipſa velit dicere. Cumque fuiſſet vocata Fudaſa coram Rege, ſubridens Rex Salomon ait: Bene poteſt iſta eſſe ſoror Marcolphi. Figura autem Fudaſæ curta erat, & groſſa, & imprægnata, quæ ventre groſſior erat: & habuit ſpiſſas tibias, claudicanſque utroque pede, vultu & oculis deformis, ſtaturam ſimilem Marcolpho gerebat. Rex Salomon ait ad Marcol. Dic quid conquereris de tua ſorore? Ad hoc Marcolphus conſurgens dixit: Domine Rex, proclamationem facio, coram te

& ſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

& ſorore mea, quæ meretrix eſt facta, & prægans, ſicut videre potes, dehoneſtat omnem parentelam meam. Et inſuper vult partem habere hæreditatis meæ. Quamobrem precor ut iubeas, ne ipſa accipiat partem in ipſa hæreditate. Audiens hæc Fudaſa, repleta furore, prorupit in hanc vocem, & dixit: Peſſime leccator, quare non haberem partem in hæreditate mea? nonne, Marcolphe, genuit me Floſcemia, quæ fuit mea mater, ſicut & tua? Marcolph. Non habebis hæreditatem, quia mediante tua culpa damnabitur tibi hæreditas. Fudaſa ad hoc ait: Non damnabitur mihi hæreditas, quia ſi peccavi emendabo: ſed iuro per Deum & per virtutes eius, niſi me dimiſeris in pace, dicam talem rem, pro qua Rex te ſuſpenſione faciet perire. Marcol. Sordida meretrix, quid dicere poſſes, nil peccanti cuiquam? Fudaſa ait: Multum peccaſti tu vilis nequam, quia vis occidere dominum Regem: Et ſi mihi non credatur, quæratur cultellus ſub veſte tua. Cumque cultellus à familia quæreretur, & non inveniretur, Marcolphus ait aſtantibus & Regi: Nonne verum dixi, nil tute eſſe credendum mulieri? Cumque omnes elevaſſent riſum, Salomon dixit: Per ingenium omnia facis, Marcolphe. Marcolph. Non eſt ingenium: ſed quod credidi ſorori meæ fraudulenter, publicavit ſicut fuiſſet de veritate. Salom. Quare dixiſti plus valere naturam quam nutrituram? Marc. Suſtine pau-

ne paululum, & ante quam dormias, oſten-
dam tibi. Die autem tranſeunte, & hora cœ-
næ adveniente: Rex ſedit ad cœnam cum ma-
ximo apparatu ſuorum: & Marcolphus ſe-
dens cum aliis, incluſit tres mures in mani-
cam tunicæ ſuæ: fuerat enim in curia Regis
Salomonis catus ita nutritus, ut omni nocte
Rege cœnante teneret candelam duobus pe-
dibus, coram univerſis cœnantibus ſtans, &
duobus pedibus lucernam tenens. Cum iam
bene omnes cœnaſſent, Marcolphus emiſit
unum de muribus, quem cum catus dcſpe-
xiſſet, & poſt illum ire voluiſſet, nutu Regis
eſt retentus: dumque de ſecundo mure fa-
ctum fuiſſet ſimiliter, Marcolphus emiſit ter-
tium murem, quem cum catus conſpexiſſet,
ultra non tenens candelam, eandem reie-
cit, & poſt murem currens illum apprehen-
dit. Hoc Marcolphus videns, dixit ad Re-
gem: Ecce Rex, coram te probavi, plus valere
naturam quam nutrituram. Dixit autem Sa-
lomon: Projicite eum de conſpectu meo: ſi
amplius venerit, dimittite currere ſuper eum
canes meos. Marcolph. Nunc pro certo ſcio,
& dicere poſſum, quia ibi eſt mala curia, ubi
non eſt iuſtitia. Cumque expulſus fuiſſet
Marcolphus, cœpit intra ſe dicere: Neque
ſic, neque ſic, ſapiens Salomon de Marcol-
pho britone pacem habebit. In ſequenti au-
tem die de lectulo conſurgens, cogitavit quo-
modo curiam Regis intrare poſſet, ſicut ca-
nes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

nes Regis eum non devorarent. Et abiens emit unum vivum leporem, & poſuit ſub veſte ſua, ſicque reverſus eſt ad curiam Regis. Quem cum ſervi Salomonis vidiſſent, canes ſuper eum eiecerunt. Marcolphus vero leporem emiſit. Protinus canes Marcolphum relinquentes, leporem invaſerunt. Et ſic Marcolphus venit ad Regem. Cumque Rex vidiſſet eum, dixit: Quis te huc intromiſit? Marcolphus reſpondit: Calliditas non parva. Salomon: Cave ne hodie mittas ſalivam de ore tuo, niſi ſuper terram. Palatium autem erat ſtratum tapetis, & parietes erant cooperti cortinis. Cumque Marcolphus nimiam tuſſim haberet, & inter colloquia eius ſaliva nimia in ore eius abundaret, reſpiciens circa ſe, vidit hominem calvum iuxta Regem ſtantem: tunc in anguſtia grandi poſitus, cum non videret nudam terram ſuper quam ſcreare poſſet, collegit ſalivam in ore cum magno impetu, & ſcreavit in frontem calvi hominis. Mox calvus iſte nimio rubore perfuſus, frontem ſuam & ſe ad pedes Regis proſtravit, & proclamationem de Marcolpho fecit. Salom. Quare fœdaſti frontem calvi huius? Marcolph. Non fœdavi, ſed fimavi: in ſterili enim terra fimus ponitur, ut ſegetes in ea abundantius multiplicentur. Salom. Et hoc quid pertinet ad calvum hominem? Marcol. Nonne prohibuiſti, ut hodie non ſcrearem niſi ſuper terram nudam: vidi enim frontem

nudam

nudam capillis, & credens eſſe nudam terram, deo ſcreavi in eam. Non iraſci debet Rex pro hac re, quia pro ſuo proficuo feci: ſi frons eius frequenter ſic fuiſſet rigata, capilli revertenrentur. Salom. Deus te confundat: nam calvi homines ſunt cæteris honeſtiores, quia calvitium non eſt vicium, ſed honoris indicium. Marcolph. Calvitium magis eſt muſcarum ludibrium: non conſpiſcis, Rex, quomodo muſcæ inſequuntur frontem illius calvi magis, quam cæterorum frontes, capillos habentes: putant nanque eſſe aliquod vas tornarile, plenum aliquo bono potu: aut eſſe aliquem lapidem delinitum aliqua dulcedine, & ideo nudam frontem eius inſequuntur. Ad hæc coram Rege calvus ait: Ut quid viliſſimus nequam intromittitur ante Regem nos vituperare? eiiciatur foras. Marcolph. Et fiat pax in virtute tua, & tacebo. Interea duæ mulieres venerunt, ferentes unum vivum puerum, de quo coram Rege contendebant. Nam una dixit, meus eſt infans. altera, non: meus eſt. Sed una earum dormiens ſuum oppreſſerat filium. Unde coram Salomone pro vivo puero contendebant. Nam una dixit: Meus eſt, &c. Ad hoc Salomon dixit ſervis: Adferte gladium, & dividite infantem, & unaquæque mulier partem infantis accipiat. Quod audiens mulier, cuius vivebat filius, Regi dixit: Obſecro, domine, dato illi infantem vivum. Salom. Hæc eſt mater eius.

Mar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Marcolphus quærit à Rege, quomodo noſt hanc eſſe matrem pueri? Salom. Ex affectione & mutatione vultus, & eff.ctione lacrymarum. Marcol. Non bene. An credis lacrymis fœminæ? Tu ſapiens neſcis artes mulierum? Dum fœmina plorat oculis, corde ridet. Plorat uno oculo, ridet altero, oſtendit vultu, quod non habet affectu. Loquitur ore, quod non cogitat mente: hoc ſæpe promittit, quod implere non cupit, ſed immutatur vultus: per varia ingenia curſitat cogitatus, innumeras artes habet fœmina. Salom. Quot habet artes, tot habet probitates. Marcol. Non dic probitates, ſed pravitates & deceptiones. Salom. Vere illa fuit meretrix, quæ talem genuit filium. Marcolph. Cur hoc dicis, domine Rex? Salom. Quia tu vituperas muliebrem ſexum. Eſt enim mulier honeſta, concupiſcibilis, honorabilis & amabilis. Marcolph. Ad hoc potes adiungere, quod ſit fragilis & flexibilis. Salom. Si eſt fragilis, per humanam conditionem talis eſt: ſi flexibilis, per delectationem talis eſt. Mulier enim de coſta hominis eſt, & homini in bonum adiutorium & delectamentum data. Nam mulier poteſt dici quaſi mollis aer. Marcolph. Similiter mulier poteſt dici quaſi mollis error. Salom. Mentiris, nequam peſſime. peſſimus enim eſſe potes, omnia mala loquens de muliere. de muliere naſcitur omnis homo: qui ergo dehoneſtat muliebrem

ſexum,

ſexum, eſt nimium vituperandus. Unde quid divitiæ, quid regna, quid poſſeſſiones, quid aurum, quid argentum, quid precioſæ veſtes, quid lapides precioſi, quid ſumptuoſa convivia, quid læta tempora, quid delitiæ valent ſine fœmina? Vere poteſt vocari mundo mortuus, qui eſt ab hoc ſexu ſegregatus: fœmina enim generat filios, & filios nutrit & diligit, eos amplectitur, optat ſalutem eorum: fœmina regit domum, ſolicita eſt pro ſalute mariti, & familiæ: fœmina eſt delectatio rerum omnium: fœmina eſt dulcedo iuvenum: fœmina eſt conſolatio ſenum, exhilaratio puerorum, gaudium diei, ſolatium noctis, laborum ſublevatio, omnium rerum triſtium oblivio: fœmina ſervit ſine dolo, ſervatque introitus & exitus meos. Ad hoc Marcolphus: Verum dixit, qui dixit: quod in corde, hoc eſt in ore. multum amas fœminas, & ideo laudas eas. divitiæ, nobilitas, pulchritudo, & ſapientia concordant tibi, & ideo amores tibi concordant mulierum. Sed dico tibi, quoniam nunc laudas eas, & antequam tu dormias, vituperabis eas. Cui Salomon: Mentiris, quia omnibus diebus vitæ meæ mulieres amavi, amo, & amabo: ſed nunc diſcede à me, & vide ne amplius in conſpectu meo loquaris male de muliere. Tunc Marcolphus palatium Regis exiens, vocavit ad ſe meretricem illam, cui reſtitutus fuit filius vivus, & dixit ad illam: Scis quid actum ſit in curia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

curia Regis? At illa reſpondit: Filius meus mihi conciſus eſt vivus? Sed quid factum ſit prorſus ignoro. Cui Marcolphus: Rex præcepit, ut craſtina die tu voceris & ſocia tua, & dabitur tibi media pars filii tui, & illi altera ſimiliter. Ad hoc mulier ait: O quam malus Rex, & quam malæ & iniquæ ſententiæ eius. Tunc Marcolphus dixit: Adhuc graviora dicã tibi, & deteriora: nam Rex & conſiliarii ſui ſtatuerunt, ut unuſquiſque vir ſeptem accipiat uxores: unde penſa, quid de eis faciendum ſit, quia ſi unus vir ſeptem habuerit uxores, nunquam erit domus in pace. Una namque amabitur, altera deſpicietur, quia illa quæ magis viro placuerit cum viro frequentius erit. Una ergo bene veſtietur, altera nuda relinquetur. dilecta habebit annulos, monilia, argentum, & aurum varium, & ſericum; cuſtodit claves domus, honoratur à familia, & vocabitur domina; omnes divitiæ mariti creduntur ei: cumque ſic una amabitur, quid aliæ ſex dicturæ ſunt? Si duæ, quid aliæ quinque? Si quatuor, quid aliæ tres? Si quinque, quid aliæ duæ? Si ſex, quid una? Una oſculabitur & amplexabitur, & viro ſociabitur. Id videntes, quid dicturæ ſunt aut referent? Nec enim viduæ, nec maritatæ, nec cum marito, nec ſine marito erunt. Pœnitebit enim eas perdidiſſe virginitatem. Ita rixæ, contentiones, æmulationes & invidiæ inter eas ſemper erunt: perpetuum

odium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

odium inter eas regnabit: Et niſi prohibitum fuerit hoc malum, una præparabit alteri venenum. Quamobrem, quia fœmina es, & noſti muliebrem ſexum: feſtina nunciare dominabus omnibus, quibus potes huius civitatis, & dic eis, ut omnino non conſentiant, ſed in hoc contradicant Regi & Conſiliariis eius. Cumque Marcolphus caute rediiſſet ad curiam Regis Salomonis, & conſediſſet in angulo palatii. Illa autem meretrix credens verba eius eſſe vera, tranſvolans per medium urbis, & palmas ſuas pectusque ſuum quatiens, verba quæ audierat undique divulgabat. Et fit concurſus matronarum, vicina referebat vicinæ, & oriebatur ingens tumultus mulierum. Et ſub parva hora quaſi omnes fœminæ, ſeu mulieres totius urbis in unum congregabantur. Quibus congregatis non placuit eis conſilium, & agmine facto magno, inierunt ad palatium Regis Salomonis. Venientes itaque ad curiam Regis Salomonis, quaſi ſeptem milia mulierum, & vallaverunt palatium ſive aulam Regis Salomonis, & impetu facto magno fregerunt valvas eius: & convitia horrenda ei inferebant & Conſiliariis ſuis. Una vero plus, altera minus: omnes ſimul coram Rege voces emittebant. Tandem rex vix imperato ſilentio, requiſivit quænam eſſet cauſa tanti tumultus. Ad hoc una, quæ inter omnes conſtantior, & eloquentior cæteris videbatur, dixit

ad Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ad Regem: Tibi Regi aurum, & argentum & lapides precioſi, omneſque divitiæ terrarum offeruntur: facis omnes voluntates tuas, & nullus voluntatibus tuis reſiſtit: habes Reginam & Reginas plures: ſuperinducis etiam concubinas innumerabiles quotquot vis: es unicuique quantum vis, qui habes quicquid vis: hæc facere omnes non poſſunt. Salomon reſpondit: Unxit me Deus in Regem Iſrael, & non potero voluntates exequi meas? Ad hæc mulier dicit: Satisfac voluntatibus tuis de tuis: de nobis cur faceres? Nos nobiles de gente Abrahæ ſumus, & legem Moſis tenemus: quare vis immutare legem noſtram, qui debes facere iuſtitiam, cur facis iniuſtitiam? Ad hoc Salomon furore repletus ait: Quam exerceo iniuſtitiam, pudibunda mulier? Mulier ait: Maxima iniuſtitia eſt, quia vis conſtituere, quod unuſquiſque mas ſeptem uxores accipiat. certe omnino non fiet iſtud. non eſt Dux, neque Comes, neque princeps, qui ſit tantarum divitiarum ſeu potentiarum, qui uni ſoli uxori ſuas impleat voluntates: quid faciet ſi ſeptem uxores habuerit? Super vires hominum eſt, iſtud facere. Melius eſt enim ut una habeat ſeptem viros. Ad hæc Rex Salomon ſubridens dixit ſuis: Non enim exiſtimabam numerum virorum poſſe æquari multitudini mulierum. Tunc omnes mulieres Hieroſolymitanæ una voce clamaverunt: Vere malus Rex & deriſor

ſor es tu, & iniuſtæ ſententiæ tuæ. Nunc vero ſcimus, quia vera ſunt quæ audivimus: mala tractas de nobis, & derides nos coram nobis: quam peſſime iſte Salomon regnavit. Tunc Rex in iram prorumpens dixit: Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: & non eſt ira ſuper iram mulieris: commorari leoni & draconi magis placebit, quam habitare cum muliere nequam. brevis eſt omnis malitia, at terror ſuper malitiam mulieris. ſors peccatorum cadit ſuper eam. ſicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterum, ſic quoque mulier linguoſa. mulieris ira & irreverentia magna eſt. mulier ſi primatum habet, contraria eſt viro ſuo. mulier initium eſt peccati, & per illam omnes morimur: dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa. In muliere infideli flagellum linguæ, omnibus communicans: fornicatio mulierum in excellentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur: ab omni reverentia oculi eius ſunt, & ne mireris ſi te neglexerint. Talia Rege referente, Nathan Propheta aſſurgens dixit: Cur dominus meus Rex confundit facies omnium Hieroſolymitanarum mulierum? Salom. Nonne audiſti quot vituperia ſine mea culpa mihi iniecerunt continuo? Nathan reſpondit: Cæcus, ſurdus & mutus debet eſſe ad tempus, qui in pace cum ſubiectis eſſe deſiderat. Reſpondit Salomon: Reſpondendum eſt ſtulto, ſecundum ſuam ſtultitiam. Tunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

ſaliens Marcolphus de loco ſuo in quo ſedebat, dixit ad Regem: Locutus es bene voluntatem meam Salomon, quoniam hodie laudaſti fœminas multum, modo vituperas eas. hoc ego volebam: ſemper enim me facis veracem. Salomon. Quid hoc eſt, furcifer, nunquid cognoſti tumultum iſtum? Marcolph. Non ego, ſed puſillanimitates earum. non debes credere quicquid audieris. Tunc Rex ait: Diſcede à me, & cave, amplius ne videam te in mediis oculis. Confeſtim Marcolphus eiectus eſt de palatio. Illi autem qui Regi aſtabant, dixerunt: Loquatur dominus noſter Rex in auribus mulierum iſtarum, ut dimittantur. Tunc Rex converſus dixit mulieribus: Sciat dulcedo veſtra, me innocentem eſſe coram vobis, & ſine culpa eſſe de oppoſitis. Ille trufator (quem modo vidiſtis) hæc omnia confinxit. Unuſquiſque vir uxorem ſuam habeat, & illam cum fide & honeſtate diligat. Quod vero dixi de muliere, niſi de muliere nequam dixi: de bona muliere quis diceret mala? Grata eſt Deo mulier ſenſata & tacita, gratia ſuper omnem gratiam mulier pudica. ſicut Sol oriens in altiſſimis Dei: ſic mulieris bona ſpecies eſt ornamentum domus, quæ lucerna ſplendens ſuper candelabrum, & ſpecies ſuper ætatem ſtabilem, columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris, fundamentum æternum, ſuper petram ſolidam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

lidam, & mandata Dei in corde mulieris. Dominus Deus Iſrael ipſe benedicat vos, & multiplicet ſemen veſtrum in generationibus ſeculorum. Cumque reſpondiſſent omnes, Amen, adorato Rege receſſerunt. Marcolphus vero moleſte ferens iniuriam ſibi de Rege factam, & quod iuſſerat ut eum amplius in mediis oculis non videret, cogitabat quid ageret. Deinde nocte inſecuta nix multa de cœlo cecidit. Tunc Marcolphus cepit cribrum in manu una, & pedem urſi in manu altera, & calceamenta ſua tranſverſa, & quaſi beſtia quatuor pedibus per plateas urbis cœpit ire. Cum autem veniſſet extra civitatem, invenit furnum unum, & intravit in eum. Nocte autem abeunte dies venit, & familiares Regis ſurgentes, tramitem Marcolphi invenerunt, & æſtimantes eſſe tramitem alicuius mirabilis beſtiæ, Regi nunciaverunt. Tunc Rex cum copula canum, & cum venatoribus cœpit perſequi veſtigia Marcolphi. Cum autem veniſſet ante furnum, & veſtigia defeciſſent, deſcendunt ad os furni inſpicere. Marcolphus vero iacebat in facie ſua curvatus, & depoſuit bracam ſuam, apparebantque ei nares, culus, curgulio, & teſticuli. Quem videns Rex ait: Quis eſt hic qui ibi iacet? Marcolph. Ego ſum. Reſpondit Salomon: Quomodo, inquit, ita iaces? Marcol. Tu præcepiſti mihi ne amplius me videres in mediis oculis: ſi autem non vis me videre in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

mediis oculis, videas me in medio culi. Ad hæc Rex confuſus, ait ſervis: Apprehendite, & ſuſpendite eum in ligno. Apprehenſus autem Marcolphus dixit ad Regem: Domine, mi Rex, tantumne mihi impendere potes, ut in ligno, quod elegero, ſuſpendar? Salomon ait: Fiat quod petiſti. mihi autem pro minimo eſt in quo ſuſpendaris ligno. Tunc miniſtri Regis Marcolphum capientes duxerunt extra civitatem, & pertranſeuntes vallem Ioſaphat, & clivum montis Oliveti, pervenerunt uſque Hiericho: & nullam arborem invenire potuerunt, quam Marcolphus ſuſpendio ſuo eligeret. Inde tranſeuntes Iordanem, peragrarunt omnem Arabiam: & iterum Marcolphus nullam arborem elegit. Inde circumeuntes ſaltum Carmeli, & cedros Libani, & ſolitudinem campeſtrem circa mare rubrum: & nunquam Marcolphus arborem elegit. Et ſic evaſit manus Salomonis. Poſt hoc domum remeans, quievit in pace.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

DISPUTATIO
DE
CORNELIO
Et eiuſdem
NATURA AC PRO-
PRIETATE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Thesis I.

Quanquam ſcriptitandi cacoëthes noſtri ſeculi homines ſupra modum intoxicavit, adeo ut omnes mercatorum clericorumque bibliothecæ voluminibus farciantur: nemo tamen inventus hucuſque mortalium eſt, qui utiliſſimam de Cornelio materiam in apricum eruerit.

2. Cuius rei cauſam nos contra Thelaugen, qui ſterilitatem pro cauſa adfert, in eius difficultate ſitam defendemus.

3. Eſt enim nodoſa, cerebroſa, & rugoſæ frontis materia, ut recte dixiſſe videantur Ultramontani, non eſſe eam bonæ fidei, ſed ſtricti iuris.

4. Nos igitur de re literaria bene mereri operam dantes, practicabilem hanc materiam proponemus, ut huic labori addictis feneſtram aperiamus penitius introſpiciendi & meditandi.

5. Id quod nulla ratione aptius fieri cenſemus, quam ſi quis egregie pictus, hoc eſt, ut Zonaras interpretatur, probe fuſtigatus, variiſque coloribus à lictoribus ornatus, ſecum ſolus ambulet, in locis, quæ hominum frequentiam non facile admittunt, ibique crumenam ſuā ære vacuam aſſidue inſpiciat.

6. Quid autem ſit Cornelius, & unde dictus, variæ ſunt literatorum ſententiæ, nullaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

que adeo facultas eſt, quam non ſtrenue Cornelius hic exerceat.

7. Theologi quidem in ſacris bibliis hanc quæſtionem non attingi affirmant, nec eſſe de talibus admodum inquirendum, cum plus ſatis ſit, ſi rem ipſam habeamus. Qui enim Cornelium habet, non multum ſollicitus eſt de ſubſtantia aut nomine eius, quin retro ad cauſam eius ut plurimum oculos flectit.

8. Iuriſperitis Cornelius eſt defectus pecuniæ, qui ei, qui multum debet, facultatem ſatisfaciendi eripit, & eundem ſubterfugere facit, ſicut & fugitivus indidem nuncupatur, in l.5.C.de recept.arbit. Verum hæc definitio cum nimis ſit anguſta, recte exploditur à Don Anton. de Crampaigniis tract. de fum. & flam. c. 6. n. 194.

9. Neque vero cum Medicis facimus, aſſerentibus, Cornelium eſſe paſſionem animi, quæ contraria cauſa reprimitur: nec enim ſemper contrario repellitur Cornelius: quod videre eſt in irato verberato ruſtico adverſarium ſuum demulcente pugnis, quem certe Cornelium habere nemo ibit inficias: hic ſi pulſari deberet ab eo quem ille iam caſtigat, in tantum per hoc contrariũ Cornelius eius non tolleretur, ut etiam augeretur.

10. Philoſophorum opinionem, quamvis communem dicat Plato, nos rejicimus, ne tamen quid neglexiſſe videamur, etiam huc referemus: Exiſtimant illi, Cornelium eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

non eſt inane ſine re, ortum ex feſtivitate quapiam: Cum enim in comico ludo quidam Cornelii nomine, Conſcientię perſonam ſuſtinuiſſet, iſque ex ſcenis prodiens, chorum ſemper lætum inventum, ſubinde digrediens triſtem ac mœrore plenum reliquiſſet, abiiſſe has affectuum vices in proverbium, ut quoties quis ſolito mæſtior eſſet, diceretur Cornelium habere. At hæc ſententia communiter improbatur, cum aliter in praxi edoceamur. 11. Nos igitur, utpote qui nulli facultati nos mancipamus, (ſimiles enim ſumus Achilli illi Perſeo, qui de omnibus materiis æque feliciter diſſertabat) cenſemus, Cornelium nec hominem ſimpliciter eſſe, nec ſpiritum. Omnino enim cum Lactantio ſtatuimus duo Dæmonum genera, cæleſtes & terreſtres: & putamus, Cornelium eſſe ſpiritum corporeum ex atræ bilis copia conflatum, qui certis exacerbatus cauſis hominem inquietat. Unde Germanicum illud ariolamur eſſe, quoties Corneliolum quem contuentur, ut dicant, *Er ſchlegt ſich mit dem teuffel.*

12. Derivato nomine à græco κορέω, id eſt, ſatio ſeu ſaturo, & νηλεὴς, id eſt, immiſericors, ſeu crudelis, dicatur Cornelius quaſi κορέων νηλεῶς, id eſt, crudeliter ſatians. Teſtatum enim experientià fecit, eos qui hac peſte onerantur, ita inhumaniter excipi, ut per unicum modo diem laborantes iam tum ceperit Cornelii ſatietas.

13. Cau-

13. Cauſam efficientem ſi quærimus, non unam reperimus, idque hac in materia mirum eſſe monet Hypocras Guidore de ſect. venar. c. 7. Cum enim alias unus filius uno ſaltem patre poſſit gigni, hic tamen unus filius, id eſt, Cornelius, pluribus ex cauſis, iiſque ſeparatis naſcitur. 14. Pro varietate autem temporum & locorum, perſonarum item & circumſtantiarum, aliam atque aliam matrem agnoſcit Cornelius. In his enim eſt ex defectu pecuniæ: in aliis ex amore: in aliis ex crapula: in aliis ex verberibus: in aliis ex chartis luſoriis: in aliis ex melancholici humoris ebullitione, &c. 15. Sic nonnullos Cornelius invadit tempore matutino cum ſurgendum eſt, quo tempore etiam meditationes ſuſcipi conſueverunt de ſolœciſmo pridie per vinum commiſſo: quoſdam veſpertino tẽpore, cum caupo ſe diutius potum daturum renuit: alios poſt meridiem, quando amica in horto relicta ad urbẽ redeundum: alios media nocte, cum ad caveam, ſeu, ut Romani loquuntur, ad carcerem migrandum. 16. Pari ratione quidam in cõclavi ſuo Cornelium ſentiunt, dum labores, libros, præceptores, & id genus aliud nugarum inveniunt, nullos autem compotores aut confabulantes: quidam in templo, dum concio nimium protrahitur: quidam in area nuptiali, dum amicam abeſſe ſuam aperiuntur: quidam in lecto, cum lectus denuo bibit, quæ ipſi ſub veſpere biberunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

quidam in foro, dum amaſiam ſuam præteri-turam præſtolantur, quæ tamen alii iuncta patrono, ægrotum hunc parum curat; hinc illæ lachrymæ, dolor, fletus, & ſtridor dentium. 17. Quidam iuxta alios incedentes, Cornelium inde concipiunt, ſi alteri ſuperiorem locum relinquere debeant, qui tamen longe & dignior & honeſtior eſt. In hos autem quadrat illud Apoſtoli: Exi, Moloſſe; pædis. ubi flagellum? Nec tam poſſunt Corneliosi vocari, quam aſini & cnolli, qui ſibi vel Fabiorum proſapiam vel Solonis ſapientiam imaginantur, cum tamẽ, ut Propheta inquit:

Non ſiet in toto corpore mica ſalis.

18. Præter hos omnes nonnulli paſſim iugibus Cornelii ſpiculis, tanquam Furiis agitantur, eumque ſicut ædes teſtudo, adſidue ſecum portant. Quales ſunt ii, quibus fumus eſt in domo, id eſt, quibus mala herba, ſeu, ut vulgus ait, mala mulier eſt: Item, qui ad ſcientiæ & doctrinarum mercaturam in Academias ablegati, omiſſis literis alias ſibi merces, ut ſunt vinum, cereviſia, meretrices, aleæ, folles, equi, & id genus alia, comparant: & poſtmodo domum revocati à parentibus, tabernam ſuam aperire erubeſcunt: mercium enim emtarum pudet, & nummorum conſumtorum tædet, iamq; ſunt & manent miſeri ſocii, coguntur que vel agriculturam, vel cauponariam, vel cereviſiæ coctionem, vel tale quid arripere, ſuntque miniſtri,

niſtri, cum eſſe domini potuiſſent: in quos cadit illud Prophetæ:

Conſumtis tandem fæcunda in pocula nummis,
Hoc veri invenio: nil ſcio, nil habeo.

19. His accedũt & illi, quos avaritia, omniũ malorum radix, obſedit. Hi enim ſi iudices ſunt, qualis eſt ille, nec Deum, nec homines formidans, Luc. 18, partem nullam læta expediunt fronte, niſi ſciant

Quod poſſit gravis ære domũ ſibi dextra redire.

Si mercatores ſunt, nunquam ſatis nequiter aliis impoſuiſſe ſe credunt. hi ſcilicet enim aliquando audiverunt, licere ſe mutuo in emtionibus circumvenire, idque dicunt Iuriſconſultos concedere. l in cauſæ. 16, §. 4. ff. de minor. Si alterius generis ſunt homines, quales Ariſtot. 4. ethic. 7. βαυκοπανούργους indigitat, quales ſunt monachi, & id genus homines alii, nihil humanitatis à ſe faciunt proficiſci, niſi videant brachia græca & manus dativas. 20. Materia Cornelii ex definitione colligitur: cum enim humidum radicale ſit tenue, & calor nativus imbecillior, oritur ſpiritus quidam ſiccus & frigidus, ater, triſtis, raro ſubſidens, ſui impos, qualitercunque condenſatus & incorporatus, & breviter, tale monſtrum, cui nec Homericus Polyphemus, nec Vergiliana Fama, nec Ovidiani gigantes, nec Horatiana pictura, nec ullum vel à Wigoleiſio, vel à Seufrido, vel ab Amadiſo, vel à quopiam neceſſariorum eius, debel-

debellatum portentum, comparari queat.

21. Formam Cornelii intuentibus, pro diverſis ſubiectis in quibus dominatur, varie ſe inſtar Protei manifeſtat. Quidam enim hominum conſortia fugientes ad loca ſolitaria properant: alii verſantur quidem cum mortalibus, ſed taciturni, cernui, moroſi, quibus dici ſolet, eos Calendaria componere, aut ſpeculari in divinis, aut claves quærere, aut Cornelium habere, quorum poſtremum prioribus tribus verius nos exiſtimamus; nõnulli, præſentibus aliis, ubique recurſis ſpaciis deambulant,

Spectantes terram, manibus poſt terga reiectis,
& ſuccinentes ſibi melancholico murmure, cuius harmoniam nec ipſi, nec alii, ſed ſolus qui eos vexat, Cornelius intelligere poteſt.

22. Finis eſt, ut agnoſcant mortales omnes, verum eſſe quod ſcriptura dicit: Omnis ſtultus eſt fatuus, & omnis fatuus eſt ſtultus. qui termini an ſint per omnia convertibiles, relinquo Philoſophis, quorum ſunt proprii.

23. Obiectum Cornelii ſunt res, actiones & verba. Res, ut calcei, veſtes, uxor, ligna, candelæ, ſanitas, morbus, vinum, virgines, cerevisia, cõpotatores, corrivales, pulices, pediculi, quamq; primo decuiſſet loco poni, pecunia, & ſimiles. Actiones, ut ſi cochleatorem impediat matris præſentia, quo minus oſculari ex voto poſſit Venerem ſuam: ſi quis cucurbitari ſe norit, quod tamen mutari nequit: ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

patientiam Socratis addiſcere quis tenetur: ſi quem pulices infeſtant, ubi capere dedecet: ſi puella ſupercilioſa, quæ ſe Dianam aut Iunonem eſſe perſuadet, ne nimis demiſſa, aut humilis videatur, procum ſuum aſperius repudiavit, quem tamen perditè amat, & reverti iterum ac inſtare, tacite exoptat; ille vero nihil de ea ſollicitus, aliam, quod aiunt, quercum excutit, ſimilis cordato illi Canonico Herbipolenſi, qui concubinæ ſuæ electionem dabat, utrum appellari mallet *ein Ertzhure*, an vero *ein Landhure*. Verbo, ut ſi cochleator amaſiæ ſuæ verba duriuſcula extimeſcit, & reconciliationem redimit annulo, armillis, ſerica tunica, molli thorace, aut eius generis pretioſo xenio: aut ſi lepus quidam, cui cor in caligis, Thraſonis alicuius minis perterrefactus, pacem & requiem emit, aliquot Ioachimicis, aut ducatis, aut florenis, in convivium commune exhibitis: memoriſtius Maronis Æneid. 11.

Nulla ſalus bello pacem te poſcimus omnes:

& illius ſacri, Pacem inter vos alite, Marc. 9. 24. Effectus Cornelii interdum bonus eſt, interdum tolerabilis, interdum vero peſſimus. 25. Bonus eſt, cum reſipiſcit morio, ſeq; peccaſſe intelligens, mores abinde corrigit. Ut ſi puer mechanicus aut mercatorius, alaparum impatiens, à magiſtro, dominove ſuo aufugit, ſed poſtea miſeriarum impatientior, revertitur, & pati conſuevit. Item ſi adoleſcens

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

cum loculo turgente ad Academias accedẽs, inq; omnibus conviviis primas obtinere cupiens, magnificus, munificus, pugil, eques, miles, dimicator, venator, aleator, clamator, ſcortator, potator, viridis, gilvus, ruber, cœruleus, flavus, fulvus, ravus, Italus, Gallus, Iberus, Anglus, nunquam Germanus, nec verbis, nec re, nec veſte, & paucis loquendo, *ein Doller hundt oder Stutzer*, tandem dilapidatis nummis, abſumto tempore, ætate provecta, deceptis offenſiſque parentibus, cum vidit ſe ſtolide egiſſe, agnoſcens barbam creſcere, patrimonium evaneſcere, pallium vileſcere, & caput nihil diſcere; ad meliorem frugem rediens, vitam emendat, & in virum magnæ dignitatis evadit: id quod tamen rarius practicari in foro teſtatur Gail. 3. obſerv. 50. n. 34. 26. Medius effectus eſt, quod impediat orexin, inducat pallorem, rugas, taciturnitatem, extinguat ſales & omnes delicias. &c. 27. Peſſimus eſt, cum invaleſcentes ſpiritus impuri vires hominem adigunt: *Vt nodum informis lethi trahe nectat ab alta.* (ignoſcite; nam hoc morbo, proh dolor, laboro, ut ſæpiſſime vel non cogitanti erumpat verſus, quod idem & Ovidius de ſe queritur 4. triſt. 9.) alius, non poëtaſter, ſic effaretur, *ut ſe ſuſpendat.* Verum cum hoc Cornelii genere nihil nobis eſt negotii, ſed Theologis & Iuriſperitis hoc elaborandum relinquimus, qui id exiſtimant, ex læſæ conſcientiæ

iæ vulnere pullulare. & Iuvenal. Sat.1. vocat mentem criminibus frigidam: contra quam frigiditatem, nec medici ullum repererunt antidotum præter laqueum ſtupeum, quem adeo dicunt infrigidare, ut hanc frigiditatem prorſus extinguat. 28. Nunc in gratiam valetudinariorum hac peſte correptorum, pauca ſubiiciemus contraria ſeu remedia, quibus hic ſemiſpiritus fugari plerunque ſoleat: quorum in numero primo recte collocamus Somnum: qui enim dormit, non peccat. Et hæc eſt vera ratio, non ea quam adſtruit Virg. Æneid. 6, quod ſopor ſit lethi conſanguineus. Quanquam minus hoc in Virgilio miramur, quum ſit poeta, id eſt, nugivendulus, ut recte obiicitur poetæ in bello grãmaticali. Quod ſi Corneliosus dormire nequit, aptiſſimum eſt, ut vigilet, ſed res non caret difficultate, teſte Hippocrate Sect. 2. aphoriſ. 1. 29. Quod ſi ſomno non vinceretur, recipe tres congios vini Malvatici, tertio purificati, cum pane bis cocto, & miſce ut fiat cibus: ſi parum id iuverit, adde ſextantem ſpiritus vini mixti aqua nota: ſi nec dum incalueris, accede ad ignem Terentii, caleſces plus ſatis. 30. Nonnulli ſuadent, recipiendos eſſe novem ſacculos, mediæ magnitudinis, Ioachimicorum, cum totidem ſacculis aureorum, qui miſceantur, & fiat permutatio in tabernis cum rebus, quibus indiges. Hic modus ſanandi tam à Theophraſto, quam à

Galeno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Galeno & Averroe præteritus eſt, ſed nec Dioſcorides, nec Veſalius eius meminerunt, quod mirum eſt, cum alias viri fuerint doctiſſimi. 31. Nos vero non tædebit arcanum quippiam cõmunicare, quod à nemine mortalium literis proditum eſt, & tamen præſentiſſimum iuvamen. (cupimus enim de omnibus bene mereri.) Recipe igitur tonnam electri auri puri, addito complexu virginis, vividi coloris & ſucci plenæ; (ſunt enim & aliæ virginum ſpecies) & utere quoties lubet, non tamẽ ultra quinquies in ſingulas 24 horas, ne nimio ſuo calore laborantem exſiccet & languefaciat. 32. Hæc de medela ſatis, ne quis nos empiricos aut ſeplaſiarios credat. Nunc dubia quædam de Cornelio ſubnectemus, à paucis hucuſque prodita.

33. Quæſtio elegans eſt, an perpetua moroſitate laborantes, ſicut Areopagitæ illi, qui in Trophonii antro ſomniaſſe videntur, quos vulgus Mopſos appellat, Cornelioſi nuncupari queant. Nos à negantium partibus ſtabimus, quia rectius murroſi vocãtur. 34. Cornelioſum non poſſe bona cõſcientia ridere, multi adfirmant. quod falſum eſt. nam conſcientia in riſu non conſiſtit, ſed in corde & animo. 35. Invidum recte dicimus Cornelioſum, cum omnibus ethicis: toties enim paroxyſmus effervеſcit, quoties cum alio bene agi cernit. Verum qui perpetuo livore turgidus, alios opprimere ſedulo conatur, potius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

virum malum nominari cenſemus, qui una cum Cornelio in Inſulam deportetur, ut vocant Iuriſconſulti. 36. Qui Cornelio tribulatur, teſtis eſſe in iudico utique non cupit, quia non eſt mentis compos, at teſtes tamen habere poteſt, nec enim propter Cornelium civis eſſe deſinit. 37. Suſpendendus an poſſit Cornelium habere, nonnulli ambigunt: Communiter tamen affirmant, id quod & nos credimus, contra Palæmonem. 38. Cornelioſum poſſe bonũ virum nuncupari, probabimus: idque vel eo ſolo, quod Cornutus, id eſt, cuius uxor eſt communicativa, poſſit Cornelium habere, cum tamen ipſe bonus vir ſit, quia patitur, quod non mnlti paterentur. 39. Cornelium eſſe ſpiritũ ex humore natum, diximus: ſed de ſexu quæritur, an Cornelius ſit etiam mulier. Nos putamus, Cornelium eſſe generis maſculini, ſed in fæminis tamen potenter quoque dominari, præſertim in virginibus annoſis, in quibus tam alte ſuas extendit radices, ut etiam in fronte & facie paſſim promineant. 40. Qui inſano amore compulſus matrimonium promittit, uxorem ducit, & poſtea nihil habet, quod edat, nec didicit quo ſibi victum quærat, poſſe eum Cornelio tactum dici, putamus, ſed tamen beneficium impune eſuriendi non eſt ipſi denegandum. 41. Quoties Corneliosus inebriatur, pulchre dubitatur, an ipſe Cornelius ebrietatem ſentiat. Quod omnino

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

aſſerendum arbitramur. Videmus enim, ebrios Cornelio plerūmque non vexari, quod utique non contingeret, niſi Cornelius quoque inebriaretur, ille vero vino delectatus, malitiæque ſuæ oblitus, hominem tunc lætari ſinit uſque in craſtinum.

COROLLARIA.

I. Grammaticum.

An Cornelius poſſit declinari? Affirmamus, præterquam in genitivo caſu, quem non putamus eſſe declinabilem.

II. Dialecticum.

An Cornelius in homine habeat reſpectum ſubiecti occupantis, an ſubiecti occupati. Poſterius affirmamus: nam falſum eſt, quod vulgus dicitur non habere Cornelium. Nos enim *Cornelium non habemus, ſed Cornelius nos habet.*

III. Rhetoricum.

Dictum eſt, ſuſpendendum poſſe Corneliosum eſſe, quæritur, quo tropo hoc dicatur. reſpōdemus, per ταπείνωσιν *ſeu* μείωσιν. *eſt enim non mediocris extenuatio.*

IV. Muſicum.

Cornelius licet per omnes declinabiles caſus poſſit cani, ſuaviſſimum tamen in ablativo ſtatuimus, ibi namque vim ſuam exſerit Lydius, teſte Caſſiodoro 2. variar. 40.

V. Muſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

V. Arithmeticum.

An cadat numerus in Corneliũ. Negamus. Cõtinetur enim monade: at monas nõ eſt numerus, ſed numerorũ origo, teſte Macr. ſomn. lib. 2. c. 2.

VI. Geometricum.

Poteſtne Cornelio applicari quod Geometris celebratur, bis bina bis eſſe ſolidũ? adfirmamus, quia Cornelius eſt quadratus, hoc eſt, ruſticus & impudens, quia etiam non vocatus & ad invitos venit.

VII. Aſtronomicum.

Cui ſigno conveniat Cornelius in Zodiaco. reſpondemus, Capricorno per omnia.

VIII. Theologicum.

An Cornelius in aëre degat inter alios male conciliatos nebulonès. reſpondemus negative: ſemper enim cum hominibus verſatur.

IX. Iuridicum.

An Cornelius poſſit contra Cornelioſum agere interdicto Vti poſſidetis. Negamus, quia Cornelius vi poſſidet; cui non datur hoc interdictum. l. 1. §. ult. ff. uti poſſidet.

X. Medicum.

An Corneliofus, quatenus Corneliofus eſt, poſſit dici Cacochymia laborare, atque ſic phlebotomiã utiliter adhibere. Negamus, niſi per accidentiam, ſi nimirum Cornelius tenacior ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

XI. Phyſicum.

Cornelium augmẽti & decrementi eſſe capacem, atq; ita ſubiacere alterationi, arbitramur, contra Ariſt. de generat. & corrupt. lib. 3. c. 33.

XII. Metaphyſicum.

Cornelium eſſe Ens, putamus, & propterea eſt in loco, nimirum intra capitis territorium, ubi etiam ius dicit & accipit.

XIII. Philologicum.

Dubitatũ meminimus, uter ſit natura prior, ipſene Cornelius, an vero Cornelioſus. Hunc eſſe priorem ſtatuimus, tanquam ſubiectum adiuncto ſuo.

XIV. Politicum.

An deceat in bene conſtituta repub. Cornelioſos habere. Negamus: tunc enim, teſte Platone, beata eſt reſpub. cum cives ſunt beatiſſ. At beatus nemo dicitur proprie, qui Cornelio afficitur. Ergo, &c. Si qui igitur cives Cornelium habent, id de facto fieri apparet.

XV. Hiſtoricum.

An Caius Cæſar, cum acceptis vulneribus veſte faciem tegeret iam moriturus, ſub illa veſte Cornelium habuerit. Negamus. Eſt enim hoc Cornelii genus irregulare, rectiusque dicitur ægrotus eſſe, qui vulneribus confectus animam agit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5

mscat.

WLO

7 cp 85. 12-6-78.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 G 5